

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES



3 1761 01432280 4





SCRIPTORUM CLASSICORUM
BIBLIOTHECA OXONIENSIS

72 7



OXONII
E TYPOGRAPHEO CLARENDOIANO
LONDINI ET NOVI EBORACI
APUD HUMPHIREDUM MILFORD



888 Con

Livy

TITI LIVI
AB VRBE CONDITA

RECOGNOVERVNT
ET ADNOTATIONE CRITICA INSTRVXERVNT

ROBERTVS SEYMOUR CONWAY

ET

STEPHANVS KEYMER JOHNSON

TOMVS IV. LIBRI XXVI-XXX

325296
3.
12

OXONII
E TYPOGRAPHEO CLARENDOIANO

OXONII

*Excudebat Joannes Johnson
Architypographus academicus*

PA

6452

A2

1914

v.4

PRAEFATIO AD LECTOREM

§ 82.¹ TRISTIS mihi sors obtingit ut solus hunc librum emitam, collega inlustrissimo orbatus; nam ut ille ipse in tertio Tomo Waltersium, sic nos Conwaium in hoc quarto summa erga eum pietate deploramus. Quantum uero in his etiam Liui Libris edendis et Waltersio et Conwaio debeatur, tu, lector, facile intellexeris. Ille enim iam inde ab anno 1919 usque ad annum 1925 et in Libris XXVI–XXX codices *PAII* magnam partem perlegerat et quid ipse de nonnullis locis sentiret indicauerat in tabellis:² hic interea Florentiae inter annos 1920 et 1927 in codicibus *M* et *N* scrutandis multum elaborauerat.³ Anno autem 1927 Conwaius post Waltersii mortem cum me sibi adiutorem adsciuisset, mihi quidem munus adsignauit commentarii in hos Libros componendi, ita tamen ut et suo nomine adnotationes suas de *M* et *N* includerem⁴ et priusquam adnotationem de obscuriore quolibet loco scriberem (et ubi scrupulus uel minimus adesset) nos una simul rem disputando perpenderemus; conuenitque inter nos ut siue ille me adsentiente siue adsentiente illo ipse quid excogitauissem, uoces ‘scripsimus’ uel ‘nos’ adnotationibus subiceremus; sicubi tamen inter nos dissensissemus, ut illius iudicio, sicut par erat, cederem, et ut ‘ego’ uel ‘ipse’ Conwaii sententiam, ‘Johnson’ meam denotaret. Hoc opus et disputandi et commentarii scribendi (necnon codices denuo inspiciendi) iam tandem anno 1932

¹ De paragrapharum numeris uide *Sigla* ad fin.

² In huius Tomi commentario Waltersii mentionem inuenies ubicumque quid ille de lectione qualibet sensisset certum nobis erat.

³ Neque ante annum 1930 insignem hunc laborem (u. § 92 et in Tom. III §§ 60–65) consecit.

⁴ Harum postea nonnullas coacti sumus e commentario excidere.

PRAEFATIO

confeceramus ; at mense iam Septembri anni 1933 tertia fere pars huius Tomi in primis prelatorum schedis excusa erat cum Conwaium fata interceperunt. Evidem rationem annotationum nobis descriptam retinui ; et si qua sententiam meam mutaui, id egi ut per uoces ‘malim ipse’ (sc. ipse Conwaius) et similia quid Conwaius (saltem inter annos 1927 et 1932) sensisset lectori semper expromerem.¹

§ 83. *De Stirpibus P et Σ.* In quinque prioribus Libris huius Decadis summam auctoritatem habet codex Puteanus (*P*) : in Libris XXVI–XXX partitam eam habet *cum Spirensiana*² quam uocamus stirpe (*Σ*). Hanc autem traditionem, non per quemquam unum codicum nunc exstantium seruatam, sed partim per locos ex codice Spirensi (cuius unum manet folium) a Rhenano prolatos, partim per fragmenta Taurinensia, partim per supplementa correctorum in codices *AN* inserta, partim denique per codices Puteani traditione contaminatos, hodie editoribus quomodocumque indagandam esse constat.³

In pagina huic aduersa depingitur stemma codicum, quo clariora sint quae sequuntur.⁴

§ 84. *De ultima parte Codicis Puteani.* Librorum XXVI–XXX in Puteano hodie exstant cum omnia⁵ usque ad 30. 30. 14 (*creatus cum* ; fol. 469 u. ad fin.) tum unum folium, quod praebet ab 30. 37. 3 (*neque domare[n]t*) usque ad 30. 38. 2

¹ Contra in hac Praefatione (cuius solus rationem reddo) ‘ego’ = Johnson.

² Adiectuum uix accurate usurpatum ad totam illam traditionem designandam, sed satis, opinor, ad rem conuenit.

³ Postquam fides Spirensiana ab Heerwagenio, Halmio, Mommensiio certe confirmata ac stabilita est, nemo tantum in hanc rem contulit quantum Augustus Luchs (*T. Liui Ab Urbe Condita Libri XXVI–XXX*, Berolini 1879) ; uide praeципue § 91 infra.


⁴ Simplicius quidem hoc stemma depictum est quam quod rem totam indicaret ; sed satis, spero, et duas stirpes indicat et quomodo oriundi sint codices contaminati (*VΘ* etc.).

⁵ Praeter lacunas scilicet quas infra memoro.

PRAEFATIO

(*Carthagi-[niensibus]*). Coniecit autem E. K. Rand¹ (ob studia illa quibus de codice Romano (*R*) felicissime se dedit) iam tum ad initium saeculi noni, cum codex ille ex Puteano describeretur, nihil fere amplius Libri XXX quam hodie in *P* extitisse. Cum tamen idem Rand rem esse incertam

Saec.



confessus sit,² equidem testimonio nostro de codice *C* et de archetypo codicum *BDA*_N satis fretus³ illud adfirmauerim —ne decimo quidem sacculo ad finem Libri XXX Puteanum iani esse mutilatum.

§ 85. *De Puteani lacunis et perturbatione.* In medias paginas codicis *P* incidentur duae satis magnae lacunae, una

¹ *The Vatican Livy and the Script of Tours* (*Mem. of the American Acad.*, vol. i, 1917), Table II (note).

² Nam ex partibus illis in quas inter librarios opus codicis *R* describendi diuisum erat non negat ultimam fortasse longiorem fuisse.

³ Vide § 87 a, b, c.

PRAEFATIO

ab 26. 41. 18 (post *luctu quam*) usque ad finem capituli 43, altera (et multo minor) ab 27. 2. 11 (post *proelia*) usque ad c. 3. 7 (*Atellanam*). Harum lacunarum utriusque supplementum praebet traditio Σ, breuius quidem in Libro XXVI quam quod Liuius scripsit,¹ in XXVII tamen integrum. At ex hoc integro demonstrari potest circiter mcccxx litteras in *P* deficere; unde ueri simile uidetur unam paginam exemplaris ab ipso Puteano esse praetermissam. Nam ex iis quae infra (§ 97) docentur satis pro certo concludi potest uersibus circiter xv–xxi litteras continentibus exemplar Puteani exaratum esse. Licet igitur conicere et singulis eius foliis quaternas columnas fuisse² et singulis columnis non, sicut in *P* ipso, uicenos senos uersus sed uix minus tricenos singulos, uix amplius tricenos quaternos. Quod uero ad alteram illam lacunam (in Libro XXVI) attinet, si eadem computandi ratione utaris, reperias circiter ccxxx uersus Puteano defuisse (i.e. amplius septem columnas); uerum quoniam ne Spirensiana quidem traditio totam hanc lacunam supplet (uide § 89 infra), duo tota folia in exemplari periisse uel a Puteani scriba praetermissa esse iure licet suspicari.

Talia menda unde orta sint fortasse etiam manifestius erit si ponere uelis folia exemplaris tum cum Puteanus inde describeretur iam ab quaternionibus suis (ut fit) soluta esse. Et hoc quidem euenisce admonet perturbatio (uel transpositio) quaedam qua *P* afflictus est in Libris XXVIII et XXIX. Ante enim scripturam ad locum 28. 22. 14 (*priorum*)—28. 37. 9 (*inde*) pertinentem praebetur locus 28. 37. 9 (*conscriptis*)—29. 1. 24 (*imperio*). Nec tamen negauerim id incertum esse quot folia in exemplari suo soluta perperam transponi passus sit librarius.³

¹ Vide § 89 infra.

² Et litteris uncialibus exscriptum esse hoc exemplar demonstrant nonnulla errorum Puteaneorum genera.

³ Inter 28. 22. 14 et 28. 37. 9 praebet *P* mdccxxxvi uersus, inter 28.

PRAEFATIO

§ 86. *De stirpe Puteani.* Codices illos de quibus in prioris Tomi Praefatione iam egit Conwaius—Colbertinum (*C*)¹, Romanum (*R*), Mediceum (*M*), Bambergensem (*B*), Cantabrigiensem (*D*), Agennensem (*A*), Laurentianum (*N*)—non erat cur iterum describerem. Cum uero hi omnes eadem qua Puteanus in Libris XXVIII–XXIX perturbatione, eisdem lacunis et maioribus et breuioribus laborent, nec dubitari possit quin a *P* omnes deriuati sint, oportet me illud paucis explicare cur etiam praesentibus et *P* ipso et indicis nonnullis traditionis Σ operae tamen pretium nobis uisum sit horum ab Puteano uelut apographorum lectiones perscrutari atque in adnotationibus proferre.

(i) In primis ita usui sunt *CMB DAN* ut ubicumque *P* hodie deficit quid in illo scriptum sit eorum ab testimonio conicere possimus. Hoc tamen ipsum opus si diligenter ac religiose adgredimur, non satis est ad initium aut ad finem Decadis eorum qui ibi exstant testimoiiis uti, sed id etiam agendum est ut quanta fide, quibus interpretibus usus unusquisque eorum (neenon etiam Romanus) Puteani auctoritatem secutus sit per totam Decadem inquiramus.

(ii) Quod et ad codicem *C* et ad codices *MBD* attinet, quamuis ab stirpe Puteani omnes ortos esse manifestum sit,² scribae tamen horum codicium uel ipsi uel correctores ‘nescio quomodo, . . . nescio cuius collegae adnotatione ex hoc uel illo fonte deriuata’ (ut id iterem quod in § 65 praecepue de *M*¹ et *M*³ scripsit Conwaius) nonnunquam ubi *P* errauerat ueras lectiones in codices suos intulerunt, quarum aliquas

37. 9 et 29. 1. 24 mdexii tantum; sed ueri simillimum est exemplari tot folia fuisse in hac parte quot in illa, quippe ubi ad finem Libri XXVIII spatium aliquod uacuum certe relicturus erat scriba. Quodsi columnas xxxi uersuum fuisse statuas (quod ex § 89 haud improbabile esse uidebitur), conicias xiv folia (i.e. lvi columnas) in locum xiv aliorum transposita esse; nam quamquam haud minus xvii uersus inter 28. 22. 14 et 28. 37. 9 Puteanus ultro uidetur omisisse, fieri tamen potest ut paulo diffusius quam exemplar suum noster descriptus sit.

¹ Quamquam antiquior est *R* quam *C*, hunc ordinem in adnotationibus retinemus quo clarior sit inter *R* et *MB DAN* cognatio.

² Nisi quod ad fin. Libri XXX scriba codicis *B* ex alio fonte hauriebat (uide § 87 c, et cf. Luchs, *Prolegomena*, ed. 1879, pp. lviii-lx).

PRAEFATIO

saltem librariis saec. x, xi, xii suo tantum ingenio fretis tribuere difficile est. Quae rerere igitur non frustra erit num qua hic alterue de Spirensiano aliquo fonte aliquid libauerit. Sane confitendum est nos hoc pro certo statuere nequissime; sed ad rem statuendam forsitan aliis usui sit si qualem propinquitatem hi codices inter se habeant nos per annotationes nostras demonstrare conati erimus. (Nec uero sine testimonio codicis *R* poterit stirps horum codicum enucleari.)

(iii) Codicum *AN* testimonium his duobus de causis usui est adhibere. (a) Horum communis archetypi scriba nonnullas lectiones suo Marte, ut uidetur, in contextum induxit, quae cum nullius sint auctoritatis eo tamen memoranda sunt quod earum subsidiis illud saepe de codicibus contaminatis (e.g. θ) iudicare licet utrum haec uel illa lectio ex illo quem r^b in stemmate nomino an ex Σ potius (uel Σ^a uel Σ^b , etc.) extracta sit. Quod, credo, uix satis perceperunt uiri docti. (b) Summi momenti sunt ea quae ex fontibus Spirensianis in hos duos codices saeculis xiii et xiv inlata sunt.¹ Quid autem correctores illi legere uoluerint perspici non potest, nisi lectiones non solum correctorum sed et ipsorum codicum lectoribus positae erunt ante oculos. Hanc rem ne Luchsio quidem satis perspicuam fuisse iam demonstrauit Conway.²

· § 87 A. *De Codice Colbertino.* Colbertinum non ex codice *R* descriptum esse sed aut ex Puteano ipso (iam a *P²* et *P³* correcto) aut ex Puteani apographo hodie non exstante sed codicum *RM* satis dissimili licet pro certo adfirmare per haec pauca exempla³ quae profero ex multitudine :

26. 24. 7 auctoritate sua *PC*: auctoritatem sua (suam *M¹A*) *RM(BD)*
26. 27. 4 aedis *PC*: aedes *RM(BA)*
26. 32. 6 relicum *P¹C*: relictum *PRM* (relicuum *BDA*)
26. 50. 4 tua capta *PC*: tua cata *R*: uacata *R²M* (*uoc-* *M²BDAN*)
27. 6. 8 in eam rem *PC*: eam rem *RM(BDAN)*
27. 12. 2 ut *PC*: om. *RM(BDAN)*
27. 51. 5 inde traducti *PC*: intraducti *RM* (*introd-* *BDAN*)
28. 9. 4 cōs *PC*: quos *RM(BDAN)*
29. 1. 13 paruum *PC*: eum *R*: reum *R²M(BD)*

¹ Vide § 92.

² *The Laurentian Manuscript of Livy's Third Decade* (*Classical Quarterly*, vol. xxvii, p. 183.)

³ Ex eisdem exemplis satis liquet *M* (cum *BDAN*) ab *R* et *R²* in his saltem Libris deriuatum esse, quod infra doceo.

PRAEFATIO

29. 31. 4 *coalescens PC : coalescent RM (BDAN)*

30. 13. 10 *cepisset PC : recepisset M (BDAN), et olim R?*

At ne quis forte credat aliunde quam ex Puteano has ueras lectiones in Colbertinum inrepisse, eos locos respiciat ubi idem prava praebet, quae et ab lectionibus scribarum *R²M* diserepant et a *P* uel *I²* manifeste sunt orta: e.g.

26. 6. 11 (pro *immissis*) *inuisis PCR : inuisis R²M*

26. 36. 6 (pro *salinum*) *alimum P : alignum P²CR : lignum R²M*

27. 1. 15 (pro *semernes*) *semerses P : semersis P¹?C : semersi P²R : emersi R^x(R²?M*

27. 2. 6 (pro *et funditores*) *effunditor PR : et funditor C : effunditum R²M*

27. 6. 19 (pro *ad Cereris, ad ceteris*) *PR : a ceteris C : ad ceteros R²M*

28. 14. 5 (pro *iam*) *am P : nam C : tam R²M*

28. 27. 5 (pro *Vmbrum*) *umbrium PC : ubrium RM*

28. 35. 13 (pro *continentem*) *contionentem PCR : contionantem R²M*

28. 38. 3 (pro *terris*) *terroris PC : terroribus RM*

29. 22. 8 (pro *fauorem*) *fatiorem P : faciliorem P²C : facillionis RM*

His et aliis locis diligentissime inspectis haud scio an non soluni per *R* sed ne per alium quidem codicem interpositum a Puteano Colbertinum oriundum esse iure credamus; et eo fortasse confirmabimur quod Puteani sigla (*praecipue* & pro *mille*) quae a scribis Romani plerumque perperam intellegebantur, nusquam, quantum adhuc scio, in *C* (magis scilicet quam in *P* ipso) corrupta apparent; quod si ab exemplari alio a *P* deriuato descriptus esset *C*, haec aliqua saltem ex parte corrupta esse inuenturi eramus.

Quanto autem et feliores et eruditiores fuerint huius codicis scribae quam illi qui ad initium saeculi noni ex Puteano descripserant codicem *R*, et passim per totam Decadem testari possis et *praecipue* in his Libris. Saepissime *ubi P* errauerat, nec quicquam subsidii a *I²* inlatum erat, genuinam uel saltem optimam lectionem proferebat *C*, modo

PRAEFATIO

solus (uel solus exceptis illis quos ex Σ haurire constat), modo cum correctoribus *M*² uel *M*³ uel *M*⁴ uel *M*⁷, saepe etiam in Libris XXVIII–XXX cum *P*⁴ uel *P*⁵ communem felicitatem praebens. De hac re melius tu, lector, iudicare possis si in his locis (et permulta alia exempla sunt) adnotaciones nostras scruteris :

26. 3. 8 (*more*) ; 26. 12. 16 (*Numidas*) ; 26. 13. 8 (*et*) ; 26. 31. 4 (*sum*) ; 26. 31. 11 (*dimissi Siculi*) ; 26. 33. 5 (*ad fuerant*) ; 26. 35. 5 (*imperando*) ; 26. 36. 4 (*habere atque*) ; 26. 39. 21 (*qui pro aui*) ; 26. 40. 11 (*comite Epicyde*) ; 26. 40. 18 (*nouandis*) ; 26. 41. 6 (*paremus : parem P : patrem RMBD*) ; 26. 41. 12 (*defectionem*) ; 26. 44. 4 (*impares*) ; 26. 45. 1 (*copia*) ; 27. 10. 4 (*deesse*) ; 27. 12. 3 (*nec ubi*) ; 27. 14. 7 (*dissipatis*) ; 27. 16. 9 (*deditio nem*) ; 27. 19. 9 (*Massiuam*) ; 27. 24. 5 (*bonaque*) ; 27. 28. 7 (*arbitro*) ; 27. 30. 5 (*graeue*) ; 27. 33. 10 (*nimia*) ; 27. 37. 8 (*ad*) ; 27. 44. 10 (*hostium*) ; 27. 49. 2 (*inuenta et dux*) ; 28. 10. 16 (*cetera*) ; 28. 11. 6 (*flagro*) ; 28. 12. 3 (*ciuili*) ; 28. 15. 4 (*sole*) ; 28. 19. 1 (*quietae*) ; 28. 22. 12 (*egredi*) ; 28. 41. 10 (*uicto*) ; 28. 46. 1 (*uoluntariorum*) ; 29. 3. 9 (*nec quot pro ne quod P*) ; 29. 3. 10 (*stratisque tot*) ; 29. 3. 13 (*suam*) ; 29. 5. 5 (*armanda*) ; 29. 10. 6 (*decemuiris*) ; 29. 21. 1 (*Romae*) ; 29. 21. 10 (*sed aut*) ; 29. 27. 7 (*discussa*) ; 29. 31. 3 (*incendio*) ; 29. 32. 4 (*oppositis*) ; 29. 34. 10 (*composite*) ; 29. 36. 7 (*consuli*) ; 29. 37. 4 (*iniquo*) ; 30. 3. 7 (*ut*) ; 30. 4. 11 (*animos*) ; 30. 6. 3 (*nihil*) ; 30. 7. 9 (*ne*) ; 30. 8. 7 (*utraque cornua*) ; 30. 10. 20 (*adsiduas*) ; 30. 11. 9 (*suas uiiam*) ; 30. 14. 6 (*nostrae*) ; 30. 18. 14 (*amissi*) ; 30. 18. 15 (*ducis*) ; 30. 19. 10 (*desecere*) ; 30. 23. 5 (*Italia*) ; 30. 26. 2 (*questi essent*) ; 30. 30. 12 (*fortuna*) ; 30. 30. 13 (*patrui*).

At si librario codicis *C* nonnihil eruditionis tribuas, uix fortasse causa erit cur talia ab eo ipso neges ultro esse excogitata. Cum tamen in 28. 43. 14, ubi *post et urbes* praebet *P*, recte et rhetorice (cum Σ) sensum expediat Colbertinus *post tot urbes* scribendo, cum in 29. 2. 3 pro Puteani lectione (*perlatos*) idem (cum et Σ et *P*⁴) *per legatos* praebeat, haec suo Marte per coniecturam eum attigisse fortasse difficilius erit credere. Quae utcumque se habent, argumenta quaedam—ab re, opinor, non aliena—paucis memoranda sunt :

(i) Scriba Colbertini quasi qui grammaticae haud imperitus esset

PRAEFATIO

sed Liui orationem difficilem intellectu esse inueniret, nonnunquam prauas Puteani lectiones emendare ausus, infeliores quasdam coniecturas in codicem suum intulit, nonnunquam (sed satis raro) quae recta in Puteano fuerant uelut consulto ipse deprauauit. Quodsi quotiens de sensu dubitarat ad aliud exemplar—a *P* distans et ad *S* proprius accedens—semper confugere potuit, cur, quaeso, excludit lectiones quales e.g. 26. 12. 11 *omne quoque* (pro *se quoque* et *S*: *ne quoque P*), 26. 44. 2 *rem* (pro *res*) *intentam*, 29. 31. 11 *delatam* (*delectam* *S*: *delectam P*)? His et aliis de causis, etiam si rectarum illarum Colbertini lectionum quasdam felici scribae eruditioni tribuere dubites, id tamen confiteri cogaris—exemplar illud, ad quod in locis quibusdam (non continuis, sed in hac uel illa Liui sententia, et praecipue in Libris XXVII–XXX) confugisse cum ponas, non ab *S* deriuatum esse sed ipsum quoque a Puteano primum fluxisse, deinde ex alio nescioquo esse correctum.

(ii) Correctores illi, quos *P⁴* et *P⁵* nominauimus, in Libris XXII–XXVI raro Puteanum emendauerunt, in Libris XXVII–XXX multo saepius. Cum uero syllabarum mutationes ab iis factae plerumque tam paruae sint ut ipsorum ingenio liceat saepius eas attribuere, sunt tamen lectiones quaedam de quibus uix dubium esse possit quin ex codice aliquo deperdito et fortasse stirpi *S* cognato haustae sint; quod ideo magis certum uidetur esse quia perturbatio illa Puteani (u. § 85) a *P⁴* notata est.

Consentient quidem satis crebro *P⁴* et *P⁵* cum Colbertino ipso (uide e.g. ex Libro XXIX adnn. ad cc. 2. 3; 3. 10 (bis); 3. 13; 4. 7; 5. 5; 7. 3; 8. 11; 21. 11; 22. 1; 27. 10; 27. 11; 31. 3; 32. 4; 34. 10; 35. 1; 35. 11 (bis); 37. 1; 37. 4; 37. 14). Saepe tamen ubi *P⁴* *P⁵* aliquid correxerunt, silet *C* (uide ex eodem Libro cc. 1. 8; 2. 13; 3. 11; 4. 5; 5. 6; 22. 6; 22. 12; 24. 4; 26. 8; 28. 11; 31. 11; 31. 12; 32. 2), et ex bonis lectionibus a *C* restitutis multas inuenies de quibus silent *P⁴* et *P⁵*. Neque enim hi ab illo uidentur hausisse, et *C* certe, opinor, ante exscriptus erat quam *P* de *P⁴* et *P⁵* correctus est. Horum igitur communis felicitas, qualiscumque est, aut casu euenit aut inde orta est quod ex eodem illo ‘nescioquo’ quem supra finximus et *P⁴* et *P⁵* aliquid hic illuc libauerunt.

(iii) Quod ad correctores codicis *M* attinet (de quibus uide sis Tom. III Praef. § 63(f, g,) uix satis esse indicii iudicauerim cur eos quoque ab talibus fontibus ignotis hausisse credas; quinquam suspicabatur Conwaius (fortasse recte) genuinas quasdam lectiones scribac *M* ab exemplari nesciequo Spirensiano esse deriuatas.

Haec aenigmata cum fortasse uix soluenda sint, illud pro

PRAEFATIO

certo adfirmari potest: ne unam quidem Puteani lacunam aut ab *C* aut ab *P⁴* *P⁵* aut ab Medicei correctoribus supplementam esse. Si qua hic uel ille scriba lectionem ab *S* deriuatam e nescioquo alio codice adsumpsit (quod de *C* saltem et *M^x* prorsus incertum est), menda satis perspicua semper corrigebat.

§ 87 B. *De Codicibus ab Romano deriuatis.* In hac saltem parte Decadis codex Mediceus non a Puteano ipso sed ab Romano (iam ab *R²* correcto) deriuatus est. Quamquam enim in Libris XXI–XXV indicia quaedam inuenit Conwaius quibus codicem *M* ex *P* ipso descriptum esse monstraret, in his tamen Libris non est dubium quin ibi solum ab *R* uel *R²* distet Mediceus ubi ultro nouum aliquid intulit, quod ipsum semper Romani magis quam Puteani lectionem redolet. (Respuit quidem aliquando Medicei scriba coniecturas ab *R²* profectas (ut e.g. in 26. 39. 5), sed plerumque si quid hic temptauit inuenitur etiam in *M*.) Et iam satis protuli exempla (87 A) unde Mediceum ab *R* oriundum esse adgnoscas; et ex eisdem et sescentis aliis¹ id quoque pro certo statui potest, *BDA N* omnes ab *RR²* esse deriuatos.²

Nouem tantum locos in his Libris adhuc inueni unde colligat fortasse aliquis scribam codicis *M* (*M¹*) a Puteano ipso potius quam ab *R* pendere: 26. 3. 1 (aeq' *P*: aeque *CR*: aeq: *M* (sic)); 26. 6. 15 (ubi medelam scribae *R²* recte neglexit *M* noe tu scribendo, et casu cum *R²* consentit *C*); 26. 28. 11 (pr. *PC*: per *RBD*: p. *M*, qui sensum expedire conatus est); 27. 5. 18 (ubi quemque facilis lapsus erat); 27. 7. 7 (ubi *M¹* ipse recte que mutauit); 27. 29. 7 (ubi casu scripserat

¹ Vide § 87 A (de Colbertino); cf. etiam e.g. ex Libro XXVI cc. 31. 10; 34. 7; 39. 8; 41. 6; ex Libro XXVII cc. 8. 17; 13. 6; 15. 14; ex Libro XXIX cc. 2. 2; 12. 8; 37. 12. Optime denique ex 30. 3. 2 haec res demonstrari potest.

² Hoc iam de codd. *B* et *N* (in paucis tantum locis e Luchsii editione prolatis testimonia eorum expertus) optime coniecerat F. W. Shipley, *Studies in the MSS. of the Third Decade of Livy* (*Classical Philology*, vol. iv, no. 4, October, 1909).

PRAEFATIO

aestatem M); 27. 47. 6 (poterat tantae M¹ (cum C): poterat ante R: poterat antae P, quod casu, credo, praebebat primum M); 28. 5. 12 (res orthographica); 29. 36. 9 (ω ω ω ω P: xxxx R: xl̄ M, sed quamquam multo maiorem praebet numerum, ex R potius quam ex P extraxisse eum satis certum est). Tales propinquitates (de leuissimis sane rebus) uidentur casu solum accidisse.

Vnus tantum locus (26. 46. 9) inuenitur unde admodum credibile sit codices *BDAN* non per Romanum interpositum a *P* oriundos esse, sed non est cur miremur etiam ex uoce *plebs* ueram lectionem potuisse conici. Nec desunt loci qualis 26. 41. 12, ubi unius uel alterius horum recentiorum cum *P* consensus manifeste fortuitus est.

Codicum *BDAN* communis fuit archetypus, qui nec ipse Romanus erat nec Mediceus sed alius quidam, ab Romano scilicet oriundus.

Hoc satis ex his locis conici potest: 26. 33. 2 (*conferrent PCRM: deferrent BDAN*); 27. 45. 9 (*ouantibus PCRM: om. BDAN*); 27. 48. 10 (*om. sex uoces BDAN*); 29. 31. 8 (*pro suis ea praebent uisa PCRM, uisarum BDAN*); 30. 30. 20 (*ferrum utrimque C: om. BDAN*).

Hunc archetypum, quem in stemmate nominaui *r*, ab Romano ipso potius quam ab Mediceo descriptum esse conicerre licet per exempla¹ quale est 27. 30. 4, ubi *Rhodiisque et Atheniensibus Rhodiisque* praebent *P²RBDAN*, *Atheniensibus Rhodiisque M*. Sunt tamen nonnulla indicia unde fortasse sumas hanc traditionem codicis *r* et ad Mediceum et ad correctorem *M²* aliquando respicere. Id, opinor, uix facilius explicari poterit quam si coniciamus codicem *r* a scriba aliquo (*r^o*) ex *MM²* hauriente aliquam partem correctum fuisse. Quae uero corrector hic (ex *M* uel *M²* extrahens) in codicem *r* intulit, illa nonnunquam in codicibus *BDAN* exscripta sunt, sed interdum tamen ab hoc alteroue sunt neglecta; ita ut color ille Mediceanus quo *r* quasi fucatus erat

¹ Cf. etiam adnn. ad 26. 28. 11 (*praetori*); 26. 40. 9 (*Hanno non*); 26. 41. 4 (*meum*); 26. 46. 7 (*usque in*); 26. 48. 14 (*cuiusque*); 27. 9. 5 (*perueniant*); 27. 18. 20 (*porta . . . clausa erat*); 27. 32. 9 (*prae-sidiisque*); 28. 23. 1 (*edebantur*); 28. 24. 1 (*audierat*); 28. 27. 11 (*uenti*); 28. 36. 3 (*eorum*); 30. 7. 7 (*censebat*).

PRAEFATIO

modo in *BD* retentus, in *AN* amissus sit, modo in *DAN* amissus, in *B* retentus, aliquando etiam (sed rarius) in *B* solo uel in *D* solo amissus.¹

Codices *B* et *D* non multum inter se discrepant, sed hunc ex illo non exscriptum esse satis demonstrabunt adnotaciones nostrae :

cf. e.g. 26. 17. 15 (*sequi*) ; 26. 21. 14 (*et ign.*) ; 26. 34. 5 (*dominis*) ; 26. 45. 8 (*aestu*) ; 27. 4. 7 (*sed et*) ; 27. 50. 11 (*aliis iam*) ; 29. 20. 11 (*Locros*). Quod uero *B*² propior codici *D* quam ipse Bambergensis uidetur esse (cf. e.g. 26. 47. 5 et 8), id inde ortum esse crediderim quod ex *r* denuo inspecto codicem suum correxit *B*². Videtur tamen ipse *r* codicum *B* et *D* fuisse parens ; neque enim per ullos codices interpositos aut hic aut ille deriuatus est, ut conicio ; quod fortasse ex 28. 21. 1 (*Marcius*) concludi possit, necnon ex illis locis ubi color Mediceanus scribae *r*² magis in *D* quam in *B* retentus est (sed confiteor hoc incertum esse). Qua de causa, ubi (28. 9. 15) legitur in *BD* uel *preto* uel *preto* (*spreto P²RMAN*), crediderim litteram *s*- *iam* in *r* (sive a scriba ipso sive ab *r*²) deletam esse, et quamvis *spreto* praebeant *AN*, id ingenio scribae *r*^a uel *r*^b (u. stemma) tribuendum esse.²

Restat ut de codice *D* quaeramus num alio etiam e fonte aliquando hauserit. Is enim et in 28. 2. 16 eundem quam *Sp* errorem ultro praebet et in 30. 16. 12 idem omittit quod *HVθ*. Sed hi quidem faciles lapsus. Fortasse dignius est memoratu aliquando³ eum cum *C* bonam lectionem praebere⁴, aliquando etiam cum *Σ* (uide adnn. ad 28. 40. 10 et 13 ; 28. 45. 12 (bis) ; 29. 3. 12 ; 30. 30. 30 ; 30. 31. 9). Haec tamen fortasse ea sunt ut a scriba ipso excogitata esse uideantur.

Codices *A* et *N* ipsi gemelli sunt—quamquam a librariis

¹ De hac re consule sis adnn. (e.g.) ad 26. 22. 7 (*uideretur ei*) ; 26. 46. 2 (*eo ferendam*) ; 26. 47. 8 (*quadringtona*) ; 27. 33. 10 (*in necopinatam*) ; 28. 21. 1 (*Marcius inde in*) ; 29. 33. 1 (*praefectos*) ; tum eos locos ubi lectio scribae *r*² omnibus (*BDAN*) probata est : e.g. 26. 27. 5 ; 27. 18. 15 (bis) ; 27. 31. 2 ; 29. 33. 4.

² Simili modo explicari poterunt loci qualis 30. 9. 12.

³ Cf. e.g. 26. 40. 18 ; 27. 49. 2 ; 28. 27. 11 ; 28. 42. 17.

⁴ Nullus codex exstat (quantum scimus) qui ab *C* deriuatus sit. Nullum nostrorum inde oriundum esse docent et sescentae aliae res et mendum illud uerba ultro omittendi quo *C* (quamquam satis raro) laborat (cf. 29. 18. 19-20).

PRAEFATIO

inter se disparibus et ab aliis ex alio fonte haurientibus uterque correctus est (uide § 92). Neque enim alterum ex altero descriptum esse doceant haeč exempla :

Codicem *A* non ab *N* ortum esse possis concludere ex 27. 10. 8 (*Cosani*) ; 27. 30. 11 (*indutiarum*) ; 28. 3. 11 (om. *N*) ; 28. 31. 6 (om. *N*) ; 29. 2. 15 (om. *N*) ; 30. 34. 8 (*uolueribusque*). Codicem *N* non ab *A* oriundum conievere fortasse licet ex 26. 49. 11 (*indubilis*) ; 27. 1. 14 (*qui*) ; 27. 10. 2 (*cum esset*) ; 27. 19. 2 (*ex his*) ; 28. 7. 18 (*Oxeas*) ; 28. 15. 7 (*facile*) ; 29. 14. 14 (*Megal. appell.*).

Horum codicum alter alterius tam similis est ut nobis non operae pretium uisum sit lectiones codicis *N* in Libro XXVI proferre—ante scilicet eum locum ubi correctores Spirensiani sua addere incipiunt.¹ Qua de causa, ut eodem siglo idem per totum hunc Tomum significetur, nos (in adnotationibus) codicem *N* non includimus in numero eorum qui (quotiens cum *P* omnes consentiunt) siglo Π designantur. Codicis uero illius unde *A* et *N* descripti sunt proprietates quaedam facile distingui possunt :

(i) Saepe unain uel plures uoces omisit; cf. e.g. 27. 5. 16 ; 27. 16. 5 et 6 ; 27. 19. 3 et 10 ; 27. 46. 3 ; 29. 2. 11 ; 30. 24. 12.

(ii) Saepe glossemata ac mutationes consulto factas in contextum inseruit ; uide exempla quaedam ad 28. 12. 13 adn. collecta et adde e.g. 27. 20. 9 ; 28. 24. 10 ; 30. 27. 11 ; 30. 30. 23.

(iii) Saepissime uerborum ordinem mutauit ; cf. 29. 3. 10 adn., ubi huius rei exempla aliqua collecta sunt.²

At glossemata illa inlata et (scu uerborum ordinis seu maioris rei) mutationes plerumque consulto factas praebent non solum codices *AN* sed etiam satis crebro codices illi quos siglis *V* et *θ* designamus. Vide e.g. 27. 8. 2 et 27. 12. 10 (*praegressum eum*) et, quod ad uerborum ordinem attinet, 26. 5. 17 adn. Haec inter codices *AN* et *Vθ* communitas quare in Liuio edendo usui sit iam supra (§ 86 iii a) explicaui. Archetypum uero codicum *AN* non ex *r* ipso ortum esse

¹ Post quem locum prorsus necesse erat codicis ipsius lectiones proferre ; uide § 86 iii (b).

² Cum identidem per totam Decadem uerborum ordo in codicibus *A* et *N* mutatus sit, saepissime de hac re adnotationes ex commentario nostro nos cicere coacti sumus.

PRAEFATIO

crediderim—tatum enim ab *r* discrepant codices *AN*—sed ex alio potius interposito. (Vide sis stemma in p. vii supra depictum.)

§ 87 c. *De stirpe Puteanea ad finem Libri XXX.* Quoniam et post 30. 5. 7 codex Romanus periiit, et desinit Mediceus post 30. 26. 10, magni interest ut de codicibus *CBDAN* id statuere conemur, qua auctoritate nixi uel totum Librum XXX uel plerumque eius Libri praebeant. Colbertinus quidem, qui usque ad finem pergit, neque ea parte Libri ubi *P* exstat neque ille deficit mores suos uidetur mutauisse. In codice enim ipso nullum est indicium aut nouae in extrema parte Libri manus aut scribarum perturbationis. Nec uero desistit *C* tales lectiones praebere quales in Puteano fuisse licet conicere uel quales scriba ipse, dum codicem ex *P* describit, potuit excogitare (uide § 87 a). Codicum autem *BDAN* (quamquam unum folium ex *D* exsectum est) similem se sui unus quisque praebet usque ad c. 41. 3, ubi *D* desinit; neque *AN* ipsi multum addunt; in quibus quidquid post c. 41. 5 exstat id a scribis *AzNz* (saec. XIV) de Spirensiano fonte, ut uidetur, haurientibus omne additum est. Pergit quidem *B* usque ad c. 42. 21 (*ante*), sed post hunc locum quae sequuntur a duabus nouis manibus scripta sunt¹; et post eundem locum ab Colbertino multum discrepat, cum *AzNzθ* saepissime consentit. Adde quod qui ante c. 42. 21 crebro uerbis omissis spatia uacua praebet, ubi exemplaris scripturam scriba legere non poterat (et hoc praesertim factum est in capitibus 41 et 42 postquam deficiunt *DAN*), idem contra codex inde ab c. 42. 21 spatia uacua nunquam praebet. Aut igitur opus codicis Romani exscribendi post c. 42 non perductum erat ad finem, aut—quod multo magis probabile crediderim, Puteanum saeculo

¹ Duarum manuum (saec. XI ut uid.) una incipit ad c. 42. 21 et pergit usque ad c. 44. 3, altera ab c. 44. 4 (Carthagini) usque ad finem Libri tendit. Hoc, quod primus indicauerat Luchs, confirmauit Douglas L. Drew, qui et totum codicem perlegit et eum cum editionibus hodiernis in Libro XXX (post c. 29) accuratissime contulit.

PRAEFATIO

nono nondum defecisse ratus¹—extrema illa capita (43–45) exciderant e Romano iam antequam inde codex *r* descriptus est; cuius ipsius codicis extremum folium iam saeculo XI male habitum, saeculo XII peius mutilatum erat.² Certe quaerenti quid (praeter id quod in cc. 37–38 exstat) post c. 30 praebuerit Puteanus adest usque ad c. 42 testimonium non solum Colbertini sed etiam Romani, per *r* scilicet traditum: post c. 42 Puteani personam solus gerit Colbertinus.

§ 88. *De Codice Spirensi ab Rhenano exhibito (Sp).* Ex codice Spirensi nunc (praeter unum folium) deperdito ea quae Beatus Rhenanus excerptis praefixa sunt Frobenianae alteri, anno 1535 a Sigismundo Gelenio editae; atque indidem lectiones quasdam silente etiam Rhenano in eadem editione uidetur complexus esse Gelenius. Ad initium autem adnotationum suarum (ad Libros XXVI–XXX pertinentium) haec Rhenanus praefatur: ‘*Quod nos nacti fuimus e Spira Liuiianum exemplar ex fragmentis uetustissimorum codicum saltuatum descriptum uidebatur praesertim in hoc libro sexto Decidis tertiae. Nam initium uoluminis fecerat librarius a particula quam nos uix tandem in medio libro reperimus abruptis uerbis. Cum ea cohaerebat aliquot paginis intermediis libri finis. Deinde cum septimum librum conferre coepissemus, iterum particulam inuenimus quae ad sextum librum pertinebat. Vide miram confusionem. Nos in his adnotationibus excusorum codicum³ ordinem sequimur.*’ Et tum quidem adnotationes scribit inde ab 26. 30. 9 usque ad 26. 31. 2 (*defendit*), post quae ‘*ingentem saltum*’ inquit ‘*hoc loco fecit librarius quemadmodum paulo ante meminimus*’; neque ante c. 41. 18 (*auspiciisque et*) opus suum de integro instaurat, et

¹ Vide § 84.

² Quod Mediceus iam in c. 26. 10 desinit, haud scio an id scribarum pigritiae tribuendum sit; sed forsitan conicias recentius quam *r* exscriptum esse *M*, cum iam plura folia ex *R* excidissent.

³ Cum editione altera Aldina (1521) Spirensem conferebat Rhenanus.

PRAEFATIO

pergit quidem usque ad c. 43. 6 (ad fin.) ; inde ‘*hic*’ inquit ‘*deerat pagina aut amplius in exemplari manu scripto*’, et sequuntur adnotaciones ab c. 46. 2 (*intentis omnibus*) usque ad finem Libri. Et in Libro XXVII post adnotationem ad c. 7. 14 scriptam haec uerba Rhenani inuenies : ‘*hic unam paginam¹ transilire coacti fuimus ob defectum qui erat in exemplari manu scripto*’ ; neque lectiones denuo excerptit ante finem capitilis 9 (§ 14, *idem socios*), unde pergit usque ad Libri XXX c. 16. 1 ; hic subito desinit, sed num plura in codice fuerint celat silendo. Quamquam igitur non accurate explicat Rhenanus quantum Spirensi infuerit, licet tamen ex adnotationibus eius haec tria concludere :

(i) Si quae Spirensis folia ad priorem partem huius Decadis uel ad initium Libri XXVI olim pertinuerant, ea iam ante saeculum XVI omnia erant deperdita.

(ii) Pars quaedam Libri XXVII—ad octauum saltem et nonum capita pertinens—defecerat in Spirensi, nec dubium potest esse quin in locum eius partis transposita fuerit ‘particula’ illa altera (circa 26. 41. 18—circa 26. 43. 6) quam Rhenanus in Libro XXVII se repperisse testatur.

(iii) ‘Particularum’ illarum Libri XXVI neutra in unum folium ipsius Spirensis quadrauit, sed codex et perturbationibus exemplaris et lacunis laborans continua scriptura exaratus est.

§ 89. *De Spirensi plura.* Lacunam Spirensianam in Librum XXVII incidentem aut uno archetypi folio aut duobus potuisse compleri iure credideris ; cuius lacunae causa uiris doctis satis iamdudum patet. Ea enim pars Libri XXVI quam (ut supra in § 88 (ii) docui) in locum huius partis Libri XXVII omissae transpositam in Spirensi repperit Rhenanus, ipsa illa est quae Puteani lacunam supplet (uide § 85). Fortasse duo illa folia de compagibus soluta, quae scribam Puteaneum omnino fefellerunt, iam

¹ I.e. paginam (ut uid.) editionis illius Aldinae.

PRAEFATIO

transposita inuenerat uel transponi passus erat scriba codicis Σ ; qui ob illam transpositionem se et alia haec ad Librum XXVII pertinentia praetermittere haudquaquam animaduertit. Quantum uero praetermisit? Hoc cum non satis accurate doceat Rhenanus, necesse est ut cognoscere conemur ex aliis codicis Σ testimoiiis. Codices quidem Θ et V nullum in hac re usum habent, quippe qui ex aquis iam Puteano (uel r^b potius) contaminatis lacunam supplerint. Inde¹ tamen aliquid concludi potest quod in hoc loco (i.e. Libri XXVII c. 7 ad fin.–c. 9) silent aliquantum correctores Spirensiani codicum A et N . Sane scribae A^7 testimonium hic non magni esse confiteor (nam ex illo fonte quem Σ^r nomino potuit is lectiones suas extrahere; uide § 92 infra); sed ob scribae N^4 silentium lacunam in Σ haud longius quam ab c. 7. 17 usque ad c. 9. 9 extendisse (et fortasse etiam minorem fuisse eam) equidem cum Luchsio adfirmauerim.² Scriptura autem ea quae ad hoc spatium pertinet in cclx uersibus Puteani includitur; si igitur statuas archetypi columnis singulis uersus xxxi uel xxxii uel xxxiii fuisse,³ conicias duo eius folia in Σ praetermissa.

Iam uero quae Puteanus in Libro XXVI omisit (uide § 85), ea in Librum XXVII, ut uidimus, transposita in Spirensi Rhenanus repperit;⁴ nec dubitare nos debemus

¹ Hoc, quod ad ‘ L ’ suum (= N^4) pertinebat, iam perspexit Luchs (ed. 1879 *Prolegomena*, p. xxii sq.); sed nihil ille de mensura uersuum.

² Cum ex uerbis Rhenani nihil pro certo discas quo usque Spirensis defecerit, non est cur plura in S quam in Σ omissa credas (quamquam et hoc fieri potuisse non negauerim). Vix accurate in adnotatione nostra ad 27. 7. 14 hanc rem tractauimus. Nam et correctori A^7 nimis confidebamus et scribebamus tamquam si ab ipso S hausissent A^7 et N^4 , quod non crediderim.

³ Vide supra § 85.

⁴ Hanc partem Libri XXVI genuinam esse primus demonstrauit Heerwagen, *Commentatio Critica de T. Lini XXVI, 41. 18-44. 1* (Nürnberg, 1869).

PRAEFATIO

quin non solum usque ad c. 43. 6 (*nudabit*) sed etiam usque ad *imminet Africa* (§ 8) ea ibidem seruata fuerint. At deficit oratio illa Scipionis; nam quae in codicibus contaminatis post c. 43. 8 supplentur sine dubio spuria sunt.¹ Neque enim sensui neque stilo Liuiano sufficient; et ex Polybio 10. 11. 6 suspicandum erat alia Liuium orationi adiecturum fuisse. Quae spuria si in Spirensi repperisset Rhenanus, uix tam longe distanti adnotationi (*nudabit* § 6) illud ‘*hic deerat pagina*’ suum adfixisset. Ex duobus igitur illis foliis (in *P* omissis, in *S* transpositis) alterum iam antiquitus uidetur esse mutilatum.

Quem finem habuit Spirensis? Nihil quidem post 30. 16. 1 Rhenanus; sed ad finem Libri XXX non desunt lectiones a Gelenio in Frob. 2 receptae quas codici iure attribuas.² Certe codicem *S* usque ad finem Decadis tertiae exaratum esse indicant testimonia codicum *S^a* et *S^b*.

‘*Sp*’ et ‘*Sp?*’ et ‘*Sp ut uid.*’

Maximam partem lectionum a Rhenano commendatarum ex ipso Spirensi excerptam esse apud omnes hodie constat.³ Quoniam tamen saepissime in adnotationibus suis, nulla codicis mentione facta, ‘*scripsimus*’ ille uel ‘*expunximus*’ uel ‘*legendum est*’ et alia similia profert, nos, ne lectorem fallamus, quotiens nihil de exemplari suo scribit, siglo *Sp?* utimur, *Sp* in eis tantum locis ubi disertis uerbis codicis auctoritatem sibi uindicat. Et cum in lemmate ex editione Aldina sumpto saepe plures uel pauciores addit uoces quam quas codici inesse certe testatur, nos, sicubi incerta haec res uisa est, siglum *Sp ut uid.* adhibemus.⁴ Id autem prae-

¹ Vide Heerwagen (op. cit.)

² Quodsi opus excerpti perfecisset, num potuit Rhenanus garrulitatem suam continere?

³ Vide e.g. locos quosdam ubi ‘*Sp?*’ cum *S* (folio Monacensi) consentit.

⁴ E.g., quod ad 28. 40. 2 scripsit Rhenanus *in exemplari scripto tantum est ‘primoribus patrum’*, id agit ut lectionem Aldinam *primoribus*

PRAEFATIO

cipue tironi cauendum est ne lemma illud quod Drakenborchius in editione sua Rhenani adnotationibus praefixit, semper unum atque idem esse credat quod lemma ipsius Rhenani.

ald.¹ Frob. r. 2.

Si qua et Rhenanus silet nec lectionem aut editionis Aldinae aut Frobenianae primae mutat in Frob. 2 Gelenius, hanc lectionem non omnino sine pondere esse credendum erit, quippe quae indicet aliquando saltem quid Spirensi infuerit; quamquam non negauerim et silentio Rhenani saepissime non confidendum esse et Gelenium Aldinae uel Frobenianae primae lectiones pro eis quae in codice repperisset re, ut uidetur, perpensa haud raro retinuisse.

§ 90. *De Folio Monacensi (Spirensis).* Rhenani et Gelenii fidem insignite confirmauit folium Monachii saeculo XIX inuentum, saeculo XI exaratum, quod aut ipsius codicis Spirensis aut saltem gemelli² esse primus demonstrauit inuentor ille eius et editor, Carolus Halm.³ Hoc folium (*S*), satis integra Libri XXVIII c. 39. 16 (*ita uidetur*)—c. 41. 12 (*periculi*) praebens ab Alexandro Hope Kyd⁴ huius editionis causa transcriptum est. Vtrique paginae xxxvii uersus sunt, singulis uersibus raro minus lii raro plus lxv litterae. Inter lectiones quasdam ab Halmio et Luchsio praetermissas haec digna sunt quae memorem: c. 40. 2 *cum placeret* praebet *S* satis clare; omisit mox idem uocem

patrum conscriptorum corrigat, sed quia uox insequens *cum* deest in Aldina, tu, si Rhenano credas, debeas concludere eam et in codice defuisse: qua de causa *om. 'cum' Sp ut uid.* hic scripsi, quamquam ipsum folium Monacense (*S*) *cum* testatur. In hoc eodem loco lemma Drakenborchii uera detorquet.

¹ De siglis *Aldus* et *ald.* uide p. xxxix.

² Neque tamen est cur ipsi Spirensi hoc folium attribuere dubitemus.

³ *Sitzungsberichte Münch. Akad.* 1869 II, p. 580 sq.

⁴ Cf. Praef. Tomi i, p. xx.

PRAEFATIO

mussarent (cum *V*, cuius lectiones in hac parte nos in adnn. non includimus); c. 40. 3 omisit (cum *V* et *N*⁴) *de* (ante *Africa*). Nulla correctorum temptamina in folio apparent nisi quae ab ipso *S¹* profecta sunt.¹

Si cum Rhenani adnotationibus lectiones huius folii contuleris, concludes profecto nonnullos errores, ut minoris momenti, ab illo non esse memoratos. Quod ad meliora attinet, si quando Rhenanus silet, semper fere lectionem codicis in *Frob.* 2 introduceit Gelenius. Vide sis adnotationes ad Libri XXVIII cc. 39. 16; 40. 11; 40. 12; 41. 12. Tamen in c. 41. 2 (*isse*), ueram lectionem (et in *P* et in *S* seruatam) ambo illi uiri docti uidentur neglexisse.

§ 91. Ex quo Heerwagen inlustria sua studia uolgauit,² id in primis huius partis Decadis editorum interesse constat ut per testimonia codicum uel interpolatorum uel mixta traditione contaminatorum quid ipsi codici *S* infuerit, quid stirpi inde deriuatae adscribi possit pro uirili parte exquirere contentur. Et hoc quidem opus cum laboriosum tum in Liui uerbis inlustrandis maxime fructuosum praeclare adgressus est Augustus Luchs;³ qui non solum codices *HVOF* et lectiones correctorum codicis *N* contulit, sed etiam de stirpe eorum tam acute disseruit ut (praeterquam quod et falsa quaedam de ‘*L*’ suo tradidit et correctoribus *A⁷A⁸* neglectis traditioni *V⁰* parum diffidebat) illud quod descripsit huius stirpis stemma ne hodie quidem obsoleuerit.

§ 92. *De Correctoribus Spirensianis Codicum A et N.*

Post fragmenta ipsa Monacensia et Taurinensia⁴ et ea quae excerptis Rhenanus, praestantissimi testes traditionis *S* sunt correctores illi codicis *N*, qui saeculo XIII e fonte quodam Spirensiano hauriebant. Erant autem, ut demon-

¹ E.g. c. 41. 2, que te *S*: qui te *S¹*.

² *Commentatio Critica de T. Liui XXVI, 41. 18-44. 1* (Nürnberg, 1869).

³ Op. cit.

⁴ Vide § 95.

PRAEFATIO

strauit Conwaius,¹ et alii librarii qui siue antea (ut *N²*) siue postea (ut *N⁵*, *N⁶*, *N⁷*, *N⁸*) nulla uel minima, ut uidetur, auctoritate freti lectiones suas codici insinuauere. Haec inter correctores discrepantia prorsus fefellerat Luchsium ; qui si quid in codice correctum uel mutatum uidebat id, omni manuum discrimine neglecto, tamquam a fonte Spirensiano ortum uni tantum correctori (siglo 'L' usus) attribuere ausus est. Quoniam igitur summi momenti erat codicem iterum perscrutari, hoc opus Conwaius iam anno 1920 susceptum per sat magnas partes decem annorum exsecutus est diligentissime. Distinxit ille haud minus octo uel nouem correctorum manus, quorum tres² tantum (*N³*, *Nⁿ*, *N⁴*, saeculo XIII omnes) de auctoritate Spirensiana, quantum scire possumus, pendebant. Horum *N³* rarius, *Nⁿ* in uno tantum loco sed satis longo,³ *N⁴* saepissime mendis uolneribusque medelas adhibuit. De proprietatibus autem et moribus horum consule, sis, ea quae Conwaius ipse exposuit.¹ Iam pauca hic addenda sunt de illo fonte unde hauserunt. Optime quidem demonstrauit Luchsius⁴ neque ex ipso Spirensi neque ex ipso Spirensis exemplari (Σ^a) aut hos correctores Laurentiani aut codicem Harleianum (scilicet in Libris XXIX, XXX, uide § 94) haurire potuisse. Quot uero inter hos et Σ^a intermedii fuerint quis audebit adfirmare ? Id tantum ex nouo illo testimonio per Conwaium prolatu satis, ut opinor, patet : proximi sunt (quod ad bonas lectiones attinet) scribae *N³* et *N⁴* in Libris XXIX, XXX codici *H*; et Luchsius, cum crederet eos ex libro iam magis corrupto quam Harleiani exemplari sua excerpisse, ideo deceptus est quod correctori

¹ *The Laurentian Manuscript of Livy's Third Decade* (*Classical Quarterly*, vol. xxvii, p. 182 sq.).

² Erat, ut uidetur, quartus etiam (acqualis fortasse scribae *N³*) qui ad finem Decidis aliqua correxit. Hic in adnn. siglo *Nⁿ* designatus est.

³ I.e. in magna parte supplementi Spirensiani quod ad 27. 2. 12 sqq. inuenitur.

⁴ *Prolegomena* ad ed. 1879, p. xxviii sq.

PRAEFATIO

'*Z*' tribuerat multos errores re uera minime ab Spirensiana traditione ortos.¹ Contra plurima alia praua sunt in *H*, de quibus *N⁴* (cum *N³*) solebat silere, non quia in exemplari non fuissent ea, sed quod librarius meliorem esse Laurentiani quam exemplaris sui lectionem saepe duxerat. (Saepe etiam lectionem Spirensianam praebuit quidem *N⁴*, sed uelut de re dubitans notas delendi² sub uocibus in *N* stantibus non ausus est subscribere; i.e., ut coniecit Conwaius, praebuit Spirensianam 'ut secundam lectionem'.) Nihil igitur obstat quin ad auctoritatem haud longius ab *Z* distantem quam (in Libris XXIX, XXX) Harleiani exemplar respexisse scribam *N⁴* credamus; quem eodem e fonte (*Z^b*) atque *H* hausisse in stemmate indicaui. Quanto autem minus corrupta sit haec auctoritas quam fontes illi unde et codices contaminatos et correctores codicis *A* hausisse conicio, tu, lector, ex illis locis cognoscere poteris ubi omnium solus *N⁴* (uel *N³*) cum *S^p* uel *Frob.* 2 consentit, neglectis illis depravationibus quae in *Z^c* et *Z^r*, ut suspicor, primum inductae sunt. Vide e.g. adnn. ad 26. 46. 2; 26. 49. 13; 27. 14. 10; 27. 15. 17; 27. 16. 8; 27. 18. 9; 28. 7. 15; 28. 23. 4 (ab tergo); 28. 28. 11. Nec uero desunt loci ubi, ut credimus, silente etiam Rhenano, hic scriba solus lectionem codicis *Z* repreaesentet (uide e.g. 30. 36. 11).

Defecerat, ut uidetur, in Libro XXVI codex *Z^b* uix minus quam ipse Spirensis et eandem perturbationem (uide § 89) praebuerat; neque enim *N³* neque *N⁴* partem eius Libri in *N* omissam (uide § 85) supplere potuerunt (i.e. non percepérunt eam ad Librum XXVI pertinere). Fragmenta tamen quaedam huius Libri exstisset in *Z^b* uidentur: nam ab eodem codice extractum esse supplementum illud *occupauit Hasdrubal ne* (in 26. 17. 5) licebit fortasse conicere. Et

¹ In commentario nostro, ne nimis longi essemus, necesse erat saepe de lectionibus ab *N⁵* et *N⁶* (etc.) profectis silere.

² Vide Conwaii op. cit.

PRAEFATIO

finis Libri XXX (quamquam saeculo xi scriba codicis *B* (uide § 87 c) uel ab Σ^a ipso uel aliunde potuit hanc partem supplere) saeculo XIII librarios Laurentianos, fortasse iam opere defessos, fefellerat. Quam partem saeculo XIV suppleuit scriba *N^z*, eodem exemplari quo *A^z* usus.

Multo deterior quam Σ^b fuit auctoritas illa qua saeculo XIV usi sunt correctores codicis Agennensis, quos *A⁷* et *A⁸* nominauimus.¹ Nihil de his Luchsius, qui ibi solum Agennensi usus est ubi supplementa in Libris XXVI et XXX ab *A^z* (Luchsii ‘*E*’) addita sunt. Percepit tamen Waltersius² duos uel tres (rarissime enim medelae et ab *A⁹* additae sunt) correctores ab fonte aliquo Spirensiano per totos hos Libros hausisse; quorum unus uel alter fortasse idem fuit atque ipse *A^z*. Quae res utcumque se habuit, non difficile tamen erit perspicere qualis fuerit ille liber uel libri unde lectiones suas hi extraxerunt. Iam enim compluribus in locis is lectiones magis corruptas uel magis ab Σ distantes certe praebuerat. In parte illa Libri XXVIII ubi folium Monacense exstat, duae nouae lectiones, in *S* ipso non praebitae, ab *A⁷A⁸* (cum θ) additae sunt (uide c. 41. 2 *ire pro isse* et § 8 *peracti pro patrati*). Et passim quidem sunt indicia per quae confiteri necesse erit hanc auctoritatem proprius ad codices contaminatos accedere quam ad Σ^b . In Libro XXVI multa addit *A⁷*; quamquam si quid eius Libri in Σ^b (uel Σ^c) exstabat fragmenta tantum ibi fuerunt (u. supra). Multi autem loci sunt ubi contra meliores Spirensianos conspirant *A⁷* θ corrupta praebendo (uide e.g. 29. 27. 3). Atqui horum correctorum lectiones perscrutari certe operae pretium erat. Nam exemplar eorum, quamquam magis corruptum erat quam Σ^b , non tantum ab Σ degenerauerat quantum exemplaria codicum recentiorum. Hoc concludi poterit non solum ex locis illis ubi meliora praebuit *A^z* quam *V^θ* (uide adnn. ad 26. 42. 5; 42. 7; 42. 8), sed etiam inde quod saepissime de prauiore codicum *V^θ* lectione silent *A^{7A⁸}*. Sane hoc silentium potuit nulla alia de causa saepe oriri quod meliorem esse Agennensis quam exemplaris sui lectionem librarius crediderat (uide supra de *N*); sed quoniam in parte Libri XXVIII in *S* seruata multae aliae et nouae uariationes in codicibus Θ praebentur silentibus correctoribus *A^{7A⁸}* (e.g. in c.

¹ Hi correctores per Libros XXVI-XXX saepissime in una quaque pagina Agennensis sua addiderunt. Piores quidem erant quam correctores *A⁹*, *A⁵*, *A⁶*, sed quare sic nobis nominandi fuerint, discesserat annotationem narrationi meae (*A Test of Spirensian Sources, Class. Quart.* xxvii, p. 195) adfixam.

² Vide *Classical Quarterly*, xi. 3, p. 155 sq.

PRAEFATIO

40. i diffiniendum pro fin.; in c. 40. 3 hodierna; in c. 41. 4 hoc pro haec),¹ crediderim exemplar quo correctores Agennensis utebantur nondum tantis depravationibus esse corruptum. Sunt etiam loci ubi A⁷ A⁸ soli codicis Σ testimonium (casu fortasse) uidetur repraesentare (cf. e.g. 28. 7. 17; 30. 28. i transisset). Evidem in re dubia eos partim ab Σ^r (certe in Libro XXVI), partim ab Σ^c hausisse in stemmate indicaui.²

§ 93. *De Codicibus partim ab Σ partim ab P deriuatis.*
De codicibus recentioribus quidquid scire conductit iam demonstrauit Luchsius.³ Restat tantum ut hoc addam. Stirps illa Puteani unde hi codices partim deriuati sunt eadem est atque ipse archetypus codicum *A* et *N* (*r^b*); id quod uix in dubium uocabis si glossemata (uelut e.g. in 27. 8. 2) et in hos et in illos recepta respexeris (cf. § 87 b).

E codicibus uero illis qui omnes ab archetypo Θ (i.e. Luchsii 'R') pendent, duos tantum per totam hanc partem tertiae Decadis denuo perlegendos esse nos censuimus. Codices enim *J* (Lond. Burney 198) et *K* (Harl. 2781), quos huius editionis causa diligentissime contulit Clara M. Knight,⁴ satis archetypi lectiones repraesentant. Ceterum in eis partibus Librorum XXVI et XXVII ubi *P* deficit etiam eiusdem stirpis tres alios (*X Y Z*, uide *Sigla*) citamus, siue ibi a Conwaio siue ab aliquo eius adiutorum inspecti sunt. Tum *Vat. Pal. 879 (W)* ab Luchsio non adhibitum in sat multis locis pro nobis legit Nan Holley.⁵ Hic codex non ex ipso Θ sed ex alio ei cognato uidetur exscriptus esse.

Codices *V* et *F* (uide *Sigla*) nonnihil ab Θ distant et in lectionibus quas praebent et quod lacunam Puteani in Libro XXVI non cum Θ *IV* supplant, sed nihil ibi praebent nisi spuria illa (uide § 89) supplemento Spirensiano in Θ *W*

¹ Tales codicum θ uariationes saepissime in adnotationibus nostris necesse erat praetermittere.

² In commentario nostro stant sigla *A⁷* et *A⁸* ante sigla *N³* et *N⁴*. Hoc ideo factum est quod *A* ipse aliquanto antiquior quam *N* uidetur fuisse.

⁴ Vide Praef. Tom. iii, p. xii.

³ Op. cit.

⁵ Vide Praef. Tom. iii, p. xiii.

PRAEFATIO

adhaerentia. Hacc uero discrepantia ideo (aliqua saltem ex parte) orta est quod hi codices (ut demonstrauit Luchsius) non solum ex eo fonte quem Σ^r nomino oriundi sunt sed etiam e codice *N* ipso iam a correctoribus (nec Spirensianis solum) tractato. At *F* quidem in Liuio edendo nulli omnino usui est. Codex *V* Spirensiana auctoritatis uidetur aliquid habere, non quo erroribus immunis sit—immo sescenties nouas corruptelas induxit—sed quia haud ita raro errorem Spirensianum retinuit qui in Θ correctus est (nota e.g. ad 30. 10. 3 nonnulla cum *S*p et *H* omissa). Hunc codicem in duobus uel tribus Libris denuo huius editionis causa perlegit eadem illa Nan Holley quam supra nominaui. Verum quoniam adnotationes nostrae iam nimis longae erant, lectiones eius solum in Libro XXX¹ protulimus, rati proprie-
tates quas habet satis ibi fore perspicuas.

At non spernendi sunt recentiores. Per eos enim solos interdum uera ac genuina lectio nobis tradita est, quae ipsius Σ auctoritatem repreäsentat. Hoc qui dubitat, inspiciat locum 27. 13. 7, ubi cum *T*a praebent θ ademisset (et sic *V*, quem hic non citamus: *abstulisset P*). Sequitur ut quotiens de Σ silent et Rhenanus et *N*⁴ et *A*⁷ et Harleianus, etiam codicum *V* θ lectio editoribus perpendenda sit.

§ 94. *De Codice Harleiano (H).* In una tantum parte (29. 3. 15—30. 21. 12; i.e. fol. 181 r. init. usque ad fol. 204 u. ned.) hic codex, saeculo xv exaratus, nobis usui est; qui libi manifeste ab Σ^r (uel ab codice ei cognato), ibi tamen b antiquiore quodam libro et ipsi Σ propiore deriuatus est. Ioc ab Luchsio iam perspectum confirmauit Waltersius, qui odicem denuo in hac parte perlegit. Mendis quidem ibi bundat *H*, sed qualia exemplari male lecto potuit scriba
ose contrahere. De his nos plerumque silere coacti sumus; ed quantum obseruaui uix quicquam erat in hac parte codi-
is quod ad Puteani traditionem attribui posset. Immo

¹ Sed et ibi de multis uariationibus silere coacti sumus.

PRAEFATIO

codicis Σ lectiones aut integras aut aliquantulum corruptas cum *S^p* et *N⁴* satis constanter praebet.

§ 95. *De Codice Taurinensi (Ta)*. Postremus in stirpe codicis Σ nominandus est codex palimpsestus Taurinensis, saeculo v exaratus et a librario aequali, ut uidetur, correctus. Huius fragmenta, quae in bibliotheca Athenaei Taurinensis olim exstabant, diligenter transcripsit atque edidit Gulielmus Studemund.¹ Septem folia is rimatus est, quorum ex uno quidem nihil certum erui poterat, sed quattuor ad Librum XXVII pertinebant, duo ad Librum XXIX. Ex fragmentis² pessime habitis hic illuc, ubi eius quod in *Ta* scriptum erat ne uestigium quidem manebat, scripturae quaedam ab correctore (*Ta²*) profectae poterant satis clare distingui.

In primo folio (47) nihil apparebat nisi uoces (27. 11. 15) *qui equo merere deberent* et (27. 12. 5) *Bruttiorum a Ta² additae*³ (i.e. ut uidetur, in *Ta* omissae). Plura erant in altero (52). Nam et ex 27. 12. 10 uoces *instaret Marte et castra legi* poterant (atque eiusdem capititis nonnulla ex §§ 11, 14, 15) et iam inde ab § 17 usque ad c. 13. 11 maior pars scripturae manebat. In tertio folio (48) legebantur tantum quae *Ta* omiserat in 27. 33. 3-4 et addiderat *Ta²*; in quarto (51), loci 27. 33. 5-27. 34. 3 umbrae quaedam et ex c. 34. 4-6 plura (omisit *Ta* ex c. 34. 6 et *in senatum uenire*, quod suppleuit³ *Ta²*), et mox in §§ 8-14 nonnulla. Quintum folium (49) nihil praebebat nisi 29. 12. 6 (*ur*bem . . . *romano* et id quod in 29. 13. 3 addidit *Ta²*). In sexto demum folio (50) nihil aliud legebatur quam quod idem *Ta²* suppleuerat—i.e. 29. 21. 5-7 xxxiii et mox lix litteras (ob ὄμ. omissas) et 29. 23. 2 uoces (*Roman*um credidera(*nt*), xviii litteras non ob ὄμ. omissas).

Hic codex (praesertim postquam ab *Ta²* correctus est) proximus fuit, ut conicere licet, ipsi codici Σ. In stemmate (p. vii) eum ex Σ descriptum esse (cum Luchsio) indicaui. Inspectis enim locis quibusdam (e.g. 27. 34. 12, ubi

¹ Mommsen et Studemund, *Analecta Liuiana*, Lipsiae 1873, pp. 6-31.

² Paginis singulis xxxv uersus erant, quorum unus quisque uix amplius xl, uix minus xxxiv litteras uidetur habuisse.

³ De hoc in adnn. nostris silemus.

PRAEFATIO

tamen incertum est num *Ta* omiserit *offerre*), uix crediderim eum ipsum Σ fuisse. Neque uero ab communi codicum *S* Θ (cum *N⁴* etc.) archetypo (Σ^a) eum deriuatum esse neque ipsum illum fuisse inde sumendum erit quod in 27. 13. 5 praebet *Ta* uocem *referam*, quam illi omnes omittunt.

Succurrit autem indicium, qualemcumque est, per quod de forma exemplaris eius unde *Ta* exscriptus erat aliquid, credo, licet conicere. Nam Taurinensis sicut Puteanus, laborabat uocibus omissis; ceterum *Ta²* (longe alias quam miser ille corrector *P²*) eodem, ut uidetur, exemplari quo codicis scriba usus, plerumque omissa restituit. Ex paucis uero illis locis ubi codicis nobis notitia est, ter accidit ut tot litterae omissae sint quot in uersum Puteaneum quadraturae erant (uide 27. 11. 15; 27. 34. 6; 29. 23. 2, locos supra memoratos). At fortasse ad 27. 33. 3-4 lacunae causa merae litterarum similitudini ($\delta\mu.$) adsignanda erit: omissa tamen in 29. 21. 5-7 (ea quoque ob $\delta\mu.$) quinque uersibus (ii + iii) eiusdem mensurae poterant suppleri. Qua de causa, quamquam in tali re nihil pro certo dici potest, haud scio an eadem in Σ atque in *P* fuerit uersuum magnitudo.

§ 96. *De Examine Lectionum et de Glossematis in P et Σ .*
Duarum igitur traditionum (*P* et Σ) lectiones cum iam pruili partē coniux sit editor quilibet ut quae utrique fuerint esperiat (nam ad finem Libri XXX ne de *P* quidem hoc acile reperiri potest), restat ut nunc hanc nunc illam, prout uiusque loci sententia atque loquendi usus suadet, in contextum Liuianum recipiat. Saepe ubi inter se discrepant triuslibet lectio poterit Liuio attribui. Neutra traditio contemnenda est; neutra mendis sat magnis non est corrupta. At codex Σ fortasse aliquanto curatius et a scriba octiore descriptus est. Quot enim et quanta fuerint mendae Puteani inter omnes constat. Sed talibus si non tantum mendis et codicem Σ laborauisse e folio Monacensi potest concludi—quamquam errores ibi nonnullos ipsi *S* (uel Σ^a)

PRAEFATIO

potius quam parenti illi Σ forsitan adsignare liceat. Deprationes uero de industria, ut ita dicam, factas et glossemata in contextu inclusa non solum in Σ (et Σ^a etc.) fuisse sed etiam in *P* nonnulla nemo negare poterit qui et pauca illa ad 27. 26. 10 adn. collecta respexerit et exempla qualia inuenies ad 27. 13. 7; 27. 27. 1 et 3; 27. 39. 13 (?); 27. 45. 12; 27. 49. 1; 28. 18. 7; 28. 32. 9 (?); 28. 37. 5 (?); 28. 39. 3; 28. 40. 5; 29. 16. 7. Sunt etiam nonnulli loci ubi uerborum ordinis inter *P* et Σ uariatio inde, ut credimus, orta est quod glossemata inserta erant in archetypum (uide sis 27. 34. 3 adn.). Et uix dubium est quin mutationes in Puteano repertae archetypi correctoribus tribuendae sint potius quam Puteano ipsi; cuius scriba sententiam Liuianam nihil morabatur, sed glossema uel correctoris medelam hic illic quasi casu recepit (etiam ubi eandem scriba codicis Σ neglexerat). Contra mutationum Spirensianarum siue in Σ siue in alio ab illo deriuato primum factarum permulta sunt exempla (*cf.* e.g. 29. 12. 5 adn.).¹

§ 97. *De Versibus² omissis.* Puteani scribae neglegentia nusquam alibi magis patet quam quod crebro cola uel uerborum seriem prorsus praetermisit. Nec uero melius intellegere possumus quantum profuerit traditio Spirensiana quam si recordamur omissa in *P* pleraque per illam in his Libris suppleta esse. Supplementa autem—quod iam pridem perspexerunt uiri docti³—totis uersibus Puteani (quorum unus quisque xv–xxi fere⁴ litteras praebet), uni uel pluribus, maximam partem sunt paria. Hinc satis probatum est uersibus eandem mensuram habentibus et exemplar quoque

¹ Multo plura sunt quam quae ibi collegi.

² In hac Praefatione uocem ‘uersus’ adhibere malui, quamquam Waltersium (Praef. Tom. ii) secutus in adnn. uoce ‘linea’ usus sum.

³ Horum in primis nominandus est Waltersius, u. Praef. Tom. ii pp. xv–xx.

⁴ I.e. nunquam minus xiv, nunquam amplius xxii.

PRAEFATIO

Puteani descriptum esse; id quod uix dubitare poteris cum locorum ubi unum uel plures uersus omisit Puteanus haud minus lxx exempla¹ inuenieris, quae ad 26. 51. 8 adn. collegi. Et horum quidem locorum sunt xxiii ubi abest omnis alia omittendi excusatio (i.e. ubi uoces non ob δμ. quod uocant omissae sunt). Necnon idem inde concludi potest quod ad 28. 9. 12-13 et 28. 27. 5 (et alibi) bis praebet Puteanus non suos ipsius uersus sed uersus, ut uidetur, exemplaris.

Iam de exemplari Taurinensis idem conici posse monstraui (§ 95). Quid uero de illis quae in traditione Spirensiana omissa, in *P* suppleta sunt? Exempla inuenies ad 28. 2. 16 adn. collecta, quorum in plurimis uix alia causa omittendi erat quam δμ.² Quod si locos quales 28. 19. 2 et 29. 36. 8 necnon (quamquam δμ. adest) 30. 13. 14 et 30. 37. 3 inspexeris, indicia aliqua habebis unde quod de forma et codicis Σ et ipsius codicum *P* et Σ archetypi iam³ conieci- nus confirmari posse uideatur.

§ 98. Postremo monendus est lector ne credat omnes Puteani errores, omnes codicum θ uel ceterorum in annotationibus criticis nostris inclusos esse. Multa omittenda erant, ed ea tantum omissa quae leuioris momenti esse uidebantur; e *P* et θ qui plura uolt cognoscere, consulat editionem Luchsii. Id potius nos egimus ut ubicumque adnotationem cripsum ibi proferretur quidquid uariationis erat interctiones omnium illorum codicum quos adhibebamus; et iqua ex parte mores codicum atque usum Liuianum tironis uisa exemplis inlustrare conati sumus. Quam ob rem iam de emendatorum coniecturis quamuis scitis saepe excesse erat silere.

§ 99. Restat iam solum ut et Conwaii et meo nomine

¹ Sunt et alia quae in adnn. poteris comperire.

² Sunt etiam quae malis fortasse codici Σ^a adsignari.

³ Vide §§ 85, 89, 95.

PRAEFATIO

gratias plurimas agam illis omnibus quicumque in hac parte
huius editonis adiutamenta nobis attulerunt. Iterum com-
memoranda est insignis illa opera codicum perlegendorum
quam nobis et benignissime et impigerrime nauauerunt Clara
M. Knight, Florentia Whitehead, Nan Holley, Douglas L.
Drew, Iacobus A. Petch. Necnon Bibliothecarum custodibus
iam in priore Tomo nominatis grates ex animo deferimus.
Huius ipsius Praefationis obscuritatibus quibusdam summa
benevolentia adhibuit scientiam Latinitatis suam Iohannes
Wight Duff, Academiae Britannicae Socius. Iterum cus-
todibus Preli Clarendoniani et ipsis prelatoribus multum
debemus; qui cum hic Tomus commentario etiam ampliore
quam ille tertius oneretur, haudquaquam tamen grauati-
sunt. Et correctori huius Preli gratiam habeo praecipuam.
Is enim neque operae neque eruditioni pepercit dum me-
sescentis erroribus liberaret.

S. K. JOHNSON.

Dabam Nouis Castris

Kal. Nouembris, 1934.

CORRIGENDA ET ADDENDA

26. 13. 15 adn. *ad in carcrem*] *optime conicit in erate nem* *P. Thoresby Jones*, *conferendo* 1. 51. 9 (ut . . . ad caput aquae Ferentinae erate superne iniecta . . . mergeretur) et 4. 50. 4 (*neconon Tac. Germ.* 12. 1 *et fort. Plaut. Poen.* 1025-6); *abrupta haec locutio et ad rem et ad personam accomodata est* (*cf. etiam e.g. ‘dance on air’*); *quodsi Subiunctius nem rarius inuenitur, fortasse inde orta est corruptela*
26. 43. 5 adn. *ad nobis*] *pro ‘distribit-’ lege ‘distribut-’*
26. 43. 7 adn. *ad cum*] *pro ‘om. V’ lege ‘om. Y’*
26. 46. 9 adn. *ad plena*] *pro plera π lege plera P*
26. 47. 8 adn.] *lege quadraginta CMBAN etc. (non CMBDAN etc.)*
26. 47. 9 adn. *ad captaeque*] *pro Π lege π*
26. 48. 7 adn. *ad praefectus*] *pro Π lege π*
27. 2. 6 adn. *ad et funditores*] *pro effunditur R lege effunditur R²*
27. 4. 15 adn. *ad supplicatio*] *pro π lege Π*
27. 7. 14 adn. *ad in Sard.*] *pro c. 10 § 1 (post ‘nec nero ante’) lege c. 9 § 14*
27. 7. 17 adn. *ad annum (partita)*] *post ΠN adde θ*
27. 8. 5 adn. *ad reticuisse*] *pro A⁷ lege A⁵*
27. 8. 13 adn. *ad accipere*] *pro Π lege π*
27. 9. 14 *Post adnn. adde lemma idem socios], et huc transfer adn. primam ad c. 10. 1*
27. 13. 11 adn. *ad ornati armatique*] *post ‘ald.’ adde ‘, cf. 10. 40. 12’; post 7. 10. 5, pro ‘10. 40. 12’ lege ‘24. 48. 7’; pro ‘et sic malit’ lege ‘et duo uocab. retinere malit’*
27. 14. 7 adn. *ad dissipatis*] *pro Π lege π*
27. 15. 2 adn. *ad Volcientes*] *pro Π lege π*
27. 21. 10 adn.] *pro Π lege π*
27. 25. 1 adn. *ad noxae*] *pro Π lege π*
27. 32. 9 adn. *ad fuere*] *pro ‘fuerat CRD’ lege ‘fuerat CR’*
27. 39. 12 adn.] *post ‘29. 2. 9’ dele uoces ‘et 13’*
27. 45. 5 adn.] *post ‘om. B’ adde ‘: supplet B²’*
8. 2. 16. adn. *ad exercitum . . . traiceret ad fin.*] *pro 30. 37. 2 lege 30. 37. 3*
8. 3. 14 adn. *ad erat et tri.*] *pro {ceteri dispersi in} lege {ceteri per}, et dele ‘(cf. 26. 6. 16 adn.)’*
8. 5. 7 adn. *ad ipsius*] *pro Π lege π*
8. 8. 13 adn. *ad urbe quam*] *pro Π lege π*
8. 12. 3 adn. *ad ciuili*] *pro Π lege π*
8. 14. 7 adn. *ad instratosque*] *post ‘P (sed instat-)’ adde C*

CORRIGENDA ET ADDENDA

28. 23. 4 *adn. ad flamma]* *pro N⁴ lege N*
28. 39. 3 *adn. ad ad]* *pro Π lege π*
28. 41. 3 *adn. ad exercitu]* *post D et ante A⁷ adde S*
29. 12. 2 *adn. ad decem m. ped.] inter A⁸ et θ adde H*
29. 19. 5 *adn. ad quererentur]* *pro (sed quaer-) lege (sed quaer-)*
29. 34. 2 *adn. ad ut]* *pro (ut uniuersae) lege ut (uniuersae)*
30. 5. 7 *adn. ad haesit]* *pro ‘om. inf. HVθ’ lege ‘om. et inf. HVθ’*
30. 10. 14 *adn. ad ipsae tantum]* *pro ipsae (-sa C) π lege ipsae (-sa C)*
tanto π
30. 11. 6 *adn. ad dein]* *pro Π lege π*
30. 14. 9 *adn.] pro A lege A'*
30. 33. 3 *adn. ad ea tunc]* *post ‘ambiguo’ lege (c), non (o)*

S. K. J.

SIGLA

- P* = codex Puteanus, Parisiis (Biblioth. Nat. Cod. Lat. 5730), saec. V ; u. *Praef.* §§ 50 sqq. (cf. etiam §§ 84, 85, 96, 97)
- P¹* = *P* ipse se corrigens
- P², P³* = correctores subsequentes (ambo tamen eo tempore priores quo ex hoc codice descripti sunt *CRM*) ; u. *Praef.* § 55
- P⁴, P⁵* = correctores recentiores ; u. *Praef.* §§ 55 (c) et (f), 87A (ii)
- P^x* corrector aliqui de quo nihil amplius adhuc nobis comparuit.
Similiter et in codd. ceteris (e.g. *C¹*, *C²*, *C^x*)
- C* = codex Colbertinus, Parisiis (Biblioth. Nat. Cod. Lat. 5731), saec. X ; u. *Praef.* § 57 (cf. etiam § 87A)
- R* = codex Romanus, Romae (Biblioth. Vaticananae Vat.-Reg. 762), saec. IX : u. *Praef.* § 59 (cf. etiam § 87B)
- M* = codex Mediceus, Florentiae (Biblioth. Laurentianae Plut. Ixiii. 20), saec. X ; u. *Praef.* §§ 60 sqq. (cf. etiam § 87B)
- B* = codex Bambergensis (Biblioth. Publicae M. iv. 9), saec. XI ; u. *Praef.* § 66 (cf. etiam § 87B et c)
- D* = codex Cantabrigiensis (Biblioth. Coll. Trin. R. 4. 4. 214), saec. XII ; u. *Praef.* § 67 (cf. etiam § 87B et c)
- A* = codex Agennensis, Londinii (Mus. Brit. Harl. 2493), saec. XIII ; u. *Praef.* § 68 (cf. etiam § 87B et c)
- Π = *P* consentientibus *CRMEDA*
- Π^1, Π^2 = *P¹, P²* consentientibus *CRMEDA*
- π, π^1, π^2 = *P, P¹, P²* consentientibus haud minus tribus ex codicibus *CRMEDA*, ubicumque ex ceteris horum unus uel duo uel tres a *P* discrepant; sed in Lib. XXX, ubicumque nulla horum codicum memoratur uariatio, post c. 5. 8 (ubi *R* deficit) π = consensus codicum *PCMBDA* et post c. 21. 4 (ubi folium in *D* exsectum est) π = *PCMBA* et post c. 26. 10 (ubi *M* etiam deficit) π = *PCBA*
- N* = codex Laurentianus Notatus (λ Luchsii), Florentiae (Biblioth. Laurent. Plut. Ixiii. 21), saec. XIII ; u. *Praef.* § 70 (cf. etiam § 87B et c)
- A⁷, A⁸, A⁹, A²* = codicis *A* correctores illi qui e fontibus Spirensianis hauserunt (saec. XIV ut uid. omnes) ; suppleuit *A²* lacunas Puteaneorum XXVI c. 41. 18-c. 44. 1, et

SIGLA

- XXVII c. 2. 11-c. 3. 7, et ad finem Lib. XXX (inde ab c. 41. 6); u. *Praef.* §§ 87c, 92
A^v = *A* a Laurentio Valla correctus; u. *Praef.* § 68
A^r = folium in *A* rescriptum
N³, N⁴, Nⁿ, N^r = codicis *N* correctores illi qui e fontibus Spirensianis hauserunt saec. XIII omnes (u. *Praef.* § 92);
 Nⁿ nihil scripsit nisi partem supplementi ad XXVII
 c. 2. 11-c. 3. 7; raro (in Lib. XXX) sua addidit *N^r*
N^z = ille qui ultimum codicis *N* folium (Lib. XXX inde ab c. 41.
 6) suppleuit; u. *Praef.* § 87c
S = folium Monacense (*M* Luchsii), Monachii (Biblioth. Mon.
 Cod. Lat. 23491), saec. XI; u. *Praef.* § 90
S^p = codex Spirensis ab Rhenano in ed. Frob. 1535 disertis
 uerbis citatus; u. *Praef.* §§ 88, 89
S^p ut uid. = Rhenanus includens in lemmate suo ubi codicem
 nominat sed ut de alia re testem; u. *Praef.* § 89
S^{p?} = Rhenanus lectionem probans et fortasse (sed non diserte)
 codicem suum sequens; u. *Praef.* § 89
Rhen. = Rhenanus suo Marte ut uidetur conjecturam offerens
T^a = codex palimpsestus Taurinensis, saec. V; u. *Praef.* § 95
H = codex Harleianus, Londinii (Mus. Brit. Harl. 2684), saec.
 XV; u. *Praef.* § 94
V = codex Vaticanus, Romae (Biblioth. Vaticanae Palat. 876),
 saec. XV; u. *Praef.* § 93
W = codex Vaticanus, Romae (Biblioth. Vaticanae Palat. 879),
 saec. XV; u. *Praef.* § 93
J = codex Burneianus (*a* Luchsii), Londinii (Mus. Brit. Burney
 198), saec. XV; u. *Praef.* § 93
K = codex Harleianus (*β* Luchsii), Londinii (Mus. Brit. Harl.
 2781), saec. XV; u. *Praef.* § 93
θ = consensus codicum *JK*
X = codex Venetus (*γ* Luchsii), Venetiis (Marc. 364), saec. XIV
Y = codex Mediceus (*δ* Luchsii), Florentiae (Biblioth. Laurent.
 Plut. Ixiii. 17), saec. XV
Z = codex Mediceus (*ε* Luchsii), Florentiae (Biblioth. Laurent.
 olim Abb. Florent. 263), saec. XV
Θ = consensus codicum *JKXYZ* (*R* Luchsii); u. *Praef.* § 93
F = codex Mediceus, Florentiae (Biblioth. Laurent. Plut.
 lxxxix inf. 1), saec. XV; u. *Praef.* § 93
Codicum *VXYZF* testimonia non in omnibus locis collecta

SIGLA

sunt a nobis aut a sociis nostris; ubi uero ob hanc uel illam causam
ii in locis non denuo inspectis nominandi erant, e Luchsii testimo-
nio sic (pluribus litteris secundum normam nostram) citamus:

Vat = *V* e Luchsio citatus (u. supra)

Ven = *X* " " " "

Med. 1 = *Y* " " " "

Med. 2 = *Z* " " " "

Med. 3 = *F* " " " "

De Deterioribus aliis ex Drakenborchio citatis (idque rarissime)
u. *Sigla* Tom. III huius editionis p. xxx

Aldus = Aldus siue in ed. 1519 siue in ed. 1521 editorum primus
lectionem instituens

ald. = Aldus lectionem ab editionibus prioribus accipiens

Frob.2 = Gelenius editionis Frobenianae 1535 in contextum
lectionem introducens

ald.Frob.1.2 = Aldus et editio Frobeniana utraque (1531 et
1535) lectionem iam ab editionibus ueteribus acceptam
confirmantes (hinc de Spirensi 'argumentum ex silen-
tio' saepe oritur)

Edd. = editores et priores et posteriores

| indicat finem lineae in codice (e.g. ad 26. 26. 2)

< > includunt supplementa quae credimus necessaria sed quae
omnibus codicibus absunt

[] includunt additamenta quae reicienda esse censemus sed
quae pluribus uel omnibus codicibus insunt

+ indicat locum corruptum cuius de medela nobis non liquet

() in adnotationibus ubi lemmati ipsi uoces ex contextu ad-
duntur ut lector locum in pagina facilius reperiatur, harum
uocum nullam rationem habet adnotatio (e.g. ad 26. 33. 3)


In adnotationibus ut ordo uocum in codicibus uariatus breuiter
monstretur stat lemma nonnunquam cum siglo] scriptum, ubi
uocis uel uocum locus in hoc uel illo codice per *hic* (i.e. in eo
loco quo in contextu nostro stat) et *post* uel *ante* indicatur (e.g.
ad 30. 35. 9)

ut s. l. = praebens ut secundam lectionem; cf. *Praef.* § 92

pleniore cal. = pleniore calamo scriptum; cf. *Praef.* § 33 (b)

Madv. Em. = Madvig *Emendationes Liutianae* (ed. 2, 1877);
editiones Luchsii et Madvigii per *Luchs* 1879 tantum et simili
modo nominantur

Praef. = Praefatio nostra cuius paragraphae continuis
numeris inde a Tom. I denotantur



T. LIVI
AB VRBE CONDITA
LIBER XXVI

CN. Fuluius Centumalus P. Sulpicius Galba consules cum 1
idibus Martiis magistratum inissent, senatu in Capitolium uocato, de re publica, de administratione belli, de prouinciis
exercitibusque patres consuluerunt. Q. Fuluio Ap. Claudio, 2
prioris anni consulibus, prorogatum imperium est atque exer-
citus quos habebant decreti, adiectumque ne a Capua quam
obsidebant abscederent priusquam expugnassent. Ea tum 3
cura maxime intentos habebat Romanos, non ab ira tantum,
quae in nullam unquam ciuitatem iustior fuit, quam quod 4
irbs tam nobilis ac potens, sicut defectione sua traxerat ali-
quot populos, ita recepta inclinatura rursus animos uidebatur
d ueteris imperii respectum. Et praetoribus prioris anni 5
M. Iunio in Etruria, P. Sempronio in Gallia cum binis le-
gionibus quas habuerant prorogatum est imperium. Proro- 6
atum et M. Marcello, ut pro consule in Sicilia reliqua belli
perficeret eo exercitu quem haberet: si supplemento opus 7
sset, suppleret de legionibus quibus P. Cornelius pro praetore
1 Sicilia praeesset, dum ne quem militem legeret ex eo nu- 8

1 1 Centumalus *Sigonijs*, cf. 25. 41. 11: centimalus Πθ 2 ex-
ugnassent ed. Rom. 1472 ald.: oppugnassent Πθ 3 Ea tum
(qui mox curan cura scripsit: del. curan *P¹* et *P²*) ald.: eam. tum
RMBDAθ in nullam *R¹MB*: in ullam *PCR* 4 respectum Π¹θ:
respectus *P* cf. 22. 2. 2; 27. 17. 1; 27. 40. 7 adn. et de dittographia
cf. 27. 34. 5 adn. 5 in Etruria *A⁷θ* ald.: n etruria *P*: etruria π³*R²*:
etruria *R* in Gallia *PA⁷θ* ald.: gallia Π³ 6 reliqua π(*M?* et *M^x*
er ras.) *Gron.*: reliquias *BDAθ* *Edd. ante Gron.*: reliquia *M²* (*uel M?*)
7 pro praetore *J*, cf. 27. 21. 6 adn.: propractor (*uel -prect-*) *A⁷*
elA^xK, cf. c. 2. 4: pro p̄r π: pro p̄. r. *D*

mero quibus senatus missionem redditumque in patriam negas-
 9 set ante belli finem. C. Sulpicio cui Sicilia euenerat duae
 legiones quas P. Cornelius habuisset decretae et supplementum
 de exercitu Cn. Fului, qui priore anno in Apulia foede-
 10 caesus fugatusque erat. Huic generi militum senatus eundem,
 quem Cannensibus, finem statuerat militiae. Additum etiam
 utrorumque ignominiae est ne in oppidis hibernarent neue-
 hiberna propius ullam urbem decem milibus passuum aedi-
 11 ficarent. L. Cornelio in Sardinia duae legiones datae quibus
 Q. Mucius praefuerat; supplementum si opus esset consules
 12 scribere iussi. T. Otacilio et M. Valerio Siciliae Graeciaeque
 orae cum legionibus classibusque quibus praeerant decretae
 quinquaginta Graecia cum legione una, centum Sicilia cur-
 13 duabus legionibus habebat naues. Tribus et uiginti legio-
 nibus Romanis eo anno bellum terra marique est gestum.
 2 Principio eius anni cum de litteris L. Marci referretur, re-
 gestae magnificae senatui uisae: titulus honoris, quod imperio
 non populi iussu, non ex auctoritate patrum dato ‘propraeto
 senatui’ scripserat, magnam partem hominum offendebat
 2 rem mali exempli esse imperatores legi ab exercitibus et so-
 lemne auspicandorum comitiorum in castra et prouincia
 procul ab legibus magistratibusque ad militarem temeritatem
 3 transferri. Et cum quidam referendum ad senatum censerent
 melius uisum differri eam consultationem donec proficisci
 4 rentur equites qui ab Marcio litteras attulerant. Rescribi
 frumento et uestimentis exercitus placuit eam utramque rei
 curae fore senatui; adscribi autem ‘propraetori L. Marcio’.

9 Sulpicio *A^v? J. Perizonius*, cf. 25.41.12: pupio (*uel* puppio) π^2B^2
om. B 10 ignominiae (*uel* -ie) *C^x* per ras. (-nia ē *C?*) *M²uell*
BDAθald.: ignominia *PRM* 12 orae *Walters*: ora Πθ ald. *Fro*
 1. 2 decretae Π ald. *Frob.* 1. 2: decreta *A⁷θ* 13 Graecia *PR*
uid.: gracci $\pi^1R^x\theta ald.$ Sicilia *Alschesfski*: sicilia *A*: siculi π
 (-cili *P*) ald. habebat *Walters*: habebant Πθ, sc. ex corruptela pra-
 ortum 13 uiginti (i.e. xx) π ald.: xxx *A^θ*

2 2 auspicandorum *Madv. Em.* p. 370: auspiciorum π : auspic-
 torum *A^θ ald.* 4 propraetori *A⁷ in ras.* *ald.*: pro. pr. *P*: pro-
 r *C*: pro *pr* *R^xMB²*: .pr *B*: pro populo. r. *D*; cf. c. 1. 7 et 27. 21.
adn.

non placuit, ne id ipsum quod consultationi reliquerant pro praeiudicato ferret. Dimissis equitibus, de nulla re prius consules rettulerunt, omniumque in unum sententiae congregabant agendum cum tribunis plebis esse, primo quoque tempore ad plebem ferrent quem cum imperio mitti placeret in Hispaniam ad eum exercitum cui Cn. Scipio imperator praefuerisset. Ea res cum tribunis acta promulgataque est ; sed 6 aliud certamen occupauerat animos.

C. Sempronius Blaesus die dicta Cn. Fuluium ob exercitum 7 in Apulia amissum in contionibus uexabat, multos imperatores temeritate atque inscitia exercitum in locum praecipitem duxisse dictitans, neminem praeter Cn. Fuluium ante cor- 8 upisse omnibus uitiis legiones suas quam proderet. itaque iere dici posse prius eos perisse quam uiderent hostem, nec ab Hannibale, sed ab imperatore suo uictos esse. neminem 9 cum suffragium ineat satis cernere cui imperium, cui exercitum permittat. quid interfuisse inter Ti. Sempronium (et Cn. Fuluium ? Ti. Sempronium) cum ei seruorum exercitus 10 latus esset breui effecisse disciplina atque imperio ut nemo orum generis ac sanguinis sui memor in acie esset (sed) praesidio sociis, hostibus terrori essent ; Cumas Beneuenum aliasque urbes eos uelut e faucibus Hannibalis ereptas opulo Romano restituisse : Cn. Fuluium Quiritium Roma- 11 orum exercitum, honeste genitos, liberaliter educatos, ser-

5 Dimissis *C⁴M¹BDA*.ald. : dimissi π, cf. 27. 17. 12 adn. 6 promulgataque πR^x per ras. (-taque R) J : promulgata K 7 Blaesus A^v? Sigonius, cf. 27. 6. 1 adn. : blesus θ : plaeus (uel ple-) Π multos M¹A^v? Gron. : multo π : multa C⁴BDAθ ald. (imperatoris ld. : -rem Frob. 1) duxisse Luchs 1879: praeduxisse π (sc. prae-
t uoce praecedente repetito, cf. 27. 44. 1 adn.): produxisse B² (-sse et
): p eduxisse C: eduxisse C⁴: perduxisse M² uel M⁷ ald. Luchs
389, non male, cf. 22. 2. 1 adn. et 27. 50. 9 10 et Cn. Fuluium?
i. Sempronium Madv. Em. p. 370, cf. c. 6. 16 adn. : ignorant Πθ : prae-
tent hunc et post inter A^vald. ac (sanguinis) πB² Aldus: aut B^vD
θ Edd. ante Ald. esset sed scripsinus Waltersio monente, cf. 27.
. 11 adn. : esset Πθ Madv. 1882: set Madv. olim Em. p. 371
eneuentum P^x per ras. CM³ uel M⁷B²θ : benevolentum π

11 gestarum et propinqua spe Capuae potiundae. Id cum per litteras miserabiliter pro fratribus capite scriptas petisset Fulvius negassentque patres e re publica esse abscedi a Capua,
12 postquam dies comitiorum aderat, Cn. Fulvius exsulatum Tarquinios abiit. Id ei ~~hunc~~ iustum exsilium esse sciuit plebs.

4 Inter haec uis omnis belli uersa in Capuam erat; obsidebatur tamen acrius quam oppugnabatur, nec aut famem tolerare seruitia ac plebs poterant aut mittere nuntios ad 2 Hannibalem per custodias tam artas. Inuentus est Numida qui acceptis litteris euasurum se professus praestaret promissum. Per media Romana castra nocte egressus spem accedit Campanis dum aliquid uirium superesset ab omni 3 parte eruptionem temptandi. Ceterum in multis certaminibus equestria proelia ferme prospera faciebant, pedites superabantur; sed nequaquam tam laetum uincere quam triste uinci ulla parte erat ab obsesso et prope expugnato hoste.
4 Initam tandem ratio est ut quod uiribus deerat arte aequaretur. Ex omnibus legionibus electi sunt iuuenes maxime uigore ac leuitate corporum uelocius; eis parmae breuiores quam equestres et septena iacula quaternos longa pedes data, prae 5 fixa ferro quale hastis uelitaribus inest. Eos singulos in equo suos accipientes equites adsuefecerunt et uehi post sese e 6 desilire perniciter ubi datum signum esset. Postquam ad suetudine cotidiana satis intrepide fieri uisum est, in cam-

10 Capuae *C^xM¹D* (*hic -ue*) *Aθ* (*sed* potiundae *C. Aθ*, cf. c. 5. 1 adn.): capua et π 12 esse sciuit *BDAJ*: esses quid π: sciuit *K*: del. *C²M¹ uel M²*: censuit *M^x* in marg.

4 1 erat π ald.: est *Aθ*: delere uoluit ut uid. *M¹ uel M², non mai*
acrius π *B²Sabellicus*: carius *Aθ*: artius *uir doctus in A*, bene, ni
tam cito secuta esset uox artas tam artas π *A^v ut s. l. ed. Par. 151*
(artas): tam archas *D*: armatas *Aθ Edd. ante ed. Par.* 2 pre
fessus *M¹BDAθ*: profectus π 3 pedites Πθ: pedite *Gor*
dubitanter et Madv.. fort. recte nequaquam *P^x per ras. M¹B²Aθ*
nequaq. dā *PCR*: nequam quaedam *R²M*: neq̄ quidam *C²*: nequada
B: nequam *D* 5 post sese et *M³ ald.*: post seset *PR*: post ses
R^xMBDA: posse et *A⁷θ* 6 Postquam Πθ: postquam id *Koch*: i
postquam *M. Mueller* fieri uisum est π: uisum est fieri *MAθak*
Drak., non male sed cf. c. 5. 17 adn.

sum qui medius inter castra murumque erat aduersus
nstructos Campanorum equites processerunt, et ubi ad 7
coniectum teli uentum est signo dato uelites desiliunt.
Pedestris inde acies ex equitatu repente in hostium equites
ncurrerit iaculaque cum impetu alia super alia emitunt; qui- 8
bus plurimis in equos uirosque passim coniectis permultos
uolnerauerunt; pauoris tamen plus ex re noua atque inopata
inieictum est, et in perculsum hostem equites inuecti
ugam stragemque eorum usque ad portas fecerunt. Inde 9
quitatu quoque superior Romana res fuit; institutum ut 10
elites in legionibus essent. Auctorem peditum equiti im-
misdendorum centurionem Q. Nauium ferunt honorique id
i apud imperatorem fuisse.

Cum in hoc statu ad Capuam res essent, Hannibalem 5
iuersum Tarentinae arcis potiundae Capuaeque retinendae
ahebant curae. Vicit tamen respectus Capuae in quam 2
mnium sociorum hostiumque conuersos uidebat animos,
ocumento futurae qualemcumque cuentum defectio ab Ro-
manis habuisset. Igitur magna parte impedimentorum 3
delecta in Bruttii et omni grauiore armatu, cum delectis
editum equitumque quam poterat aptissimus ad maturan-
um iter in Campaniam contendit; secuti tamen tam raptim
intem tres et triginta elephanti. In ualle occulta post 4

8 atque π ald.: quam Αθ dett. plerique 9 res π Drak.: acies Αθ
id. ante Drak. 10 fuit; institutum Πθ: fuit, et institutum Ussing:
it, instituto Wesenberg, frustra; uoces institutum—essent secl. Viel-
ber, uix recte Q. (uel quintum) P^x per ras. M¹B²A⁷θ: quiin π
1?): quatum BD (-tam) ferunt π(A?)M¹ Aldus: fuerunt RM:
adunt A⁷θ Edd. ante Ald. (erant Lov. 2. 4: narrant Lov. 3: dett.
i alia) imperatorem Πθ: imperatores Ruperti

5 1 diuersum Πθ quod si retines cf. Plaut. Merc. 470 et Sall. Iug.
. 6: in diuersum C¹M¹Harl. ald., optime, cf. e.g. 1. 28. 10; 25. 11. 20;
. 10. 7; 38. 56. 1. De in omisso cf. c. 13. 7 adi. 3 armatu
Gron.: armatura C²M¹A⁷θ Edd. ante Gron., sane probabilis, sed lect.
ficiolem retinemus quamquam in 33. 3. 10; 37. 40. 13; 37. 41. 3; 42.
. 10 arma potius quam armati commemorari uidentur delectis
4^x Aldus: delectis exercitibus Αθ dett. plerique et Edd. ante Ald.
tissimus π(fort. -mos M)B¹(abpt- B)J: aptissimus M¹A⁷K dett.
1, fort. recte secuti M³ uel M⁹BDAθ: seuti π: sequuti C²

Tifata, montem imminentem Capuae, consedit. Adueniens cum castellum Calatiam praesidio ui pulso cepisset, in 5 circum sedentes Capuam se uertit, praemissisque nuntiis Capuam quo tempore castra Romana ad gressurus esset ut codem et illi ad eruptionem parati portis omnibus se effun- 6 derent, ingentem praebuit terrorem; nam alia parte ipse ad ortus est, alia Campani omnes, equites peditesque, et cum iis Punicum praesidium cui Bostar et Hanno praeerant erupit.

7 Romani ut in re trepida, ne ad unam concurrendo partem aliquid indefensi relinquerent, ita inter sese copias partit 8 sunt: Ap. Claudius Campanis, Fuluius Hannibali est oppo situs; C. Nero propraetor cum equitibus sex legionum ui quae Suessulam fert, C. Fuluius Flaccus legatus cum social 9 equitatu constitit e regione Volturni amnis. Proelium noi solito modo clamore ac tumultu est coeptum; sed ad alien uirorum equorum armorumque sonum disposita in muri Campanorum imbellis multitudo tantum cum aeris crepit qualis in defectu lunae silenti nocte cieri solet edidit clama rem ut auerteret etiam pugnantium animos. Campani facile a uallo Appius arcebat: maior uis ab altera part 11 Fuluium Hannibal et Poeni urgebant. Legio ibi sexta loc cessit; qua pulsa, cohors Hispanorum cum tribus elephant usque ad uallum perusit; ruperatque medianam aciem Romanorum et in ancipiis spe ac periculo erat utrum in casti 12 perrumperet an intercluderetur a suis. Quem pauorem legioni periculumque castrorum Fuluius ubi uidit, Q. Nauiu

5 praemissisque *Crevier ex 'Victorino'*: praemissis (pre- BD) nat que Πθ Edd. ante Ald., fort. nam ex § 6 praesumpto, cf. 29. 5. 6 adn praemissis ante Aldus sese CM¹BDA⁰: sesse M: esse PR: se:

6 cum iis PCRK: cum his R¹MBDA: cum hiis J 7 int sese π: inter se DAθald. Drak. 8 Fuluius Πθ: Q. Fuluius H. Mueller, uix necess. 9 solito C^xM¹B²A⁰: soluto π cieri Aldus: sciri D: fieri A⁰ Edd. ante Ald. auerteret Πθ: aduerter Muretus 'e uet. lib.' Lov. 5 10 a uallo PC, cf. 1. 27. 10; 5. 18. 1: 38. 33. 11: uallo RMEDA⁷, cf. e.g. 21. 57. 1: in uallo A Edd. a Gron.: in ualle θ 11 intercluderetur M³A⁷K ed. Mediol. 150: includeretur Π Edd. ante ed. Mediol.: intercludetur J

primoresque alios centurionum hortatur ut cohortem hostium sub uallo pugnantem inuadant: in summo discriminē rem 13 uerti; aut uiā dandam iis esse—et minore conatu quam condensam aciem rupissent in castra inrupturos—aut conficiendos sub uallo esse; nec magni certaminis rem fore; paucos esse 14 et ab suis interclusos; et quae dum paueat Romanus interrupta acies uideatur, eam si se utrīque in hostem uertat ancipiūt pugna medios circumuenturām. Nauis ubi haec 15 imperatoris dicta accepit, secundi hastati signum ademptum signifero in hostes infert, iacturum in medios eos minitans ni se propere sequantur milites et partem capessant pugnae. Ingens corpus erat et arma honestabant; et sublatum alte 16 signum conuerterat ad spectaculum ciues hostesque. Cete- 17 rum postquam iam ad signa peruererat Hispanorum, tum undique in eum tragulae coniectae et prope tota in unum acies uersa; sed neque multitudo hostium neque telorum uis arcere impetum eius uiri potuerunt.

Et M. Atilius legatus primi principis ex eadem legione 6 signum inferre in cohortem Hispanorum coepit; et qui

12 primoresque AJ: prioresque π: praetoresque K hostium ub π (sed in P-um su-partim erasim ut uid.) ald.: hostium in A0 Lov. 2. 3. 4. 5 inuadant Π sed in P-m inuad- uix appet: nuaderet J: inuaderent K 13 rupissent Crevier (ut in § 11): n-(uel ir-)rupissent π A^z (-rump- A)θ ald.: erupissent ed. Rom. 1469: nterrupissent Luchs dubitanter, cf. § 11, sed in-ex uoce inrupturos prae- umptum, cf. § 5 et 29. 5. 6 adn. 14 Romanus P (sed -an. s) Faernus: romanis CRMBDAθ Edd. ante Drak. (unde pauent pro aueat Lipsius): romanos M¹ ut s.l.: romana Gron. (adn.) eam PCR Gron., nec non ante eum Lipsius et Faernus apud Ursinum: tiam R²MBDAθ Edd. ante Gron. utrīque PCM¹ Faernus ut supra, Gron.: utrumque RMBDAθ (-nunque K): in utrumque M³ 15 signifero Π A^z ald.: signiferis A⁷θ ni se π Aldus: nisi 1J Edd. ante Ald.: ni K 16 spectaculum C²A^v uel A⁷θ: specu- im Π, cf. 27. 1. 11 adn. 17 uersa CM¹BAθ: uera PRM: uerra D multitudine hostium π: hostium multitudo Aθ ald. Drak., cf. in hoc bro cc. 3. 10; 4. 6; 7. 10; 8. 1 et 2; 10. 9; 11. 2 et 6; 12. 4 et 17; 4. 5; 15. 13; 16. 13; 19. 5; 26. 4; 46. 5; 50. 6; de mutatione ordinis codd. AN cf. etiam 29. 3. 10 adn., de mutatione in codd. θ cf. 27. 37. 5 dn. potuerunt π Aldus: potuit Aθ Edd. ante Ald.

6 1 in ferre Ruperti: inferni P: inferri Π²θ ald. Drak.; de -ri pro -e cf. 27. 4. 13 adn. coepit Ruperti, probante Madvigio qui exemplum contrarii erroris 25. 35. 8 citat, cui adde 29. 29. 9: coegit Πθ ald. Drak.

castris praerant, L. Porcius Licinus et T. Popillius legati, pro uallo acriter propugnant elephantosque transgredientes 2 in ipso uallo conficiunt. Quorum corporibus cum oppleta fossa esset, uelut aggere aut ponte inecto transitum hostibus dedit; ibi per stragem iacentium elephantorum atrox edita 3 caedes. Altera in parte castrorum iam impulsi erant Campani Punicumque praesidium et sub ipsa porta Capuae quae 4 Volturnum fert pugnabatur; neque tam armati inrumpentibus Romanis resistebant quam porta ballistis scorpionibusque 5 instructa missilibus procul hostes arcebat. Et suppressit impetum Romanorum uolnus imperatoris Ap. Claudi, cui suos ante prima signa adhortanti sub laeuo umero summum pectus gaeso ictum est. Magna uis tamen hostium ante 6 portam est caesa, ceteri trepidi in urbem compulsi. Et Hannibal postquam cohortis Hispanorum stragem uidit summaque ui castra hostium defendi, omissa oppugnatione recipere signa et conuertere agmen peditum obiecto ab tergo 7 equitatu ne hostis instaret coepit. Legionum ardor ingens ad hostem insequendum fuit: Flaccus receptui cani iussit, satis ad utrumque profectum ratus ut et Campani quam haud multum in Hannibale praesidii esset, et ipse Hannibal 8 sentiret. Caesa eo die, qui huius pugnae auctores sunt,

1 Licinus (luc- B) π, recte hic et in 27. 6. 19 sed perperam -ius in 27. 46. 5 : licinius $A\theta$ propugnant π Gron.: pugnant A^x Aldus: pugnabant $A\theta$: propugnabant Edd. ante Ald. 2 per Πθ, quod, ut in 9. 13. 11, Madvigio 'nihil esse' videbatur sed defendi potest ut breuitate Liniana pluribus in locis in significans (Angl. 'all over'), cf. e.g. 1. 9. 9; 9. 13. 11; Plaut. Cist. 774; Cic. ad Fam. 1. 7. 6; Plin. 19. 94: super Ussing, uix necess. 4 tam A^7 ut uid. ald.: iam Πθ, cf. e.g. 27. 2. 8; 28. 6. 11; 30. 36. 10 al. resistebant CR¹MBDAθald.: resistabant PR: restabant Gron. porta Gron.: quo porta π $A^7\theta$: quo A : quod porta A^x Edd. uet.: quam porta (i.e. cum praec. quamquam p.) M^2 5 gaeso (geso K) ictum θ Aldus: caeso ictum MA^7 uel A^v : caeso ictu π(C?): gesso ictum Edd. ante Ald.: cęsū ictu C¹ 6 Hispanorum R^2MBD : spanorum PR: ispanorum C oppugnatione CM²BDAθ: oppugnatione PRM, cf. 27. 1. 11 adn. 7 Flaccus π (-chus B) Gron.; sed flaccus Aθald. quam Π: quoniam (qñ) 8 qui Πθ: quidam qui Luchs 1889, non male (idem uel alii qui uel plerique qui minus bene). Ipse nescio an exciderit fort. linea (cf. § 16) qualis quidam ex numero eorum: Luchsium sequi malit Johnson nisi fort. codicibus obtemperandum est

octo milia hominum de Hannibalis exercitu, tria ex Campanis tradunt, signaque Carthaginiensibus quindecim adempta, duodeuiginti Campanis.

Apud alios nequaquam tantam molem pugnae inueni 9 plusque pauoris quam certaminis fuisse, cum inopinato in castra Romana Numidae Hispanique cum elephantis inrupissent, elephanti per media castra uidentes stragem 10 tabernaculorum ingenti sonitu ac fugam abrumpentium uincula iumentorum facerent; fraudem quoque super tumultum 11 adiectam, immissis ab Hannibale qui habitu Italico gnari Latinae linguae iuberent consulum uerbis quoniam amissa castra essent pro se quemque militum in proximos montes fugere; sed eam celeriter cognitam fraudem oppressamque 12 magna caede hostium; elephantes igni e castris exactos.

Hoc ultimum, utcumque initum finitumque est, ante dedicationem Capuae proelium fuit. Medix tuticus, qui summus magistratus apud Campanos est, eo anno Seppius Loesius erat, loco obscuro tenuique fortuna ortus. Matrem eius 14 quondam pro pupillo eo procurantem familiare ostentum cum respondisset haruspex summum quod esset imperium Capuae peruenturum ad eum puerum, nihil ad eam spem 15 adgnoscentem dixisse ferunt: ‘Ne tu perditas res Campa-

9 inueni *P*: inueniri *Π²* *uel* *Π³*: inuenio *A⁷⁰* *Edd. ante Gron.*

10 fugam *Π*: fuga *M³* *uel* *M⁷⁰* *Edd. ante Gron.* 11 immissis (inm- *sed cf. Praef. § 30*) *M¹* *uel* *M³A⁷ald.*: inuissis *PCR*: inuisis *R²MBDAJ*: iussis *K*: missus *C^x* qui habitu Italico gnari *Weissenb.*, *optime*: qui habuit alico gnari *π* (*sed aliquo R²M*): itali qui gnari *M¹*: aliquibus gnaris (*ut uid.*) *M³* *uel* *M⁷* (*his retentis add.* qui *post* linguae *M⁷* *uel* *M¹¹*) *A^v*: qui habuit aliquem (-am *D*) gnarum (-ri *BD*) *BDA* (-rum *in ras.*) *θ* (*ignarum*) *Edd. ante Ald.*: qui (habuit aliquot) gnari (*sic*) *Aldus* 1521 *Frob.* 1. 2. *Drak.* (*aliquos pro aliquot Aldus* 1519) 13 utcumque *M¹* *uel* *M²BDAθald.*: uicunque *π*: uictorieque *C⁴* 13 et 14. 19. 2: initum *M¹Aθald.*: initium *π* (-ici- *D*) medix tuticus *Lipsius* (*qui et qui -est ut gloss. seclusit*), *Columna ad Enn. Annal.* viii, *cf. 23. 35. 13 et 24. 19. 2*: mediatuticus *Π* (*cf. c. 37. 3 adn.*): mediatutitus *A⁷⁰* 15 adgnoscentem (*sed agn-*) *C⁴Aθald.*: adono- scentem *PCR* (*adan- R¹*): adagnoscentem *R²MBD* (*cf. e.g. 28. 27. 4 adn.*) Ne (*sed nae*) tu *Berolinensis Edd. ad Ald. 1519 Lipsius*: noe tu *M*: no tu *PR*: noctu *CR²BDAθ*: tu *C^xAld. 1521 Frob.* 1. 2: non tu *M⁷A^v?*

norum narras, ubi summus honos ad filium meum perueniet.⁷

¹⁶ Ea ludificatio ueri et ipsa in uerum uertit; nam cum fame ferroque urgerentur nec spes ulla superesset sisti (posse iis qui nati) in spem honorum erant honores detractantibus,

¹⁷ Loesius querendo desertam ac proditam a primoribus Capuam, summum magistratum ultimus omnium Campanorum cepit.

7 Ceterum Hannibal, ut nec hostes elici amplius ad pugnam uidit neque per castra eorum perrumpi ad Capuam posse, ne suos quoque commeatus intercluderent noui consules, abscedere inrito incepto et mouere a Capua statuit 3 castra. Multa secum quonam inde ire pergeret uoluenti subiit animum impetus caput ipsum belli Romam petendi, cuius rei semper cupitae praetermissam occasionem post Cannensem pugnam et alii fremebant et ipse non dissimulabat: necopinato pauore ac tumultu non esse desperandum aliquam partem urbis occupari posse, et si Roma in discri mine esset, Capuam extemplo omissuros aut ambo imperatores Romanos aut alterum ex iis; et si diuisissent copias, utrumque infirmiorem factum aut sibi aut Campanis bene

¹⁵ narras πΑ^v?Aldus: om. Αθ: praedicas Edd. ante Ald.

¹⁶ sisti (posse iis qui nati) in spem Alscheski, optime uestigiis editionis Colon. 1525 insistens: sisti in spem Πθ (sed spe θ) linea xv litt. ob -ti | -ti omissa: sisti in speciem Α^vEdd. plerique ante Mog.: iis qui in spem ed. Mog. 1518 et Aldus: iis qui nati in spem ed. Colon. 1525.

Per Alscheskii emendationem lacunae causa patet, cf. 8. 37. 12 adn. et Praef. §§ 43–45. Exempla in hoc tomo reperies (a) linearum in P omissarum a Sp restitutarum ad c. 51. 8 adn., (b) ubi in Sp omissae lineae a P restituae sunt ad 28. 2. 16 adn., (c) ubi per conjecturam lineae ut hic sine ab aliis sine a nobis restituuntur ad § 8 supra et cc. 9. 6; 12. 2; 13. 9 et 15; 15. 4; 17. 5; 18. 7; 21. 14; 22. 2; 25. 8; 27. 16; 29. 10; 38. 4 (?); 39. 22 et 23; 46. 1; 27. 27. 13; 27. 28. 13; 27. 48. 14; 27. 50. 1; 28. 3. 14; 28. 15. 9 (?); 28. 29. 12 (?); 28. 34. 9; 29. 26. 5; 30. 4. 5; 30. 7. 6; 30. 30. 21; 30. 36. 6; 30. 42. 4 erant Πald.: erat Α^vθ

⁷ 2 abscedere C²RM²BDAθ: abscedere PCR²M ³ quonam Α^vθ Aldus: quo iam ΠΑ^vEdd. ante Ald. Quinquam pronominis color Liuium magis quam Hannibalem decere potest uideri, ideo tamen uocem iam uix hic scripturus erat ne quis iam inde pro ex illo tempore interpretaretur. De nam et iam confusis cf. c. 49. 12; 29. 8. 9; 30. 19. 6 5 et si (Roma) Μ¹Α^vθ: ei si Π: si ald.

gerendae rei fortunam datus esse. Vna ea cura angebat 6
 ne ubi abscessisset extemplo dederentur Campani. Numi-
 dam promptum ad omnia audenda donis pellicit ut litteris
 acceptis specie transfugae castra Romana ingressus, altera
 parte clam Capuam peruidat. Litterae autem erant adhorta- 7
 tione plenae: profectionem suam quae salutaris illis foret
 abstracturam ad defendendam Romam ab oppugnanda
 Capua duces atque exercitus Romanos; ne desponderent 8
 animos; tolerando paucos dies totam solutros obsidio-
 nem. Inde naues in flumine Volturno comprehensas subigi 9
 ad id quod iam ante praesidii causa fecerat castellum iussit.
 Quarum ubi tantam copiam esse ut una nocte traici posset 10
 exercitus allatum est, cibariis decem dierum praeparatis
 deductas nocte ad fluuium legiones ante lucem traiecit.

Id priusquam fieret ita futurum compertum ex transfugis 8
 Fuluius Flaccus senati Romam cum scripsisset, uarie animi
 hominum pro cuiusque ingenio affecti sunt. Ut in re tam 2
 trepidi senatu extemplo uocato, P. Cornelius cui Asinae
 cognomen erat omnes duces exercitusque ex tota Italia,
 neque Capuae neque ullius alterius rei memor, ad urbis
 praesidium reuocabat. Fabius Maximus abscedi a Capua 3
 terrorique et circumagi ad nutus comminationesque Hanni-
 balis flagitosum ducebat: qui ad Cannas uictor ire tamen 4

6 audenda *M¹ uel M²DAθald.* *Drak.*: audendaque π (-que C):
 agenda audendaque *Alscheski*, probante *Luchsio* 1889 (subeunda
 audendaque *Weissenb.*: aud. subeundaque *Luchs* 1879: aud. agen-
 daque *Wesenber*g) *fort. recte* (cf. c. 11. 12 adn.(b)), sed et hic minus
aptum uidetur esse additamentum et de -que in P insiticio cf. c. 11. 12
adn. (a) **8** desponderent Π *Jald.*: deponerent *M⁷K* et ut s. l. *A⁷J*
 paucos *M³BDAθ*: pacem π **9** subigi ad id *Gron.*, *luculenter*
(Puteani et Vallae uestigis insistens): ubi gladio π (-ios C: duci gladios
C⁴): duci gladio *BDAθEdd.* *ante Mog.*: duci ad id *Valla* et ut uid. *A^v*:
 duci *Casilinum ed. Mog.* 1518: duci *Galatiam Glareanus* **10** traici
(-ieci K) *C^xM³Aθ* (exercitus traici posset *Aθ*, cf. c. 5. 17 adn.): et
 traici π (i.e. post noct- litteris -e t- *duplicatis*)

8 **1** animi hominum π: hominum animi *Aθald.* *Drak.*, c. cf. 5. 17 adn.

2 omnes duces exercitusque π *A^xAldus*: exercitus omnesque duces
AθEdd. *ante Ald.*, cf. adn. *praec.* et c. 5. 17 adn. **3** duebat Π:
 dicebat θ **4** ire *CM¹BDAθ*: tyre *PRM*, *fort. littera t- ex uoce*
sq. praesumpta, cf. 24. 3. 3 et 29. 5. 6 adn.: yrc *P^x per ras.*

ad urbem ausus non esset, eum a Capua repulsum spem
 5 potiundae urbis Romae cepisse! non ad Romam obsiden-
 dam, sed ad Capuae liberandam obsidionem ire. Romam
 cum eo exercitu qui ad urbem esset Iouem foederum
 ruptorum ab Hannibale testem deosque alios defensuros
 6 esse. Has diuersas sententias media sententia P. Valeri
 Flacci uicit, qui utriusque rei memor imperatoribus qui ad
 Capuam essent scribendum censuit quid ad urbem praesidii
 esset; quantas autem Hannibal copias duceret aut quanto
 exercitu ad Capuam obsidendam opus esset, ipsos scire.
 7 si ita Romam e ducibus alter et exercitus pars mitti posset, ut
 8 ab reliquo et duce et exercitu Capua recte obsideretur, inter
 se compararent Claudius Fuluiusque utri obsidenda Capua,
 utri ad prohibendam obsidione patriam Romam ueniundum
 9 esset. Hoc senatus consulto Capuam perlato Q. Fuluius
 proconsul, cui collega ex uolnere aegro redeundum Romam
 erat, e tribus exercitibus milite electo ad quindecim milia
 10 peditum mille equites Voltumnum traducit. Inde cum Hanni-
 balem Latina uia iturum satis comperisset, ipse per Appiae
 municipia quaeque propter eam uiam sunt, Setiam, Coram,
 11 Lauinium praemisit ut commeatus paratos et in urbibus
 haberent et ex agris deuiis in uiam proferrent, praesidiaque
 in urbes contraherent ut sua cuique res publica in manu
 esset.

5 ruptorum $CM^1BDA\theta$ (rumt- *PRM*) 6 *primum* qui P^x : qui qui
 π : quique C^2BD utriusque $M^3(uel M^1 secundo consilio)B^2A^7\theta$: utri-
 que $\pi(A?)$: utrique M^1 (*primo*) esset (quantas) M^1BDAJ : esse
 π : *om.* quid ad esset K 7 si ita *Alschesfski*: siet | a P
 siet a *CR*: si et $C^xR^1 uel R^2MBDA\theta ald.$ ob-(uel op-)sideretui
 $P^xC^3R^2M^1BDA\theta$: opsiderentur (obs- *M*) π , cf. 27. 17. 4 8 com-
 pararent πR^2A^v (camp- *PR*, -per- *D*)*ald.* : computarent *A\theta*
 9 aegro redeundum *Walters*: aegro eundum C^2 : egro *Aldus*: aegro
 digrediundum *Weissenb.*: aegrediundum *PR*, cf. 27. 1. II *adn.*
 aegreundum *P¹*: egrediundum (-end- θ) $CR^xMBDA\theta Edd.$ *priores*
 aegro gradiendum *ed. Par.* 1513 10 *Setiam A^v ed. Mog.* 1518
 sed iam π : sed eiam C^2 : seditam *AJ*: seducit *K* (oram *pro coran*
A\theta) Lauinium Π : laminium θ : lanuum *Cluuerius*, *fort. recte, se-*
propius erat uiae Appiae quam quod in numerum ipsorum 'Appia
municipiorum' non adscriberetur

Hannibal quo die Voltturnum est transgressus, haud procul ⁹
 a flumine castra posuit: postero die praeter Cales in agrum ²
 Sidicinum peruenit. Ibi diem unum populando moratus per
 Suessanum Allifanumque et Casinatem agrum uia Latina
 dicit. Sub Casino biduo statua habita et passim popula-
 tiones factae. Inde praeter Interamnam Aquinumque in ³
 Fregellanum agrum ad Lirim fluuium uentum, ubi intercisu-
 pontem a Fregellanis morandi itineris causa inuenit. Et ⁴
 Fuluium Voltturnus tenuerat amnis, nauibus ab Hannibale
 incensis, rates ad traiciendum exercitum in magna inopia
 materiae aegre comparantem. Traecto ratibus exercitu, reli- ⁵
 quum Fuluio expeditum iter, non per urbes modo sed circa
 uiam expositis benigne commeatibus, erat; alacresque milites
 alius alium ut adderet gradum memor ad defendendam iri
 patriam hortabantur. Romam Fregellanus nuntius diem ⁶
 noctemque itinere continuato ingentem attulit terrorem.
 Tumultuosius quam allatum erat (uolgatum periculum dis-)
 cursu hominum ad singulatum uana auditis totam urbem
 concitat. Ploratus mulierum non ex priuatis solum domibus ⁷
 exaudiebatur, sed undique matronae in publicum effusae
 circa deum delubra discurrunt crinibus passis aras uerentes,

⁹ i quo die *CM¹A⁷?ald.*: quode π: quoque ut θ cd. *Rom.* 1472 et
d. Parm. 1480 ² Suessanum *Cluuerius recte*: suessulam Πθ
 as K) Casino *Ussing et olim Weissenb.*: casinum Πθ: casinum.
ni Weissenb. postea biduo Πθ: biduum *Wesenberg*, sed cf. e.g. c. 51.
et Caes. B.C. 1. 47. 3 5 iri *PCR J. Perizonius*: ire *R²MDAθald'*.
ort. recte: irae *B* 6 nuntius *C^xAθ*: nustius (nūst- C) π (scil.
ius-ex uoce pracc. repetitum) unde Mustius uel Nostius dubitanter con-
 cit *Gron. ex Cic. Verr. Act. II.* i. 135 et *ad Fam.* 13. 46 (uolgatum
ericulum dis)cursu *temptauimus Madvigii uestigiis insistentes et linea*
rchetypi praecedentem cum litteris -uo- (-uosiusquam) coepisse rati, cf. c.
 16 adn.: cursu π *Edd. ante ed. Par.* 1513: cursum *A*: cursus *A⁷θ*
l. Par. 1513 *Drak.*: propagatum discursu *Madv.*; *locum castigauit*
Weissenb. quam (quod) allatum erat cursus scribendo, quem secutus
J. Mueller concursus pro cursus scripsit probante *Luchsio* 1889
concitat M¹A⁷ uel A⁶ ed. Mediol. 1480: conciliat ΠJ *Edd. priores*:
conciuerat K Aldus Drak. (in P conciuat legerat Salmasius): concitato
t uid. M^x (sed -o in marg.) 7 crinibus *P^xCM¹B^xDAθ*: cri-
nibus π, cf. 27. 20. 8 adn. passis *PCR¹ (-im R) MB^xAldus*:
parsis BAθ Edd. ante Ald.: parsis *D*

8 nixae genibus, supinas manus ad caelum ac deos tendentes
 orantesque ut urbem Romanam e manibus hostium eriperent
 matresque Romanas et liberos paruos inuiolatos seruarent.
 9 Senatus magistratibus in foro praesto est si quid consulere
 uelint. Alii accipiunt imperia disceduntque ad suas quisque
 officiorum partes: alii offerunt se si quo usus operaे sit.
 Praesidia in arce, in Capitolio, in muris, circa urbem, in
 10 monte etiam Albano atque arce Aefulana ponuntur. Inter
 hunc tumultum Q. Fulium proconsulem profectum cum
 exercitu Capua adfertur; cui ne minueretur imperium si in
 urbem uenisset, decernit senatus ut Q. Fuluio par cum
 11 consulibus imperium esset. Hannibal, infestius perpopulat
 agro Fregellano propter intercisos pontes, per Frusinatem
 Ferentinatemque et Anagninum agrum in Labicanum uenit
 12 Inde Algido Tusculum petiit, nec receptus moenibus infra
 Tusculum dextrorsus Gabios descendit. Inde in Pupinian
 exercitu demisso octo milia passuum ab Roma posuit castra
 13 Quo propius hostis accedebat, eo maior caedes siebat fugien
 tum praecedentibus Numidis, pluresque omnium generun
 atque aetatum capiebantur.

10 In hoc tumultu Fulvius Flaccus porta Capena cum exe
 citu Romam ingressus, media urbe per Carinas Esquilia
 contendit; inde egressus inter Esquilinam Collinamqu
 2 portam posuit castra. Aediles plebis commeatum eo con
 portarunt; consules senatusque in castra uenerunt; ibi d
 summa republica consultatum. Placuit consules circa po
 tas Collinam Esquilinamque ponere castra; C. Calpurniu

8 Romanam *Π. J.*: romam *K. ed. Mediol.* 1480 *Edd. ad Iac. Gron.*
 9 consulere *C⁴A⁷θ*: consule *PCR*, cf. 24. 24. 9 et 27. 1. 11 adnn.: co
 sules *R²MBDA* 10 cum exercitu Capua *πA^vAldus* (*hi*
Capua): a capua (*om. cct.*) *A^θ* *Edd. ante Ald.* 11 intercisi
πA⁷ uel A⁶Aldus: incisos *A^θ* *Edd. ante Ald.* 13 *proprius M¹*
A^θ: *proprius π*, cf. 22. 42. 1 adn.

10 2 republica (*uel re p̄*) *πB^x*: re *C non male*: re *pr̄e B*: rei public
A^θ *Edd. ante Gron.* 11 ponere *R²MBDA^θ*: ponerent *PCR*, cf. 29.
 2 adn. (*de -re pro -rent* cf. e.g. 27. 9. 13)

praetorem urbanum Capitolio atque arci praeesse, et senatum frequentem in foro contineri si quid in tam subitis rebus consulto opus esset. Inter haec Hannibal ad Anienem 3 fluum tria milia passuum ab urbe castra admouit. Ibi statius positis ipse cum duobus milibus equitum ad portam Collinam usque ad Herculis templum est progressus atque inde proxime poterat moenia situmque urbis obequitans contemplabatur. Id eum tam licenter atque otiose facere 4 Flacco indignum uisum est; itaque immisit equites sumnouerique atque in castra redigi hostium equitatum iussit. Cum commissum proelium esset, consules trans fugas Numi- 5 arum, qui tum in Auentino ad mille et ducenti erant, media rbe transire Esquiliis iusserunt, nulos aptiores inter con- 6 alles tectaque hortorum et sepulcra et cauas undique uias d pugnandum futuros rati. Quos cum ex arce Capitolioque liuo Publicio in equis decurrentes quidam uidissent, captum Lucentium con clamauerunt. Ea res tantum tumultum ac 7 iugam praebuit ut nisi castra Punica extra urbem fuissent, effusura se omnis pauida multitudo fuerit: tunc in domos que in tecta refugiebant, uagosque in uiis suos pro hostibus apidibus telisque incessebant. Nec comprimi tumultus 8 peririque error poterat refertis itineribus agrestium turba eorumque quae repentinus pauor in urbem compulerat. questre proelium secundum fuit summotique hostes sunt. 9 Et quia multis locis comprimendi tumultus erant qui temere iebantur, placuit omnes qui dictatores consules censoresue

3 ad (ac *PD*) portam Collinam π*Aldus*: ac (a *M²*) porta collinam (*uel -na M: -nā M³*): a porta collina fort. *M²* (*si -nā correctori M³ scribis*) *Aθ* (*sed porta post collina θ*, cf. 27. 37. 5 *adm.*) *Edd. ante Ald. Gron. Drak.* 5 ducenti (*sed cc*) Π, cf. 22. 41. 2 et 28. 34. 2 *adm.*: centos *J Aldus*: trecentos *K (ccc)* *Edd. ante Ald.* 6 cauas π*A^v bellicus Aldus*: acuas *B*: uacuas *B²Aθ Edd. ante Ald.* Publicio *uel π¹*: publico *PBD Aθ Edd. ante Gron.* uidissent *PCM¹B^xAθ*: disse et *P¹ uel P²RM*: uidissent et *B*: uidisseret *D* 7 effusura *θald.*: effusa π*B²*: effuse *B* pro hostibus *A^vθald.*: hostibus Π *n. 4* 9 tumultus erant *C³M¹BD ald.*: tumultus erat π: erant nultus *Aθ*, cf. c. 5. 17

fuissent cum imperio esse, donec recessisset a muris hostis.

10 Et diei quod reliquum fuit et nocte insequenti multi temere excitati tumultus sunt compressique.

11 Postero die transgressus Anienem Hannibal in aciem omnes copias eduxit; nec Flaccus consulesque certamen distractauere. Instructis utrimque exercitibus in eius pugnae casum in qua urbs Roma uictori praemium esset, imber ingens grandine mixtus ita utramque aciem turbauit ut uix armis retentis in castra sese receperint, nullius rei minore quam hostium metu. Et postero die eodem loco acies instructas eadem tempestas diremit; ubi recepissent se in castra, mira serenitas cum tranquillitate oriebatur. In religionem ea res apud Poenos uersa est, auditaque uox Hannibalis fertur potiundae sibi urbis Romae modo mentem non dari, modo fortunam. Minuere etiam spem eius duae aliae, parua magna, res, magna illa quod cum ipse ad moenia urbis Romae armatus sederet milites sub uexillis ir supplementum Hispaniae profectos audiit, parua autem quoc per eos dies eum forte agrum in quo ipse castra habere uenisse nihil ob id deminuto pretio cognitum ex quodam captiuo est. Id uero adeo superbum atque indignum uisum eius soli quod ipse bello captum possideret haberetque inuentum Romae emptorem ut extemplo uocato praecone tabernas argentarias quae circa forum Romanum essent iusserit uenire.

8 His motus ad Tutilam fluum castra rettulit sex mili-

10 excitati *CM¹* uel *M²BDAθ*: exercitati *PRM*

II 2 Roma Παλδ.: romana θ uictori (uictor *B*) praemium (*ue* pre-) π*B²*: praemium uictori *Aθ* *Edd. ante Ald.*, cf. § 6 et c. 5. 17 *adn.* 5 spem eius *A^v* *Valla ed. Par.* 1513 *marg. et ed. Mog.* 1518: per meiu π: per medius *M* (*ubi - supra -u- additum ab M^x, mox erasim*): pe melius *Aθ Edd. uet.* : *om. D* duae (i.e. ii) aliae *Madv. Em. p. 375* cf. c. 51. 2 *adn.* : et aliae Πθ, sed -s et totum delet *M¹* (*fort. et M³*) parua magna *M*, *Gronouium confirmans*: paruae magna π*M¹* paruae magna que (*uel -ue -neq.*) *M²Aθ Edd. ante Gron.* 6 per eo *K Edd. uet.* : eos Π*J* castra haberet π: haberet castra *Aθ*, cf. § 17 *adn.*

passuum ab urbe. Inde ad lucum Feroniae pergit ire, templum ea tempestate inclutum diuitiis. Capenates aliquique 9 qui accolae eius erant primitias frugum eo donaque alia pro copia portantes multo auro argentoque id exornatum habebant. Iis omnibus donis tum spoliatum templum ; aeris acerui cum rudera milites religione inducti iacerent post ^{uncor} profactionem Hannibalis magni inuenti. —Huius populatio 10 templi haud dubia inter scriptores est. Coelius Romam euntem ab Ereto deuertisse eo Hannibalem tradit, iterque eius ab Reate Cutiliisque et ab Amiterno orditur : ex Campania in Samnium, inde in Paelignos peruenisse, praeterque oppidum Sulmonem in Marrucinos transisse ; inde Albensi agro in Marsos, hinc Amiternum Forulosque uicum uenisse. Neque ibi error est quod tanti ⟨ducis tanti⟩que exercitus 11 uestigia intra tam breuis aeui memoriam potuerint confundi

8 templum Πθ : et templum *Weissenb.* (*olim*), *ignarus* (*ut uid.*) *quid sit templum* inclutum *P³CRA²K* : inclitum *MBDA⁷J*, *f. 1. 7. 12 et 1. 56. 5* 9 aliquique qui ‘*Colbertinus*’ a *Douatio citatus*, *Gron.* : aliqui π : aliquę *R²M* : aliquę *C* : aliqui *B²θ Edd.* *uet.* et *Drak.* : qui *Cluuerius* 10 populatio Πθ : spoliatio *Woelflin* sed *f. cum Weissenb. e.g. Cic. Ver. Act. II. 1. 48* ab Ereto *Sabellicus* : ab freto *PC* : ac freto *RMBDAθ* deuertisse πΑ⁶ : diuertisse *Aθ*

Cutiliisque Glareanus, *cf. It. Dial.* p. 365 : cupiliisque πθ : pili sque *C* (*sed tradit . . . cu- om.*) 11 in *Marrucinos πΑ^vAldus martianos in marrucinos correxerat iam Sabellicus*) : instituit in marianos (inst. in martinos *A*) *A⁷ uel A⁶θ Edd.* *uetustissimi* transisse *rald.* : transisset *A* : transire θ 12 tanti ⟨ducis tanti⟩que *Weissenb.*, *cf. 21. 60. 4 adn. (b)* : tantique π : tanti *C^xM^y uel M⁵Aθ*, minus *rene, quamquam cf. 21. 60. 4 adn. (a)*. *Exempla in hoc tomo reperies a) ubi -que in codd. insiticum est in cc. 7. 6; 19. 14; 41. 20; 27. 4. 5; 17. 28. 8; 27. 45. 8; 28. 7. 17; 28. 18. 7; 29. 18. 14* (*cf. etiam de et initio 27. 4. 12 adn.*) : *(b) ubi (ut hic) -que signum est uocis deperditae in cc. 13. 9; 24. 2; 47. 6 et 9; 49. 13; 27. 3. 9; 27. 10. 2; 27. 12. 16; 17. 13. 13; 27. 46. 11; 28. 12. 13; 28. 15. 1; 28. 26. 6; 29. 18. 7; 29. 10. 10; 29. 22. 4; 29. 24. 7 et 10; 29. 35. 5 et 6* : *(c) copulae -que uel et deperditae in cc. 19. 2 et 11; 30. 12; 35. 8; 44. 8; 46. 4? et 5; 50. 13; 17. 5. 1; 27. 20. 6; 27. 25. 7; 27. 35. 10; 27. 45. 7; 27. 51. 8 et 10; 28. 2. 7; 28. 11. 9; 28. 13. 10; 28. 19. 9; 28. 32. 7; 29. 2. 2 et 17; 30. 13. 2; 30. 21. 5; 30. 34. 8; 30. 40. 1* : *(d) asyndeti Liuiiani in 27. 6. 6* breuis aeui *P^xBD* (*sed eui B: seu D*) : breui uisa ei π⁹ de syllabis repetitis *cf. 27. 44. 1 adn.*) : breui uia *C⁴* : breui uisa aeui

13 —isse enim ea constat— : tantum id interest ueneritne eo itinere ad urbem an ab urbe in Campaniam redierit.

12 Ceterum non quantum Romanis pertinaciae ad pre mendam obsidione Capuam fuit, tantum ad defendendam 2 Hannibali. Namque *(per Samnium Apuliamque)* et Lucanos in Bruttium agrum ad fretum ac Regium eo cursu contendit ut prope repentina aduentu incautos oppresserit. 3 Capua etsi nihilo segnius obsessa per eos dies fuerat, tamen aduentum Flacci sensit, et admiratio orta est non simul 4 regressum Hannibalem. Inde per conloquia intellexerunt relictos se desertosque et spem Capuae retinendae deplora tam apud Poenos esse. Accessit edictum proconsulum ex senatus consulto propositum uolgatumque apud hostes ut qui ciuis Campanus ante certam diem transisset sine fraude 6 esset. Nec ulla facta est transitio, metu magis eos quam fide continente quia maiora in defectione deliquerant quam 7 quibus ignosci posset. Ceterum quemadmodum nem priuato consilio ad hostem transibat, ita nihil salutare in 8 medium consulebatur. Nobilitas rem publicam deseruerat neque in senatum cogi poterant ; in magistratu erat qui noi

12 1 Romanis] *hic Π* : post Capuam *A* (*retento tamen romanis i priore loco quod delet A^x*) θald. *Drak.*, cf. § 4 et c. 5. 17 adn. 2 pe Samnium Apuliamque *Luchs* (*per Samnium iam Weissenb.*), cf. *Polyl* 9. 7. 10 : *ignorant Πθ Edd. uet., linea xx litt. ob -amque | -amqua omissa*, cf. c. 6. 16 adn. et Lucanos in *ΠJ Edd. ad Ald.* : in lucanc et *K* : ex lucanis in *Aldus* 1521 Regium *C^x per ras. A^x Lon* 4 *ald.* : regiis π, cf. 27. 17. 1 adn. : regii *Aθ dett. plerique* eo curs π *Aldus* : se occursu *Ajdett.* (*hoc cursu v eo ?A^b*) : se cursu *K* : tant cursu *Valla Edd. ante Ald.* 3 *obsessa Lipsius* : oppressa Πθ, ε 30. 7. 4 et *Periocham LVII ad fin.* dies *C⁴M¹(uix M³)BAθ* : π : *om. D* 4 apud Poenos (*uel pen-*) esse π *R¹* (*aput R*) *ald.* : ess apud poenos (*uel pen-*) *Aθ*, cf. § 1 et c. 5. 17 adn. 5 *proconsulū Cod. Berolinensis*, cf. c. 14. 6 : *procōs π (-co^s A)* : *procons BJ* : *pr consulis A^vK. ald.* certam Π *ald.*, cf. 27. 16. 16 adn. : certum θ 6 fide *C⁴M¹A^x in ras. θald.* : fine Π(*A?*) 7 consulebatur *Aθald.* constituebatur π : constituebatur *CB²* : consistebatur *D* : confitebatur *M⁴* : conferebatur *A⁶* 8 deseruerat *M¹ uel M³Aθald.* (*cum pterat ald.*) *Drak. Madv.* : deseruerant π, *fort. recte, sed cf. 5. 29. 4 ad erat π* : haud erat *A* : autem erat *A⁵θald.*

sibi honorem adiecerat, sed indignitate sua uim ac ius magistratui quem gerebat dempsisset. Iam ne in foro 9 quidem aut publico loco principum quisquam apparebat; domibus inclusi patriae occasum cum suo exitio in dies exspectabant.

Summa curae omnis in Bostarem Hannonemque, praefec- 10 os praesidii Punici, uersa erat, suo non sociorum periculo sollicitos. Ii conscriptis ad Hannibalem litteris non libere 11 nodo, sed etiam aspere, quibus non Capuam solam traditam n manum hostibus, sed se quoque et praesidium in omnes cruciatus proditos incusabant: abisse eum in Bruttios uelut 12 uertentem sese ne Capua in oculis eius caperetur. at hercule Romanos ne oppugnatione quidem urbis Romanae abstrahi Capua obsidenda potuisse; tanto constantiorem inimicum 13 Romanum quam amicum Poenum esse. si redeat Capuam bellumque omne eo uertat, et se et Campanos paratos ruptioni fore. non cum Reginis neque Tarentinis bellum 14 esturos transisse Alpes: ubi Romanae legiones sint, ibi et Carthaginiensium exercitus debere esse. sic ad Cannas, sic d Trasumenum rem bene gestam, coeundo conferundoque um hoste castra, fortunam temptando. In hanc senten- 15 tam litterae conscriptae Numidis, proposita mercede eam professis operam, dantur. Ii specie transfugarum cum ad laccum in castra uenissent ut inde tempore capto abirent, imesque quae tam diu Capuae erat nulli non probabilem

¹⁰ summa curae *A0ald.*: summae curae (*uel -me -re*) π : summa ira C^3M^3 (*uix M¹*) praefectos $M^2BDA\theta$: praefecto π , cf. § 16 et 7. 17. 12 adn. ¹¹ quibus $\Pi\theta$: *delere uoluit Doering*, sed *anacodon facile ferri potest* (*in § 15 exspectandum erat* Numidas cum his tt. dimitiunt) solam Π *Luchs* 1889: solum *0ald.* *Luchs* 1879 ostibus $\Pi Aldus$: hostium $A^7\theta$ *Edd.* ante *Ald.* se quoque et $A^7\theta$ *ald.*: ne quoque π : omne quoque C : eius quoque M^2 ¹² sese *Aldus*: se *A0 Edd.* ante *Ald.* ¹⁴ exercitus $\Pi ald.$: exercitum *fort. recte*, cf. 27. 17. 1 ¹⁵ eam *Duker*, cf. *cum Gron.* 1. 39. 2: m $\Pi\theta$ capto Π *dett. plerique Gron.*: captato *0ald.*: capuam *Lov.* 1 famesque quae $M^1B^2A\theta$ (*uel -q'que*): fames quaeque (*uel que*) π tam diu $\Pi\theta ald.$: iam diu *Sigonius*, *hauid necess.*

16 causam transitionis faceret, mulier repente Campana in castra uenit, scortum transfugarum unius, indicatque imperatori Romano Numidas fraude composita transisse litterasque ad
 17 Hannibalem ferre: id unum ex iis qui sibi rem aperuisset arguere sese paratam esse. Productus primo satis constanter ignorare se mulierem simulabat: paulatim dein conuictus ueris cum tormenta posci et parari uideret, fassus id
 18 ita esse litteraeque prolatae. Additum etiam indicio quo celabatur et alios specie transfugarum Numidas uagari in
 19 castris Romanis. Ii supra septuaginta comprehensi et cum transfugis nouis mulcati uirgis manibusque praecisis Capuan rediguntur.

13 Conspectum tam triste supplicium fregit animos Campanorum. Concursus ad curiam populi factus coegi Loesium senatum uocare; et primoribus qui iam diu publici consiliis aberant propalam minabantur nisi uenirent in senatum circa domos eorum ituros se et in publicum omne ui extracturos esse. Is timor frequentem senatum magistratus praebuit. Ibi cum ceteri de legatis mittendis a imperatores Romanos agerent, Vibius Virrius, qui defectionem auctorem ab Romanis fuerat, interrogatus sententiam, negat eum qui de legatis et de pace ac deditione loquantur meminisse nec quid facturi fuerint si Romanos in potestate habuisserent nec quid ipsis patiendum sit. ‘Quid? uos’ inquit ‘ea

16 Numidas *C*, *Frob.* 1. 2: numida *PRM*, cf. § 10 et 27. 17. 12 *adn.*
 numidam *M²BDAθald.* 17 ignorare se mulierem *πAldus*:
mulierem ignorare Aθ Edd. ante Ald., cf. c. 5. 17 *adn.* dein Π, *Ia Gron.*: deinde *A⁷θald.*, cf. 27. 32. 4 et 29. 3. 9 *adn.* fassus *πB* (*om. B* conuictus . . . esse): falsus *D*: fassus est *Madv.*, *fort. recte*
 18 Additum *Duker*: et additum Πθ (cf. 27. 4. 12 *adn.*): sunt. Additum olim temptabam 19 comprehensi *π*, cf. c. 27. 7 *adn.*: comprehenderet *CDAθ* mulcati *Lipsius*: multati *π* (-ctati *Dθ*), cf. 28. 30. 12
 13 2 agerent *CR²MBDAθ*: egerent *PR* Vibius, cf. 23. 6. 1 (*ubius P*) et *It. Dial.* p. 158 (*in Campanis inscc. praeomen frequentissimum inter quas una (106) hunc ipsum uirum uel maiorum ei aliquem uidetur nominare*): uiuius (*hic*, et uiuimus *in c. 14. 3*) ΠJ *Ea uet. plerique*: subius *K* (*et subium in c. 14. 3*)

deditonem fore censemus qua quondam, ut aduersus Samnites auxilium impetraremus, nos nostraque omnia Romanis dedidimus? Iam e memoria excessit, quo tempore et in qua fortuna a populo Romano defecerimus? iam, quemadmodum in defectione praesidium, quod poterat emitti, per cruciatum et ad contumeliam necarimus? quotiens in obsidentes, quam inimice eruperimus, castra oppugnarimus, Hannibalem uocauerimus ad opprimendos eos? hoc quod recentissimum est, ad oppugnandam Romam hinc eum miserimus? Age contra, quae illi infeste in nos fecerint repetite, ut ex eo quid speretis habeatis. Cum hostis alienigena in Italia esset et Hannibal hostis et cuncta bello arderent, omissis omnibus, omisso ipso Hannibale, ambo consules et duo consulares exercitus ad Capuam oppugnandam miserunt. Alterum sinnum circumuallatos inclusosque nos fame macerant, et psi nobiscum ultima pericula et grauissimos labores perpessi, circa uallum ac fossas saepe trucidati ac prope ad extremum astris exuti. Sed omitto haec—uetus atque usitata res est in oppugnanda hostium urbe labores ac pericula pati: illud rae atque odii *(inexpiabilis)* exsecrabilisque indicium est. Hannibal ingentibus copiis peditum equitumque castra oppugnauit et ex parte cepit: tanto periculo nihil moti sunt

4 dedidimus *Modius*: dedimus $\Pi\theta\alpha\lambda d.$, cf. 27. 1. 11 *adn.* 5 a
 opulo Romano (*sed pr*) $\Pi\theta$: populi Romani *Alan* 6 hoc $\Pi\theta$:
 c *Doering* 7 contra, quae *BDA\theta\alpha\lambda d.*: qua contraq. π : contra
 ue *C*: quae contra *C²* 8 in (*Italia*) *C²M²A⁷\theta\alpha\lambda d.*: *om.* Π , cf. cc.
 . 1 (?) ; 22. 9 ; 47. 7 ; 27. 2. 4 ; 27. 4. 6 ; 27. 5. 4 ; 27. 15. 4 ; 27. 18. 2;
 7. 36. 1 ; 28. 1. 3 ; 28. 39. 9 ; 30. 11. 6 ; 30. 34. 8 ; 30. 39. 2. *Contra*
 e in *in P addito* cf. 27. 8. 7 *adn.* 9 ambo . . . duo π *Gron.*,
 ide *Nene-Wagener II*, pp. 279 sqq. et cf. e.g. 25. 6. 5 et *huius libri* cc. 7.
 , 26. 11; et 27. 27. 7 ; 29. 30. 12 ; 30. 14. 3 ; 30. 17. 13 : ambos . . . duos
 10 $\theta\alpha\lambda d.$. 10 8 et (grauissimos) *C*: e *P*: *om.* *RMBDA\theta\alpha\lambda d.*, *optime*,
 11 27. 16. 6 *adn.*, sed *hic copulam testatur P*, cf. e.g. c. 3. 10 *adn.*: ac
 12 *ron.* fossas $A\theta$ (*add.* ac fossas *in marg. K*) $\alpha\lambda d.$: fossa *PCR*, cf.
 13 12. 16 et 27. 17. 12 *adn.*: fossam *C⁴R²MBD* 13 ac prope *C*: ae
 14 rope *PR*: et prope *R²MBDA\theta\alpha\lambda d.* 14 9 (*inexpiabilis*) exsecra-
 15 ilisque *Alscheski*, cf. c. 11. 12 *adn.* (b): execrabilisque (*uel exs-*) Π :
 16 exscrabilis (*uel exs-*) *C²M¹ ucl M²\theta\alpha\lambda d.*, *fort. recte*, cf. c. 11. 12 *adn.* (a)

ab obsidione. Profectus trans Voltturnum perussit Calenum
 11 agrum : nihil tanta sociorum clade auocati sunt. Ad ipsam
 urbem Romam infesta signa ferri iussit : eam quoque tem-
 pestatem imminentem spreuerunt. Transgressus Anienem
 tria milia passuum ab urbe castra posuit, postremo ad
 moenia ipsa et ad portas accessit ; Romam se adempturum
 eis, nisi omitterent Capuam, ostendit : non omiserunt.
 12 Feras bestias caeco impetu ac rabie concitatas, si ad cubilia
 et catulos earum ire pergas, ad opem suis ferendam auertas:
 13 Romanos Roma circumessa coniuges, liberi, quorum
 ploratus hinc prope exaudiebantur, aerae foci deum delubra
 sepulcra maiorum temerata ac uiolata a Capua non auer-
 terunt ; tanta auditas supplicii expetendi, tanta sanguinis
 14 nostri hauriendi est sitis. Nec iniuria forsitan ; nos quoque
 idem fecissemus, si data fortuna esset. Itaque quoniam
 aliter dis immortalibus est uisum, cum mortem ne recusare
 quidem debeam, cruciatus contumeliasque quas parat hostis
 dum liber, dum mei potens sum, effugere morte praeter
 15 quam honesta, etiam leni possum. Non uidebo Ap
 Claudium et Q. Fuluium uictoria insolenti subnixos, nequ
 uinctus per urbem Romanam triumphi spectaculum trahar
 ut deinde †in carcerem† aut ad palum deligatus, lacerate

11 Anienem *D.ald. Drak.* : anienem amnem πM^2 (aniem amner *M*) : amnem anienem θ ; *cod. D* sequimur quia (i) in c. 11. 1 amner pro anienem *praebent* θ , (ii) in c. 10. 3 Anio *uocatur* fluuius solit
 • *Latino more* (aliud est e.g. *Padus annis*), (iii) *uariatus ordo in he*
loco testis est glossematis, cf. 27. 34. 3 *adn. et Praef. Liui* § 5
 14 idem *Pald.* : ipsum θ quas parat $M^1 A^x$ (*an A^v?*) : qua spera
 π : quas sperat *C⁴BDAθald. Drak.* 15 et Q. *C^xM¹B^xAθald.*
 eq. *PRM* (eq.) : etque *C* : etque *B* : esse Q. *D* †in carcerem† *Π*
 (sed -carem *PRM* : -cerem *M¹*) *ald.* : in carcere *A^x Frob. 2. Dra*
Madv. (sed hic in e. ad palum, om. aut) : *post* in carcerem *add. conde*
Alschesfski, conditus expirem *Heraeus* : *post* in carcere *add. enece*
Fabri, expirem *M. Mueller* : *ipse lineam excidisse suspicatus* (cf. c. 6. 1
adn.) in carcere m⟨anibus carnuficis expirem⟩ *temptauit* : *Madvigiu*
sequi malit Johnson (cf. de -m addito c. 40. 11 *adn.*) *unum supplicium*
memorari ratus, u. adn. sq. *Vide etiam Addenda* aut ad *A^x(a*
A^v?)θald. : aut *Π* : ad *Madv. Em. p. 373, quod probat Johnson qui* 2
 28. 11 (aut crescente pro accrescente) *citat*

uirgis tergo, ceruicem securi Romanae subiciam ; nec dirui incendique patriam uidebo, nec rapi ad stuprum matres Campanas uirginesque et ingenuos pueros. Albam unde ¹⁶ ipsi oriundi erant a fundamentis proruerunt, ne stirpis, ne memoria originum suarum exstaret : nendum eos Capuae parsuros credain, cui infestiores quam Carthagini sunt. Itaque quibus uestrum ante fato cedere quam haec tot tam ¹⁷ acerba uideant in animo est, iis apud me hodie epulae instructae parataeque sunt. Satiatis uino ciboque poculum ¹⁸ idem quod mihi datum fuerit circumferetur ; ea potio corpus a cruciato, animum a contumeliis, oculos aures a uidendis audiendisque omnibus acerbis indignisque quae manent uictos uindicabit. Parati erunt qui magno rogo in propatulo aedium accenso corpora exanima iniciant. Haec una uia ¹⁹ et honesta et libera ad mortem. Et ipsi uirtutem mirabuntur hostes et Hannibal fortes socios sciet ab se desertos ac proditos esse.'

Hanc orationem Virri plures cum adsensu audierunt quam ¹⁴
morti animo id quod probabant exsequi potuerunt. Maior ²
pars senatus, multis saepe bellis expertam populi Romani
clementiam haud diffidentes sibi quoque placabilem fore,
egatos ad dedendam Romanis Capuam decreuerunt mise-
untque. Vibium Virrium septem et uiginti ferme senatores ³
domum secuti sunt, epulatique cum eo et quantum facere
potuerant alienatis mentibus uino ab imminentis sensu mali,
ienenum omnes sumpserunt ; inde misso conuiuio dextris ⁴
inter se datis ultimoque complexu conlacrimantes suum

⁶ stirpis ΠJ cd. Par. 1513, cf. 1. 1. 11 : stirps K Edd. ante ed. Par.
parsuros PRCA⁷ : passuros R²MBDA⁹ : parcituros M²

⁷ tot tam M¹ uel M² dett. aliq. Edd. ante ed. Par. : totam π : tota BD :
ot A⁹ : tam C² : tot et tam ed. Par. 1513 ¹⁸ a cruciato P^xR^xM
3DA⁹ : acscruciato PR (ac cr- C) iniciant M¹ uel M³A⁷θ (iniic-
κ) ald. : inliiciant P^xCR (-luc- P: -lie- C^xR^xMBDA (ill-A))

⁹ Et ipsi Πθald. : est. Ipsi dubitanter Luchs, sed optime orationi qua-
trat et . . . et bis repetitum

¹⁴ 3 Vibium u. c. 13. 2 adn. facere Πθ : seclusit Duker

patriaeque casum, alii ut eodem rogo cremarentur manus serunt, alii domos digressi sunt. Impletae cibis uinoque uenae minus efficacem in maturanda morte uim ueneni fecerunt; itaque noctem totam plerique eorum et diei insequentis partem cum animam egissent, omnes tamen prius quam aperirentur hostibus portae exspirarunt.

6 Postero die porta Iouis, quae aduersus castra Romana erat, iussu proconsulum aperta est. Ea intromissa legio una et duae alae cum C. Fulvio legato. Is cum omnium primum arma telaque quae Capuae erant ad se conferenda curasset, custodiis ad omnes portas dispositis ne quis exire aut emitte posset, praesidium Punicum comprehendit, senatum Campanum ire in castra ad imperatores Romanos iussit. Quo cum uenissent, extemplo iis omnibus catenae innectae, iussique ad quaestores deferre quod auri atque argenti haberent. Auri pondo duo milia septuaginta fuit, 9 argenti triginta milia pondō et mille ducenta. Senatores quinque et uiginti Cales in custodiam, duodetriginta Teanum missi, quorum de sententia maxime descitum ab Romanis constabat.

15 De suppicio Campani senatus haudquaquam inter Fuluium Claudiumque conueniebat. Facilis impetrandae ueniae Claudius, Fului durior sententia erat. Itaque Appius Romam ad senatum arbitrium eius rei totum reiciebat: 3 percontandi etiam aequum esse potestatem fieri patribus,

5 cibis uinoque *C^xBD Aldus*: cibus uinoque (unoque *R*) *P* (*non recte a Luchsio citatus*) *CR*: cibi (cibo *M⁴* uel *M⁷*) unoque *M*: uino cibisque *Aθ Edd. ante Ald.*, cf. c. 5. 17 adn. diei *C^xM¹* uel *M²BDAθ*: die π partem *C^xAθ Ed. Mog. 1518 et Frob. 1. 2*: partem is (his *B*, iis *Edd.*) π *Edd. uet. et Ald. 1521* (*errore typogr.?*) 6 Iouis *C⁴M⁷Aθ*: ioui π, cf. 27. 17. 12 adn. proconsulam *K, Ruperti*, cf. c. 12. 5: procos. *P*: procos *CRM¹* uel *M³* (ppro cōs *M*) *DA*: proconsulis *B²* (-le *B*) *J* (-l') 8 duo milia (*i.e.* ∞ ∞) *LXX PC*: *LXX RMBA θald.*: *LXX M²D* triginta milia (*xxx B²D*) π *B²*: tria milia *B θald.* et mille (∞) cc *PC*: et cc *RMAθald.*: et *cc BD* 9 missi *M²* uel *M⁷Aθald.*: misit π

15 1 Fului (*sed -uui*) *Aθald.*: fuluio π *Gron.*, *uix recte (-O fort. ex littera D-* sequentis nocis *repetita ortum*)

num communicassent consilia cum aliquis sociorum Latini nominis [municipiorum] et num ope eorum in bello forent adiuti. Id uero minime committendum esse Fulius dicere 4 ut sollicitarentur criminibus dubiis sociorum fidelium animi, et subicerentur indicibus quis neque (quid dicerent neque) quid facerent quicquam unquam pensi fuisse; itaque se eam quaestionem oppressurum extincturumque. Ab hoc 5 sermone cum digressi essent, et Appius quamuis ferociter loquentem collegam non dubitaret tamen litteras super tanta re ab Roma exspectaturum, Fulius, ne id ipsum impedi- 6 mentum incepto foret, dimittens praetorium tribunis militum ac praefectis socium imperauit uti duobus milibus equitum delectis denuntiarent ut ad tertiam bucinam praesto essent.

Cum hoc equitatu nocte Teanum profectus, prima luce 7 portam intravit atque in forum perrexit; concursuque ad primum equitum ingressum facto magistratum Sidicinum citari iussit imperauitque ut produceret Campanos quos in custodia haberet. Producti omnes uirgisque caesi ac securi 8 percussi. Inde citato equo Cales percurrit; ubi cum in tribunali consedisset productique Campani diligarentur ad palum, eques citus ab Roma uenit litterasque a C. Calpurnio praetore Fulio et senatus consultum tradit. Murmur 9

3 aliquis Π dett. aliq., cf. e.g. 24. 22. 14 : aliquibus *A⁷θald.*
 municipiorum (*post nominis*) Πθald.: *recte ut gloss. seclusit Madv.*: et mun. *Gron.*: aut mun. *H. J. Mueller* *post forent add.* e ad municipiorum *PCR*, et ad m. *R²MBDAJ*, et m. (*om. ad*) *ald.*: *delent P¹* (*per puncta supra, sed supra e illud uidetur littera c pro puncto stare fort. ut sit siglum uel secundae lect. vel correcturae*) *C⁴ uel C²A⁷* : *om. K.* *Apparet igitur municipiorum glossema fuisse quod bis Puteanus et supra et hic* (*ubi iam ad- ex uoce adiuti scribebat*) *introducedit* 4 *quid dicenter neque hic add.* *Alschesfski* (*post facerent iam neque quid dicenter add. ed. Par. 1513*): *ignorant Πθ*, cf. c. 6. 16 *adn.* *se eam π* (*spatium duarum litt. post eam reliquit P*) *A⁷?* et *ald.* : *se etiam A⁰* 8 *omnes C⁴M(ones)BA(oms)θ*: *ones PCR*: *om. D, spat. v litt. relicto* *praetore (sed pr) PC Sigonius*: *populus romanus RM*: *populo romano a BD* (*om. a D*): *populoque romano Aθald.*; cf. e.g. c. 23. 3 *adn.* et s. c. tradit *PC Gron.*: *est c tradit RM*: *tradit B*: *consuli tradit B²*: .c. tradit *D*: *contradit Aθ*: *tradidit Edd. ante Ald.*: *cum tradidisset Aldus* (cf. c. 32. 8)

ab tribunali totam contionem peruasit differri rem integrum ad patres de Campanis ; et Fuluius, id ita esse ratus acceptas litteras neque resolutas cum in gremio reposuisset, praeconi imperauit ut lictorem lege agere iuberet. Ita de iis quoque 10 qui Calibus erant sumptum supplicium. Tum litterae lectae senatusque consultum, serum ad impediendam rem actam quae summa ope approperata erat ne impediri posset.

11 Consurgentem iam Fuluum Taurea Vibellius Campanus per mediam uadens turbam nomine inclamauit, et cum 12 mirabundus quidnam sese uellet resedisset Flaccus, ‘Me quoque’ inquit ‘iube occidi ut gloriari possis multo fortiorum 13 quam ipse es uirum abs te occisum esse.’ Cum Flaccus negaret profecto satis compotem mentis esse, modo prohiberi etiam se si id uellet senatus consulto diceret, tum Vibellius 14 ‘Quando quidem’ inquit ‘capta patria propinquis amicisque amissis, cum ipse manu mea coniugem liberosque interficerim ne quid indigni paterentur, mihi ne mortis quidem copia eadem est quae his ciuibus meis, petatur a uirtute 15 inuisae huius uitiae uindicta.’ Atque ita gladio quem ueste texerat per aduersum pectus transfixus, ante pedes imperatoris moribundus procubuit.

16 Quia et quod ad supplicium attinet Campanorum ei pleraque alia de Flacci unius sententia acta erant, mortuum Ap. Claudium sub ditionem Capuae quidam tradunt ; 2 hunc quoque ipsum Tauream neque sua sponte uenisse Cales

9 peruasit $P^x M^1 uel M^3 D A^x \theta$: persuasit π 10 lectae $C^4 M^1$ ($uix M^1$) $B D A \theta$: legata es (i.e. legata esse natusque) $P C R$: legatae $P^x R^2 M$ 11 Vibellius ΠJ , cf. 23. 8. 5. 23. 46. 12 (et in *Nomina Italiae indice in It. Dial.* Vibellia, Vinellia, Vibuleia, Vibullia) : iubellius $J^2 ald. Drak.$ (cf. *Val. Max.* 3. 2. *Ext.* 1) *quod in inscc. nusquam in Italia occurrit* : imbellius K turbam $\pi Aldus$: urbem turbamque $A \theta Edd. ante Ald.$ (urbem turbam *ed. Mog.* 1518) *Drak.* resedisse (resid- *MBD*) $\pi M^1 B^1 Aldus$: inquireret residens $A \theta Edd. ante Ald$

13 mentis esse $\pi B^2 Aldus$ (*quod praesto erat Prisciano 6 § 709*) mente in esse B : esse mentis $A \theta Edd. ante Ald.$, cf. c. 5. 17

16 1 Flacci $M^1 uel M^2 B D A \theta$: placei π

neque sua manu interfectum, sed dum inter ceteros ad palum deligatur, quia parum inter strepitus exaudiri possent quae uociferaretur silentium fieri Flaccum iussisse tum Tauream 3 illa quae ante memorata sunt dixisse, uirum se fortissimum ab nequaquam pari ad uirtutem occidi; sub haec dicta iussu proconsulis praeconem ita pronuntiasse: ‘Lictor, uiro forti adde uirgas et in eum primum lege age.’ Lectum quoque 4 senatus consultum priusquam securi feriret quidam auctores sunt, sed quia adscriptum in senatus consulto fuerit si ei uideretur integrum rem ad senatum reiceret, interpretatum esse quid magis e re publica duceret aestimationem sibi permissam.

Capuam a Calibus reditum est, Atellaque et Calatia in 5 dditionem acceptae; ibi quoque in eos, qui capita rerum erant, animaduersum. Ita ad septuaginta principes senatus 6 interfici, trecenti ferme nobiles Campani in carcerem conditi, alii per sociorum Latini nominis urbes in custodias dati, iariis casibus interierunt: multitudo alia ciuium Campanorum uenum data. De urbe agroque reliqua consultatio fuit, 7 quibusdam delendam censemibus urbem praeualidam propinquam inimicam. Ceterum praesens utilitas uicit; nam propter agrum, quem omni fertilitate terrae satis constabat primum in Italia esse, urbs seruata est ut esset aliqua urariorum sedes. Vrbi frequentandae multitudo incolarum 8 libertinorumque et institorum opificumque retenta: ager omnis et tecta publica populi Romani facta. Ceterum 9

² dum . . . deligatur *Frob.* ² (*de -tur et -tus confusis cf. 27. 21. 5;* ³ 48. 9 *adnn. et de cum pro dum cf. 24. 17. 1 adn. et (dum pro cum) 1.* ^{0. 7}): *cum . . . deligatus (-leg- D)* Πθ (*supra quia scripsit J*) *ald.*, *nde (cum retento) coni.* *deligatus quiritaret Weissenb.*, *deligaretur Harant*, *deligatus quaedam uociferaretur Alschefski (qui infra uoces ueae uociferatur omisit)* *uociferaretur Harant: uociferatur πA¹?* ^{f. 24. 24. 9 et 27. 1. 11 adnn. : *uociferabatur C⁴M³A⁷J* (*-bantur J*) *C. ald. : uociferantur BDA* ⁵ *rerum πA⁷? Aldus: rei Aθ Edd.* *nte Ald.* ⁶ *Campani Πθ: Campani alii Harant, frustra* *censemibus C⁴M¹A⁰:* *sescentibus (susc- BD) π, unde sciscentibus iron. dubitanter* ⁸ *ager P^xC²M¹ uel M³BDAθ: aeger π*}

habitari tantum tamquam urbem Capuam frequentarique placuit, corpus nullum ciuitatis nec senatum nec plebis ¹⁰ concilium nec magistratus esse: sine consilio publico, sine imperio multitudinem nullius rei inter se sociam ad consensum inhabilem fore; praefectum ad iura reddenda ab ¹¹ Roma quotannis missuros. Ita ad Capuam res compositae consilio ab omni parte laudabili. Seuere et celeriter in maxime noxios animaduersum; multitudo ciuium dissipata ¹² in nullam spem reditus; non saeuitum incendiis ruinisque in tecta innoxia murosque, et cum emolumento quaesita etiam apud socios lenitatis species incolumente urbis nobilissimae opulentissimaeque, cuius ruinis omnis Campania, omnes qui Campaniam circa accolunt populi ingemuissent; ¹³ confessio expressa hosti quanta uis in Romanis ad expetendas poenas ab infidelibus sociis et quam nihil in Hannibale auxili ad receptos in fidem tuendos esset.

¹⁷ Romani patres perfuncti quod ad Capuam attinebat cura, C. Neroni ex iis duabus legionibus quas ad Capuam habuerat sex milia peditum et trecentos equites quos ipse legisset et socium Latini nominis peditum numerum parem et octingentos equites decernunt. Eum exercitum Puteolis in naues impositum Nero in Hispaniam transportauit. Cum Tarragonem nauibus uenisset, expositisque ibi copiis et nauibus subductis socios quoque nauales multitudinis augendae cause ³ armasset, profectus ad Hiberum flumen exercitum ab Ti. Fonteio et L. Marcio accepit. Inde pergit ad hostes ire ⁴ Hasdrubal Hamilcaris ad Lapedes Atros castra habebat; in Ausetanis is locus est inter oppida Ilturgim et Mentissam

⁹ senatum θ Lov. 3. 5 Edd. ante Ald. Duker: senatus Π Aldus, cf. 27. 17. 1 adn. ¹³ auxili C²M¹B^xDAθ: auxilia π (littera a-duplicata) esset A⁷θ (sed hi duo ante ad) ald.: esse Π (sed ante ad A

¹⁷ 1 patres Π Gron.: praetores A⁷θ: proconsules ald. quo πθ: qd C: om. M: qua Sabellicus C. Π, cf. c. 5. 8: claudio ald. clau. K: cum J ³ L. J² in marg. K, cf. 25. 37. 1: om. Πala

⁴ Ausetanis Πθ: Oretanis Glareanus, bene, sed nihil mutamus

Huius saltus fauces Nero occupauit. Hasdrubal, ne in arto 5 res esset, caduceatorem misit qui promitteret si inde missus foret se omnem exercitum ex Hispania deportaturum. Quam 6 rem cum laeto animo Romanus accepisset, diem posterum Hasdrubal conloquio petiuit ut coram leges conscriberentur de tradendis arcibus urbium dieque statuenda ad quam praesidia deducerentur suaque omnia sine fraude Poeni deportarent. Quod ubi impetravit, extemplo primis tenebris 7 atque inde tota nocte quod grauissimum exercitus erat Hasdrubal quacunque posset euadere e saltu iussit. Data 8 edulo opera est ne multi ea nocte exirent, ut ipsa paucitas um ad hostem silentio fallendum aptior, tum ad euadendum per artas semitas ac difficiles esset. Ventum insequenti die 9 d conloquium est; sed loquendo plura scribendoque dedita pera quae in rem non essent die consumpto, in posterum ilatum est. Addita insequens nox spatium dedit et alios 10mittendi; nec postero die res finem inuenit. Ita aliquot 11ies disceptando palam de legibus noctesque emittendis clam castris Carthaginiensibus absumptae. Et postquam pars maior emissa exercitus erat, iam ne iis quidem quae ultro icta erant stabatur; minusque ac minus, cum timore simul 12de decrescente, conueniebat. Iam ferme pedestres omnes opiae euaserant e saltu cum prima luce densa nebula saltum unum camposque circa intexit. Quod ubi sensit Hasdrubal, iit ad Neronem qui in posterum diem conloquium differ-

5 occupauit. Hasdrubal ne *A⁷N³θald.* *Frob.* 1. 2 (*fort. a Spirensia-fonte ortum*): *omn. π.*, *fort. linea xx.* *litt. perdita*, *cf. cc.* 6. 16 *et* 8 *adn.*: *ne AN:* *obsederet D:* *insedit Hasdrubal cum uestigii* *ronouii insistens Weissenb.*; *plura excidisse suspicatus erat Madv.*

set P^x per ras. Cθald.: *esset set P*, *cf. 27. 44. 1*: *esset sed RMBD*

missus Πθ: *emissus Madv. Em. p. 374, fort. recte* 6 *coram* *adv. Em. p. 375*: *romam ΠJ*: *romani (cum conscriberent) M²A^v* *ald.*: *a romanis C⁴* *tradendis C⁴M¹A^vValla θ* (*tradd- K*): *tra-* *ndis π*: *reddendis D* 7 *atque Πθ*: *ac ut uid. uoluit P^x* *cundum Luchsium a)* *e saltu BDAθald.*, *cf. § 12 et 42. 18. 5*: *ltu M¹*, *cf. 8. 26. 4 adn.*: *salu π* 9 *loquendo A⁴θ*: *loquendi* (*sed M mox scribendoq.*: *-diq. M² uel M⁷*): *loquenda D*

Addita insequens *π* (*sed de P^x-dita in in ras. ait Luchs, perperam*) 12 *qui πθ Madv. 1882*: *scil. Perizonius, probante Madv. Em. p. 375*

ret: illum diem religiosum Carthaginiensibus ad agendum
 13 quicquam rei seriae esse. Ne tum quidem suspecta fraus
 cum esset, data uenia eius diei, extemploque Hasdrubal cum
 equitatu elephantisque castris egressus sine ullo tumultu in
 14 tutum euasit. Hora ferme quarta dispulsa sole nebula
 aperuit diem, uacuaque hostium castra conspexerunt Romani.
 15 Tum demum Claudius Punicam fraudem adgnoscens ut se
 dolo captum sensit, proficiscentem institit sequi paratus
 16 configere acie. Sed hostis detractabat pugnam; leuia tamen
 proelia inter extremum Punicum agmen praecursoresque
 Romanorum siebant.

18 Inter haec Hispaniae populi nec qui post cladem acceptam
 defecerant redibant ad Romanos, nec ulli noui deficiebant
 2 et Romae senatui populoque post receptam Capuam nor
 Italiae iam maior quam Hispaniae cura erat. Et exercitum
 3 augeri et imperatorem mitti placebat; nec tam quem mit
 terent satis constabat quam illud, ubi duo summi impera
 tores intra dies triginta cecidissent, qui in locum duorum
 4 succederet extraordinaria cura diligendum esse. Cum ali
 alium nominarent, postremum eo decursum est ut procon
 suli creando in Hispaniam comitia haberentur; diemqu
 5 comitiis consules edixerunt. Primo exspectauerant ut q
 se tanto imperio dignos crederent nomina profiterentur
 quae ut destituta exspectatio est, redintegratus luctu
 acceptae clidis desideriumque imperatorum amissorum.

12 seriae esse C² uel C⁴ Gron.: seria (feria D) esse π: feriam esse
 M² uel M⁷ uel ambo: feriatum A: feriatumq. esse θ: feriatum esse
 Aldus: esse Edd. (quos uidimus) ante Ald. 13 cum esset, da
 Πθ; recte sic interpusxit Harant (; cum data esset ald. Drak.) e
 temploque (-tim- MBD) π Harant: exemplo Aθald. Drak.
 15 sequi C⁴ M¹ uel M²B¹A^v?θ: equi Π

18 3 tam Gron.: tamen Πθald. quam illud (sed qm̄ A) Π Gron
 qm̄ id J: quoniam K: cum illud C⁴ uel C⁵: quoniam illuc Edd. an
 Gron. 4 ut . . . haberentur Madv. Em. p. 375: ut populus .
 haberet Πθald. quod tutari uoluit Weissenb. exempla qualia 4. 56.
 citando, sed populus ex pro- duplicato ortum unde -rentur in -r
 mutationem

Maesta itaque ciuitas prope inops consilii comitiorum die 6
men in campum descendit; atque in magistratus uersi
rcumspexant ora principum aliorum alios intuentium fre-
quentque adeo perditas res desperatumque de re publica
se ut nemo audeat in Hispaniam imperium accipere, cum 7
bito P. Cornelius (Publi filius eius) qui in Hispania
ciderat, [filius] quattuor et uiginti ferme annos natus, pro-
ssus se petere, in superiore unde conspici posset loco
constitit. In quem postquam omnium ora conuersa sunt, 8
amore ac fauore ominati extemplo sunt felix faustumque
imperium. Iussi deinde inire suffragium ad unum omnes 9
in centuriae modo, sed etiam homines P. Scipioni imperium
se in Hispania iusserunt. Ceterum post rem actam ut iam 10
sederat impetus animorum ardorque, silentium subito
cum et tacita cogitatio quidnam egissent; nonne fauor plus
uiisset quam ratio. Aetatis maxime paenitebat; quidam 11
utunam etiam domus horreabant nomenque ex funestis
abus familiis in eas prouincias ubi inter sepulcra patris
truire res gerendae essent proficiscentis.

Quam ubi ab re tanto impetu acta sollicitudinem curam- 19

consilii *C⁴M¹BDAθ*: consiui π (fort. -suum C) aliorum Π
lus: aliorumque *Aθ* Edd. ante Ald., cf. § 11 in Hispaniam
(imperium) Πθ: in Hispania Gron. 7 Publius filius eius hic
ipsimus et filius infra seclusimus, cf. 29. 14. 8, lineam xv litt. ob -ius |
excidisse rati (cf. c. 6. 16 adn.), tum uocem filius paene necessario in
team archetypo esse additam: ignorant π: illius *ANθald.*: Publī
(m.: P. Cornelii cius *Iac. Gron.*, bene: P. Cornelii *M² Alschesfski*;
homines cum eodd. filius post ceciderat retinent 9 inire πR¹ (ire
h. Drak.): inire confusum *A* (sed -s- in ras.) Edd. uet.: inire confusum
ANθ Lou. 2. 3. 5: inire confessim ed. *Camp.*, *Gebhard. Num* confusum
ūd in marg. exemplaris sui a nescioquo de huius loci obscuritate que-
nre additum in contextum induxerat *A?* 10 impetus *P^x* per ras.
CM²A^xald.: imperat impetus Πθ nonne *Madv. Em.* p. 375 sq.:
nī ΠJ¹K (noni J) quorum plerique post noui interpuixerunt: noui;
nī quod *A^v* in marg. et *Valla*: noui; quod ald.: num *C⁴ Lov. 2. 4.*
Cm. fauor πC⁴θ: maior *C* qui mox in § 11 uigiliis pro familiis
() praebet (legionibus *C⁴!*); mirus uterque lapsus ut e.g. in c. 50. 5
a. 11 eas ΠAldus: easque θ Edd. ante Ald., cf. § 6
9 1 Quam *M uel M¹A^v Aldus*: qua ui *PC?R¹*: qua *P^x* per ras. uix
et tam *C^x* (et -a- partim eraso) *R* et *R^xM* (si quā *M¹*): quod *Aθ*
E. ante Ald.

que hominum animaduertit, aduocata contione ita de aetate
 sua imperioque mandato et bello quod gerendum esse
² magno elatoque animo disseruit, ut ardorem eum qui re-
 sederat excitaret rursus nouaretque et impleret hominem
 certioris spei quam quantam fides promissi humani aut rati-
³ ex fiducia rerum subicere solet. Fuit enim Scipio non uer-
 tantum uirtutibus mirabilis, sed arte quoque quadam ap-
⁴ iuuenta in ostentationem earum compositus, pleraque apu-
 multitudinem aut per nocturnas uisa species aut uelut
 diuinitus mente monita agens, siue et ipse capti quadam
 superstitione animi, siue ut imperia consiliaque uelut sorti-
⁵ oraculi missa sine cunctatione exsequerentur. Ad hoc iam
 inde ab initio praeparans animos, ex quo togam uiriliter
 sumpsit nullo die prius ullam publicam priuatamque rei
 egit quam in Capitolium iret ingressusque aedem consider-
⁶ et plerumque solus in secreto ibi tempus tereret. Hic mo-
 per omnem uitam seruatus seu consulto seu temere uolgata
 opinioni fidem apud quosdam fecit stirpis eum diuinae uiru-

¹ animaduertit *B*² (-rtam *B*) *A.ald.* : animam aduertit π : anime
 aduertit *M*¹ *Iac. Gron. ex cod. D* (sed -mam *D*) : auertit *J* : scipio a-
 uertit *K* ² nouaretque π (-que *C*) : innouaretque *A\theta Edd. u-*
 et (impleret) *A\theta ald.* : *om. \pi*, cf. § 11 et c. 11. 12 *adn. (c)*
 (*fiducia*) *\Pi\theta ald.* : et *Luchs 1889, frustra* subicere *Ed. Mog. 15*
 (-iie-) : ubi ecere *PR* : ubi egere *C* : ubi iecere *R^2MB* (*iecere B^1*)
 ubi iacere *D* : subire *A^x per ras. \theta* ⁴ aut (per) *\Pi\theta, quod*
 fort. defendi potest si uisa pro quaesibz uisa esse affirmabat interpretar-
 tum enim uisa cum uelut (\ws apud Polyb. 10. 2. 12) aequiperatur: *i*
 ut praeeunte Dukero Weissenb., bene: ut ed. Mog. 1518 uisa
 Edd. uet., u. adn. praec. : uisas *Fabri: fort. delendum esse censem H*
 Mueller, male mente *\theta ald.* : mente *\Pi* (-m in *P* paene deletu-
 ipse *\pi B^1 Aldus* : ipsi *B A\theta Edd. ante Ald.* sine *P^x per r-*
 uix perfectam Ed. Mog. 1518 : sitne *PC* : sit nec *RM* : sint|nec (uel si-
 nec) *BDA\theta Edd. uet.* exsequerentur *Gron.* : essequeren-
 PCR : assequerentur *R^2MBDA\theta ald.* ⁵ rem egit *CM^1BD\theta*
 remigit *PRM* secreto *M^1 uel M^3\theta Aldus* : secretu π : secretu
 BDA Edd. ante Ald. tempus *hic praebent \pi, post plerumque*
 Edd. ante Gron., cf. c. 5. 17 *adn.* ⁶ Hic mos . . . seruatus
 Pal. 1 in marg. probante Gron. : hic mos . . . seruabat *PCR* : hic . . .
 . . . seruabatur *MBDA\theta Edd. uet. nonnulli* : hic mos qui . . . ser-
 batur *ald. Drak.* : hic mos quem . . . seruabat *Weissenb., quod m-*
 Johnson fecit *A\theta Ed. Mog. 1518* : fecit ut *\Pi Edd. ante Mog.*
 27. 8. 7 *adn.*)

esse, rettulitque famam in Alexandro magno prius uolgatam, 7 et uanitate et fabula parem, anguis immanis concubitu conceptum, et in cubiculo matris eius uisam persaepe prodigii eius speciem interuentuque hominum euolutam repente atque ex oculis elapsam. His miraculis nunquam ab ipso 8 elusa fides est; quin potius aucta arte quadam nec abnuendi ale quicquam nec palam adfirmandi. Multa alia eiusdem 9 generis, alia uera, alia adsimulata, admirationis humanae in eo iuuene excesserant modum; quibus freta tunc ciuitas metati haudquaquam maturaee tantam rerum molem tantumque imperium permisit.

Ad eas copias quas ex uetere exercitu Hispania habebat, 10 quaeque a Puteolis cum C. Nerone traiectae erant, decem milia militum et mille equites adduntur, et M. Iunius Silanus propraetor adiutor ad res gerendas datus est. Ita 11 um triginta nauium classe—omnes autem quinqueremes rānt—Ostiis Tiberinis profectus praeter oram Tusci maris, Alpesque et Gallicum sinum et deinde Pyrenaei circumlectus promuntorium, Emporiis urbe Graeca—oriundi et ipsi Phocaea sunt—copias exposuit. Inde sequi nauibus iussis 12 Carraconem pedibus profectus conuentum omnium sociorum

8 His miraculis Πθ (hiis J): huius miraculi *Gron.* sed cf. § 6 opioni
9 tunc C⁴?A⁷ald.: nunc Πθ dett. rerum molem
P¹ uel P²C: molem rerum πθald. *Drak.* 10 militum π: pedi-
am Aθald. mille A⁷θald.: om. π (cf. 29. 28. 10 adn.) sed
batum unius litt. (ω) reliquit P: milites A (qui equites om.: add.
17) 11 ostiis PRM (cf. lect. *Put.* 22. 38. 8): hostiis CBDAθ:
ο ostiis Wesenberg, fort. recte (cf. 22. 38. 8), sed cf. e.g. 27. 41. 8 et
Riemann, *Études p.* 271. *De Plurali ostia* cf. 9. 19. 4 (Tiberinis); 22.
7. 1, et *Verg. Acn.* 1. 14; *Singularis in* 1. 33. 9; 22. 11. 6 et 7; 23. 38.
; 25. 20. 3; 27. 11. 2; 27. 22. 12, cf. etiam 29. 14. 11. *Pluralis ipsum*
uui exitum uidetur semper designare praecipue a mari aduenientibus:
notiens de urbe ipsa et portu agitur, *Singularis usurpatur* Alpes-
ue et A⁷θ, fort. ex Sp ortum, cf. § 2 sup.: alpes neque π(C²A⁷):
Alpesque C²M¹ uel M³: alpes atque ald. *Drak.* et(deinde) Πald.:
πθ Pyrenaei (uel -nei : -ne C) Π (pir- B): pyrenes θald.
recuumectus C⁴ uel C⁶M¹ uel M³K.ald.: circumuentus Π(C?)J
[ipsi] ob has noces et ob mentionem triremium Massiliensium in § 13
liquid supra (post Alpesque ?) excidisse suspicatus est Crevier, recte

—etenim legationes ad famam eius ex omni se prouincia effuerant—habuit. Naues ibi subduci iussit, remissis quattuor triremibus Massiliensium quae officii causa ab domo prosecutae fuerant. Responsa inde legationibus suspensis uarietate tot casuum dare coepit, ita elato ab ingenti uirtute suarum fiducia animo ut nullum ferox uerbum excideret ingensque omnibus quae diceret cum maiestas inesset tum fides. Profectus ab Tarracone et ciuitates sociorum et hiberna exercitus adiit, collaudauitque milites quod duabus tantis deinceps cladibus icti prouinciam obtinuissent, nec fructum secundarum rerum sentire hostes passi omni cis Hiberum agro eos arcuissent, sociosque cum fide tutati essent. Marcium secum habebat cum tanto honore, ut facile appareret nihil minus uereri quam ne quis obstaret gloriae suae. Successit inde Neroni Silanus, et in hiberna milites noui deducti. Scipio omnibus quae adeunda agendaque erant mature aditis peractisque Tarraconem concessit. Nihilo minor fama apud hostes Scipionis erat quam apud ciues sociosque, et diuinatio quaedam futuri, quo minus ratic timoris reddi poterat oborti temere, maiorem inferens metum. In hiberna diuersi concesserant, Hasdrubal Gisgonis usque ad Oceanum et Gades, Mago in mediterranea maxime supra Castulonensem saltum; Hasdrubal Hamilcaris filius proximus Hibero circa Saguntum hibernauit.

7 Aestatis eius extremo qua capta est Capua et Scipio in

¹² famam π²Α^x: fam P, cf. 27. 1. 11 adn.: famam aduentus Α² Α⁷θαλδ. Drak ¹⁴ diceret ΒΔΑθαλδ.: diceretque π (sed -qua RM), cf. c. 11. 12 adn. (a)

²⁰ 2 arcuissent Α⁶θαλδ.: arcissent Π (art. B) ³ uereri qua K Lov. 1. 3 ald.: quam uereri quam J: quam uereri Π dett. plerique probante Gron., sed et aliud prorsus est 27. 18. 11 et de ordinis in P mutatione cf. 28. 2. 15 adn. (quam magis pro magis quam) ⁵ obor temere Gron. (oborti temere eo Salmasius, non male sed cf. 25. 1. 6 35. 12. 10): oportet temere PR: oportet emere R¹MBD: oportet temere CAJ: temere Α^x: omnem temere K: eo opportune Lov. ald. ⁶ Gades (uel -is) C^xB²DAθ: gaudis π: gaugis B: gailig fort. B¹ ⁷ qua J. Perizonius, cf. e.g. 22. 19. 1: quo Πθαλδ.

Hispaniam uenit, Punica classis ex Sicilia Tarentum accita ad arcendos commeatus praesidii Romani quod in arce Tarentina erat, clauserat quidem omnes ad arcem a mari s aditus, sed adsidendo diutius artiorem annonam sociis quam hosti faciebat; non enim tantum subuehi oppidanis per pacata litora apertosque portus praesidio nauium Punicarum poterat quantum frumenti classis ipsa turba nauali mixta ex omni genere hominum absumebat, ut arcis praesidium etiam sine inuesto quia pauci erant ex ante praeparato sustentari posset, Tarentinis classique ne inuestum quidem sufficeret. Tandem maiore gratia quam uenerat classis dimissa est; annona haud multum laxauerat quia remoto maritimo praesidio subuehi frumentum non poterat.

ac moenia clauerunt exercitum Carthaginiensium aduersus nos tutati sunt, quis passos esse hostilia cum fecerint indignatur? Tradentes urbem principes Syracusanorum 4 uersatus sum; Sosim et Moericum Hispanum quibus tan- am crederem rem potiores habui. Non estis extremi Syracusanorum, quippe qui aliis humilitatem obiciatis: quis 5 sit uestrum qui se mihi portas apertum, qui armatos pilates meos in urbem acceptum promiserit? Odistis et xsecramini eos qui fecerunt, et ne hic quidem contumeliis n eos dicendis parcitis; tantum abest ut et ipsi tale quic- uam facturi fueritis. Ipsa humilitas eorum, patres con- 6 cripti, quam isti obiciunt maximo arguento est me eminem qui nauatam operam rei publicae nostrae uellet uersatum esse. Et antequam obsiderem Syracusas, nunc 7 legatis mittendis, nunc ad conloquium eundo temptau acem, et posteaquam neque legatos uiolandi uerecundia rat nec mihi ipsi congresso ad portas cum principibus reponsum dabatur, multis terra marique exhaustis laboribus undem ui atque armis Syracusas cepi. Quae captis accide- 8 nt apud Hannibalem et Carthaginenses uictos iustius uam apud uictoris populi senatum quererentur. Ego, 9 atres conscripti, Syracusas spoliatas si negaturus essem, unquam spoliis earum urbem Romam exornarem. Quae item singulis uictor aut ademi aut dedi, cum belli iure im ex cuiusque merito satis scio me fecisse. Ea uos rata 10

3 fecerint $\pi^2 B^{1/2} \theta$: fecerint ino P (*sc. ex noce sq.*) 4 sum
ald. Frob. 1. 2: simi π rem *hic add.* Boettcher, ante tantam $A^2 \theta$
w. 5, post tantam Lov. 3 ald. Frob. 1. 2: ignorant Π , unde tantum
o tantam coni. Gron. Non Π ald. Frob. 1. 2: nec θ 5 ne
e ald. Frob. 1. 2: ne his (hiis J) $\Pi \theta$ 6 nostrae Π ald. Frob. 1.
uestrae θ uellet Gron.: uelit π : uelit $A\theta$ ald. Frob. 1. 2
dabatur $CM^1 BDA\theta$ ald. Frob. 1. 2: dabantur PR^1 (-bunt- R) M , cf. 28.
11 adn. 8 acciderint $\Pi\theta$ ald. Frob. 1. 2: acciderunt Ussing
ctos C^2 per ras., Douaiatius: uicto se π : uictos se (sese Edd.) $M^2 BD$
9 Edd. ante Ald. : uictosque Aldus: uictos secum Gron.
exornarem $C^4 M^7$ in marg. BD (sed -ret) $A\theta$: exortem π scio
: $P^2 M^7 DA\theta$: socio me π : socione M

habeatis, patres conscripti, necne, magis rei publicae interest quam mea. Quippe mea fides exsoluta est: ad rem publicam pertinet ne acta mea rescindendo alios in posterum segnior res duces faciatis. Et quoniam coram et Siculorum et mea uerba audistis, patres conscripti, simul templo excedemus, ut me absente liberius consuli senatus possit.' Ita dimissi Siculi et ipse in Capitolium ad dilectum discessit.

32 Consul alter de postulatis Siculorum ad patres rettulit. Ibi cum diu sententiis certatum esset et magna pars senatus, 2 principe eius sententiae T. Manlio Torquato, cum tyrannis bellum gerendum fuisse censerent hostibus et Syracusanorum et populi Romani, et urbem recipi, non capi, et receptam legibus antiquis et libertate stabiliri, non fessam 3 miseranda seruitute bello adfligi; inter tyrannorum et ducis Romani certamina praemium uictoris in medio positam urbem pulcherrimam ac nobilissimam perisse, horreum atque aerarium quondam populi Romani, cuius munificentia ac donis multis tempestatibus, hoc denique ipso Punico bello 4 adiuta ornataque res publica esset; si ab inferis exsistat rex Hiero fidissimus imperii Romani cultor, quo ore aut Syracusas aut Romam ei ostendi posse, cum, ubi semirutam ac spoliatam patriam respexerit, ingrediens Romam in uestibulo urbis, prope in porta, spolia patriae suae uisurus sit?— 5 haec taliaque cum ad inuidiam consulis miserationemque Siculorum dicerentur, mitius tamen decreuerunt patres

10 necne *Lov.* 3. 4 *ald.* *Frob.* 1. 2: ne Πθ: nec *M⁷A¹*: et *C⁴* mea fides *PCR*(et *ald.* *Frob.* 1. 2 *sed* mea quippe fides): fides *R²A¹* *BDA^θ* 11 dimissi Siculi *C*, *Alschefski*: dimissis siculi *PRM*, c. 40. 14 *adn.*: dimissis siculis *M⁷BDA^θald.* *Frob.* 1. 2

32 1 sententiis *Gron.*, cf. e.g. 27. 6. 9: de sententiis (sentiis *M*) Π *ald.* *Frob.* 1. 2: diuersis sententiis *Koch*, sed de illud uel ex se- ma lecto uel ob constructionem uocis certare non intellectam ortum erit 2 principe Π *ald.* *Frob.* 1. 2: a principe θ *ed.* *Rom.* 1469 *stabilis* *Frob.* 1. 2: stabilire Π *θ* *ald.*, cf. 27. 4. 13 *adn.* bello Π *ald.* *Fro* 1. 2: et bello θ *Lov.* 5 3 certamina *BDA^θ*: certam iā (uel iam) *η* certam iam *M⁷* 4 imperii (-rio *P*) *Romani P²* et iam *antea uid.* *P¹*, *A^θ*: imperio romano *π²* 5 mitius *πM²θ*: minutius.

acta M. Marcelli quae is gerens bellum uictorque egisset rata 6
habenda esse, in reliquum curae senatui fore rem Syracusa-
nam, mandaturosque consuli Laeuno ut quod sine iactura
ei publicae fieri posset fortunis eius ciuitatis consuleret.
Missis duobus senatoribus in Capitolium ad consulem uti 7
ediret in curiam et introductis Siculis, senatus consultum
ecitatum est; legatique benigne appellati ac dimissi ad 8
genua se Marcelli consulis proiecerunt obsecrantes ut quae
leplorandae ac leuandae calamitatis causa dixissent ueniam
is daret, et in fidem clientelamque se urbemque Syracusas
cciperet. Potens senatus consulto consul clementer appell-
atos eos dimisit.

Campanis deinde senatus datus est, quorum oratio mi- 33
erabiliior, causa durior erat. Neque enim meritas poenas 2
egare poterant, nec tyranni erant in quos culpam confer-
ent, sed satis pensum poenarum tot ueneno absumptis, tot
ecuri percussis senatoribus credebant: paucos nobilium 3

6 acta M. Weissensb., optime: etiam P: tam (A?) Π^2 (sed cam M): cām
(i.e. causam) A⁷ θ : causa M⁶(cā)ald. Frob. 1. 2 esse K.ald. Frob.
2: et se ΠJ : et A^x reliquum BDA θ : relicum P¹C: reli-
cum PRM fore CM? uel M¹? et M⁶ (qui in ras. et -e et r- uocis
sequentis scripsit) BDA θ : fere PR et M? ut quod Alschesfski:
i quod P (cf. e.g. 28. 4. 2 adn.): quod Π^2 uel Π^1 , Gron.: quo A⁶: qui-
em si θ : quoad Edd. ante Gron. 8 obsecrantes Aθald. Frob. 1.
: et (eum M⁷) obsecrantes (ops- P) π, u. adn. sq. et cf. de et insi-
cio 27. 4. 12 adn. et (de -que) c. 11. 12 adn. (a): orantes et obsecrantes
Weissenb. (sed melius uel or. obs. uel or. atque obs.) clientelam-
iae P¹ ut uid. CM⁷A⁷ θ : et clientelamque PR¹(-tal- R)M(-quae) BA:
clientelam D Potens senatus consulto (i.e. sōc) Walters:
potens oc (hoc M: δc B) Π: potens c C^x: postea C³: post haec (uel
ec uel h') M⁸A⁷θald. Frob. 1. 2, cf. 6. 37. 8 adn.: potens sui Alschesfski,
26. 13. 14: potens irae Weissensb.: potens uoti Zingerle: pollicens
oc Boettcher, optime quidem ad sensum; sed pro Waltersio cf. potens
aeda 1. 33. 5, potens fauore 3. 19. 3 (cf. etiam hoc decreto armatus
53. 8) et de sōc (uel ̄. c.) corrupto cf. 10. 1. 3; 27. 25. 2 et 3; 29. 15.
(socii pro ̄. c.); 29. 36. 11; 30. 26. 12 et huius libri c. 15. 8, etc.
33 2 meritas ΠN^2 (-ta N)θald. Frob. 1. 2: meritos Duker, sed cf. 8. 7.
2 adn. conferrent (-ferent R) π Aldus: deferrent BDAN θ
dd. ante Ald.

superstites esse, quos nec sua conscientia ut quicquam de se grauius consulerent impulerit nec uictoris ira capitum damnauerit; eos libertatem sibi suisque et bonorum aliquam partem orare ciues Romanos, adfinitatibus plerosque et propinquis iam cognitionibus ex conubio uetusto iunctos.

4 Summotis deinde e templo paulisper dubitatum an arcensem a Capua Q. Fuluius esset—mortuus enim post captam Claudius consul erat—ut coram imperatore qui res gessisset, sicut inter Marcellum Siculosque disceptatum 5 fuerat, disceptaretur. Dein cum M. Atilium C. Fuluium fratrem Flacci legatos eius et Q. Minucium et L. Veturium Philonem item Claudi legatos qui omnibus gerendis rebus adfuerant in senatu uiderent nec Fuluium auocari a Capua 6 nec differri Campanos uellent, interrogatus sententiam M. Atilius Regulus, cuius ex iis qui ad Capuam fuerant maxima 7 auctoritas erat, ‘In consilio’ inquit ‘arbitror me fuisse consulibus Capua capta cum quaereretur ecqui Campanorum 8 bene meritus de re publica nostra esset. Duas mulieres compertum est Vestiam Oppiam Atellanam Capuae habi-

3 superstites esse *A⁷N³θald.* Frob. 1. 2: superior esse *P*, cf. c. 35
 6: superiores esse *Π²(A[?])N*: ex lectione *Puteani coni.* super iis ess. *Gron.*, mire, superesse *Alscheski*, bene, sed superstites illud ex *Spiren siano fonte fort.* *ortum melius est quam ut ab emendatore excogitatur esse credas*, cf. § 9 nec (uictoris) *M⁷Aθald.* Frob. 1. 2: ne π
 eos Πθ: os *N*: eo se *Harant* (qui post R-os sententiam claudit), for recte, sed si eos tutandum est fort. significabit ‘cum tales essent’, nā negari non potest inter oratores hic fuisse paucos nobilium
 bonorum *CM⁷BDANθ*: bonorum *PRM* iam Frob. 2: iam iai
ΠNθald. (cf. § 14 et 27. 44. 1 adn.): iam etiam *Gron.*: etiam *Madv.* (En p. 384), sed adhuc unum tantum exemplum 10. 38. 2 cognouimus u. uocum etiam et et iunctura in codd. *Liuianis admodum probabilis* es Cf. 27. 10. 4; 28. 18. 5 adn. 4 consul erat *CM⁷BDANθ*: co suleret *PRM* ut coram *A⁷θald.* Frob. 1. 2: coram Π*N* sic
πNθald. Frob. 1. 2: sicut et *M*, non male 5 fratrem *ald.* Fro
 1. 2: fratres Πθ, cf. 27. 17. 1 adn. et *Q*. *P*: et que *C*: atque *R*. *BDAθ* (sed atque leg. eius *M. K*)*ald.*: ac *Q*. Frob. 2 adfuerat (sed aff-) *C.ald.* Frob. 1. 2: anfuerant π: ἀν (uel ante) fuerant *A* interfuerant *K* uellent *C⁴BDA⁷θald.* Frob. 1. 2: uellet π
 7 ecqui *C*: equi *PRM*: qui *BDAθ*: et qui *C⁴*: ecquis *ald.* Frob. 1.

tantem et Paculam Cluuiam quae quondam quaestum corpore fecisset, illam cottidie sacrificasse pro salute et uictoria populi Romani, hanc captiuis egentibus alimenta clam suppeditasse: ceterorum omnium Campanorum eundem erga nos animum quem Carthaginiensium fuisse, securique percussos a Q. Fuluio fuisse magis quorum dignitas inter alios quam quorum culpa eminebat. Per senatum agi 10 le Campanis, qui ciues Romani sunt, iniussu populi non ideo posse, idque et apud maiores nostros in Satricanis factum esse cum defecissent ut M. Antistius tribunus plebis prius rogationem ferret scisceretque plebs uti senatui de Satricanis sententiae dicendae ius esset. Itaque censeo cum 11 tribunis plebis agendum esse ut eorum unus pluresue roga- 12 tionem ferant ad plebem qua nobis statuendi de Campanis us fiat.' L. Atilius tribunus plebis ex auctoritate senatus plebem in haec uerba. rogauit: 'Omnes Campani Atellani Calatini Sabatini qui se dediderunt in arbitrium dicionem- 13 ue populi Romani (Q.) Fuluio proconsuli, quosque una ecum dedidere quaeque una secum dedidere agrum urbem- ue diuina humanaque utensiliaque siue quid aliud dedider- 14 nt, de iis rebus quid fieri uelitis uos rogo, Quirites.'

⁸ Paculam, cf. *It. Dial.* p. 204: faculam (flau. *D*: Πθαλδ.: faculam ¹ in marg., cf. *Val. Max.* 5. 2. 1 ubi Cluua Facula uel Falcula nominatur sacrificasse πΜ⁷θ (-sset *RM*) ⁹ Fuluio fuisse *A*⁷ ald. *Frob.* 1. 2, quod emendationem non redolet, cf. § 3: fului | cissee *P*: iluio (flu- *B*) uicisse π²*B*²: Fuluio esse *Gron.* ¹⁰ Satricanis (*bis*) *A*⁷ atrianis (*bis*) Π *Lov.* 1. 3: sutrianis *ald. Frob.* 1. 2 scisceretque *ron.* : sciretque Πθ *Edd.* ante *Gron.*, cf. 27. 1. 11 *adn.* ¹¹ qua *ald. Frob.* 1. 2: quā *C*: qui *A*^θ ¹² Q. (Fuluio) *Madv.* : esciunt Πθ *Edd.* uet. ¹³ quosque una secum dedidere quaeque na secum dedidere *P*, recte ut in huiusmodi formulis (cf. e.g. *Tab. guuiinas vi*, *It. Dial.* § 365): del.-didere quaeque una secum dedi- *P*¹ el *P*² sed rursus -di- illud alterum restituit quosque una secum dedidere raebens, quem secuti sunt *CR*¹(dedere *R*)*MBD*(om. una)*A*^θ *Edd.* ante *log.*: quaeque una secum (secum una *ed. Mog.*) dedidere *Ed. Mog.* ⁵¹⁸ *Aldus*, quibus consentit *Madv.* quosque—dedidere *delens* e iis *PCR*.*ald. Frob.* 1. 2: dc his *R*²*MBDAK*: de hiis *C*⁴*J* *cri CR*²*MBDA*^θ: fieri *PR* uelitis Πθ: uelitis iubeatis *Luchs* 889, ex § 14 et *Gell.* 5. 19. 9

14 Plebes sic iussit: 'Quod senatus iuratus, maxima pars, censeat, qui adsident, id uolumus iubemusque.'

34 Ex hoc plebei scito senatus consultus Oppiae Cluiaeque primum bona ac libertatem restituit: si qua alia praemia petere ab senatu uellent, uenire eas Romam. Campanis in familias singulas decreta facta quae non operaे pretium est omnia enumerare: aliorum bona publicanda, ipsos liberos que eorum et coniuges uendendas, extra filias quae enupsissent priusquam in populi Romani potestatem uenirent: alios in uincula condendos ac de iis posterius consulendum: aliorum Campanorum summam etiam census distinxerunt publicanda necne bona essent: pecua captiuæ praeter equos et mancipia praeter puberes uirilis sexus et omnia quae solo non continerentur restituenda censuerunt dominis. Campanos omnes Atellanos Calatinos Sabatinos, extra quam qui eorum aut ipsi aut parentes eorum apud hostes essent, liberos esse iusserunt, ita ut ne mo eorum ciuis Romanus aut Latini nominis esset, neue quis eorum qui Capuae fuisset dum portae clausae essent in urbe agroue Campano intra certam diem maneret; locus ubi habitarent trans Tiberim qui non contingeret Tiberim daretur: qui nec Capuae nec in urbe Campana quae a populo Romano defecisset per bellum fuissent, eos cis Lirim amnem Romam uersus, qui ad Ro

14 quod *C⁴Aθald.* Frob. 1. 2: quo π: quos *D* adsident *Cobe* (*iam adsid i.e. adsit Klockius*): adsidens (ass- *Dθ*) *Πθald.* Frob. 1. 2 adsidetis 'e uet. lib.' *Sigonius, Drak.*: adsidet *C⁴.* *De forma antiqua in formulis retenta cf. 27. 43. 9 et 1. 24. 3 adnn.* iubemusque *R. MBD(lib-)Aθ.*: iubemusque (-que que *CR*) *PCR*, cf. iam iam § 3

34 1 plebei scito *B²DA Gron.*: plebe scito π: plebis scito *M¹A¹* plebiscito *C⁴θald.* Oppiae cf. c. 33. 8 (*ubi Opp-codd.*): appiae (*u-iē*) *ΠNθ* uenire eas *ΠNθ Edd.*, *quod si sanum est* (*i.e. si iussi uel placuit supplenduni*) cf. *fort. Cic. Phil. 11. 12. 30 et Liui 22. 61.* 2 familias *Π*: falerias *θ* 4 summam *Π(M uel M¹)θ*: summ *Duker* (*sic fort. M*) 5 uirilis sexus *CM²Aθald.* Frob. 1. 2: uirile sexus π: uirile secus *Iac. Gron., fort. recte, cf. c. 47. 1* censuerunt *A⁷θald.* Frob. 1. 2: censuerint (-rit *D*) *Π* dominis *C⁴B⁴A⁶* dominus π 7 esset *PCA⁵ald.* Frob. 1. 2: set *R*: sed *MBDAJ om. K* intra *Πθ*: ultra *Wesenberg* 8 *Capuae M²A⁴* *N⁴ ut s. l. θald.* Frob. 1. 2: captae *Π(A⁷)N*

manos transsissent priusquam Capuam Hannibal ueniret, cis Volturnum emouendos censuerunt, ne quis eorum proprius mare quindecim milibus passuum agrum aedificiumue haberet. qui eorum trans Tiberim emoti essent, ne ipsi 10 posteriue eorum uspiam pararent haberentue nisi in Veiente Sutriño Nepesinoue agro, dum ne cui maior quam quinquaginta iugerum agri modus esset. Senatorum omnium 11 quique magistratus Capuae Atellae Calatiae gessissent bona uenire Capuae iusserunt: libera corpora quae uenum dari placuerat Romam mitti ac Romae uenire. Signa statuas 12 Aeneas quae capta de hostibus dicerentur, quae eorum sacra ac profana essent ad pontificum collegium reiecerunt. Ob 13 haec decreta maestiores aliquanto quam Romam uenerant Campanos dimiserunt; nec iam Q. Fului saeuitiam in sese, ed iniquitatem deum atque exsecrabilem fortunam suam nucusabant.

Dismissis Siculis Campanisque dilectus habitus. Scripto 35 leinde exercitu de remigum supplemento agi coeptum; in 2 quam rem cum neque hominum satis nec ex qua pararentur stipendumque acciperent pecuniae quicquam ea tempestate a publico esset, edixerunt consules ut priuatim ex censu 3 ordinibusque, sicut antea, remiges darent cum stipendio ibariisque dierum triginta. Ad id edictum tantus fremitus 4

10 posteriue *A^xθald.* Frob. 1. 2: posterius Π: posteriue *N^b* ut credo in Veiente *Alscheski*: in ueniente (iten- *B*: en- *B²*) agros (agro *B²DA?N*) Π*N* (agro *praesumpto et s- duplicato*): 1 ueiente agros *M⁷*: agros *C*, *spatio ante relicto*, sed domos uel agros nte nisi add. *C⁴*: in ueiente aut *A^xN^{2θ}(-uey- K)ald.* Frob. 1. 2 *Drak.* ne cui *A^xθ*(sed nec ui *K*)ald. Frob. 1. 2: ne ui *P*: nc qui Π¹ uel Π² *A²*) 11 *Calatiae* Frob. 1. 2 (*ex § 6 ubi Cal- codd.*): *galatiae A⁷ ie)ald.*: *galeae P*: *galctae (-lat- B)* π²*B²* uenum dari *PR*: ueundari *CR²MBDAθ*

35 1 exercitu *M²BAθald.*: exercitus π, cf. c. 40. 14 adn. regum *CD(-emig- in ras.)Aθald.*: regimum π 2 quam π²*θald.*: qua *PRM* (*infra pro ex qua praebet M ex aqua*) 3 consules Π²*R^x lles R*): consunt consules *P* priuatim Π^θ *Aldus*: priuati rob. 1: priuato *Edd. ante Ald.* cibariisque *ald.* Frob. 1. 2: ariisque Π: dari his(his *J*)que *C⁴J*: dapibusque *K*

hominum, tanta indignatio fuit ut magis dux quam materia
 seditioni decesset: secundum Siculos Campanosque plebem
 Romanam perdendam lacerandamque sibi consules sum-
 sissee. per tot annos tributo exhaustos nihil reliqui
 praeter terram nudam ac uastam habere. tecta hostes
 incendisse, seruos agri cultores rem publicam abduxisse,
 nunc ad militiam paruo aere emendo, nunc remiges imper-
 ando; si quid cui argenti aerisue fuerit, stipendio remigum
 et tributis annuis ablatum. se ut dent quod non habeant
 nulla ui nullo imperio cogi posse. bona sua uenderent; in
 corpora quae reliqua essent saeuirent; ne unde rediman-
 tur quidem quicquam superesse. Haec non in occulto,
 sed propalam in foro atque oculis ipsorum consulum ingens
 turba circumfusi fremebant; nec eos sedare consules nunc
 castigando, nunc consolando poterant. Spatium deinde iis
 tridui se dare ad cogitandum dixerunt; quo ipsi ad rem in-
 spiciendam *(et)* expediendam usi sunt. Senatum postero die
 habuerunt de remigum supplemento; ubi cum multa disse-
 ruissent cur aequa plebis recusatio esset, uerterunt oratio-
 nem eo ut dicerent priuatis id seu aequum seu iniquum
 onus iniungendum esse; nam unde, cum pecunia in aerario
 non esset, paratueros nauales socios? quomodo autem sine
 classibus aut Siciliam obtineri aut Italia Philippum arcer-
 posse aut tutu Italiae litora esse?

4 tanta Π ald. Frob. 1. 2: tantaque θ magis $R^2MBDA\theta$: mag
 PCR 5 rem publicam (*uel rē uel rem p.*) Π (*sed R. P. A.*) ala
 Frob. 1. 2: romani populi $A^7\theta$ imperando C et *ut uid.* C^1BD_2
 θ ald.: imperam $P(-rāl)RM$: imperatos M^x (*uix M⁷*) 6 se v
 dent $P\theta$ ald. Frob. 1. 2: seu (sue B) dent π^2B^2 : suadent C^4
 superesse $A^7\theta$ ald. Frob. 1. 2: superior esse P , cf. c. 33. 3: superiore
 esse $\Pi^2(A?)$ 7 circumfusi π ald. Frob. 1. 2: circumfusa $A(u$
 $-si A : -sa A^x? \theta$ eos (sedare) $C^7BDA\theta$ ald. Frob. 1. 2: eo π
 consolando $CR^1MBDA\theta$ (*consul- PR*) 8 iis (*hiis K*) tridui
et duce Sigonio e uet. lib. Gron.: iis tribui PCM^x (*uix M⁷*): his tribu-
 $(-bin B)$ C^4BDA : instribui RM : his tribuni $A^6?$: his tribuere *ala*
 Frob. 1. 2 (*qui -que post dare addunt*) et Alschesfski: *ignorant*
 ΠJ , cf. c. 11. 12 *adn.* (c): *addunt -que post exped.* $K.\alpha$ ld. Frob. 1. :
 Dra k., *fort. recte* 9 cur aequa (*curiae qua CRM*: cur ae- M
 π ald. Frob. 1. 2: cum B : cum aequa (*equa A θ*) $E^2DA\theta$

Cum in hac difficultate rerum consilium haereret ac prope 36
 corpor quidam occupasset hominum mentes, tum Laeuinus
 consul : magistratus senatui et senatum populo, sicut honore 2
 praestet, ita ad omnia quae dura atque aspera essent sub-
 eunda ducem debere esse. ‘Si quid iniungere inferiori uelis, 3
 id prius in te ac tuos si ipse iuris statueris, facilius omnes
 obedientes habeas ; nec impensa grauis est, cum *(ex)* ea plus
 quam pro uirili parte sibi quemque capere principum uident.
 taque *(si)* classes habere atque ornare uolumus populum 4
 Romanum, priuatos sine recusatione remiges dare, nobismet
 psis primum imperemus. Aurum argentum *(aes)* signatum 5
 omne senatores crastino die in publicum conferamus, ita ut
 nulos sibi quisque et coniugi et liberis, et filio bullam et
 quibus uxor filiaeue sunt singulas uncias pondo auri relin-
 quant : argenti qui curuli sella sederunt equi ornamenta 6
 libras pondo, ut salinum patellamque deorum causa habere

36 2 praestet *A⁷θald.* Frob. 1. 2 : praestent (*sed -stent tita PR :*
stent ita P¹C) *π(A?)*, minus bene, seu per lapsum calami (cf. -ent pro
 et 27. 17. 4 adn.) seu de industria mutatum est : praestitit (-stetit *R³*)
MBD essent Πθ (*sed èet i.e. esset CJ*) : sint I. H. Voss, sed
 ssent pro erunt *Orat. Rectae scriptum est*, cf. *App. II ad Liui Lib. II*
antab. 1901 editum et 27. 17. 14 adn. ducem (duem *D*) *Πθald.*
rob. 1. 2 : duces *Crevier* (*qui supra praestent retinuit*) 3 Si
 uid *πR¹θald.* Frob. 1. 2 : quid (*post spat. uel ras.*) *R* : si quod *Madv.*
m. p. 385, omittens si *infra*, fort. recte in te *C^xA⁷* (*in ras. ubi et*
tuos erasum est) *θald.* Frob. 1. 2 : ante Π(*A?*) si hic (*post tuos*)
dd. A⁷θald. Frob. 1. 2 : ignorant Π neque inserit *Madv.*, cf. *supra* : add.
 ante id *Hertz ab ordine Liuiano aberrans* (*et fort. post prius addidit uel*
ddere incipiebat C : del. C⁴) ex ea ed. *Par. 1513*, bene si capere
ro pati ut in 5. 20. 2 interpretaris (cf. etiam 2. 65. 5; 10. 5. 6) : ea Π *Edd.*
nte ed. Par. : eam A⁷θ uident π Aldus : uideant *M* : uiderint
ov. 3 Edd. ante Ald. : uiderit θ 4 (*si* classes *Madv. Em. p. 386*
classes si uel classem si Alschesfki) : classes Πθ, quos sequitur *Gron.*,
gnum interrogationis post dare addens : ut classem *ald.* Frob. 1. 2 (cf.
In. sq.). Si *Madvigium* sequi nolis, fort. ante uolumus inseras si
 abere atque *C* (*ut uid. sed habē atque*) *M⁷A^v* *Gron.* : habeatque (-que
D) *πB²J* : habeat populusque *B* : habeat quam (quas *K*) *Kald.*
frob. 1. 2, cf. supra populum Romanum (*sed -nu' A*) *M⁵A*
ron. : pr. PCA^v : populus (-luc *D*) romanus *RMB²Dθald.* Frob. 1. 2 :
omanus B, cf. supra imperemus (*uel inp-*) *CM¹BDAθ* : pere-
us PRM 5 *aes add. ed. Mog. 1518 ex § 8* : ignorant Πθ dett.
mne Gron. : omnes Πθ (*sc. s- duplicato*) 6 et libras *P* (cf. c. 47.
adn.) : fort. et *(ii)* libras legendum est (cf. 29. 28. 10 adn.)
linum A^v *Valla et ald.* : alinum *P* : alignum *P²CR* : lignum
MB²DAθ : lignumque *B* : ad ignem *C⁴* : culignam *Lipsius*

7 possint: ceteri senatores libram argenti tantum: aeris
 signati quina milia in singulos patres familiae relinquamus
 8 ceterum omne aurum argentum aes signatum ad triumuiro
 mensarios extempro deferamus nullo ante senatus consulto
 facto, ut uoluntaria conlatio et certamen adiuuandae re
 publicae excitet ad aemulandum animos primum equestri
 9 ordinis, dein reliquae plebis. Hanc unam uiam multa inter
 nos conlocuti consules inuenimus; ingredimini dis ben
 iuuantibus. Res publica incolumis et priuatas res facil
 saluas praestat: publica prodendo tua nequiquam serues?

10 In haec tanto animo consensum est ut gratiae ultro cor
 11 sulibus agerentur. Senatu inde misso pro se quisque
 aurum argentum et aes in publicum conferunt, tanto ce
 tamine injecto ut prima aut inter primos nomina sua uelle
 in publicis tabulis esse ut nec triumuiri accipiundo ne
 12 scribae referundo sufficerent. Hunc consensum senatus
 equester ordo est secutus, equestris ordinis plebs. Ita si
 edicto, sine coercitione magistratus nec remige in suppli
 mentum nec stipendio res publica eguit; paratisque omni
 bus ad bellum consules in prouincias profecti sunt.

37 Neque aliud tempus belli fuit quo Carthaginenses R
 manique pariter uariis casibus immixti magis in ancipiti s:

9 facile *M⁵θald. Frob. 1. 2*: facite π(A?), sed in codice M -e illud in
 litam habet formam ut fort. -o M ipsum uoluisse conicere liceat: face
 A⁷? : factae D (qui res p. . . . priuatas om.) 10 consensi
CM⁷BDAθ: consensu PRM, cf. c. 41. 12 adn. 11 argenti
πθald. Frob. 1. 2 (sed om. et ante aes Aldus, non male): et argenti
C, sed aurum argentum (cf. c. 47. 7) fort. exemplum est Asyndeti in
antiquo usitati (cf. 22. 29. 11 et 27. 16. 6 adnn.), cui et aes ut ali
adicitur aut Madv. Em. p. 385: ut P (quod retinere uolt Friede
dorff deleto ut prima) : om. Π²θald. Frob. 1. 2, cf. de dittographiae fa
suspicione 29. 7. 7 adn. 12 tabulis esse *BDAθald. Frob. 1. 2: tabu*
tabulis sese P: tabulis sese π¹ 12 coercitione *A^x Gro*
coercitationem (sed -ne BDA: -nē P) π: coertione (coh-θ) Cθ: co
tatione M: cohortatione (coor-M⁷) M⁷ ald. Frob. 1. 2 13 remig
ut uid. A^xθald. : remiges π, cf. c. 40. 14 adn. : remigibus C⁴

37 1 aliud *K Lov. 2, Perizonius*: aliud magis *ΠJ.ald. Frob. 1. 2, u:*
alterum magis infra secludere uoluit Sigonius, non male, sed hunc por
ad locum (post aliud) additurus erat corrector 14 immixti *M*
Edd. ante Ald. : immixtis (uel inm-) πM¹ Aldus, uix recte

ac metu fuerint. Nam Romanis et in prouinciis hinc in 2 Hispania aduersae res, hinc prosperae in Sicilia luctum et aetitiam miscuerant, et in Italia cum Tarentum amissum 3 damno et dolori, tum arx cum praesidio retenta praeter spem gaudio fuit, et terrorem subitum pauoremque urbis 4 Romae obsessae et oppugnatae Capua post dies paucos capta in laetitiam uertit. Transmarinae quoque res quadam 5 uice pensatae: Philippus hostis tempore haud satis opportunus factus, Aetoli noui adsciti socii Attalusque Asiae rex, am uelut despondente fortuna Romanis imperium orientis. Carthaginienses quoque Capuae amissae Tarentum captum 6 aequabant, et ut ad moenia urbis Romanae nullo prohibente se peruenisse in gloria ponebant, ita pigebat inriti incepti, pudebatque adeo se spretos ut sedentibus ipsis ad Romana 7 moenia alia porta exercitus Romanus in Hispaniam ducetur. Ipsae quoque Hispaniae quo propius spem uenerant 8 tantis duobus ducibus exercitibusque caesis debellatum ibi ac pulsos inde Romanos esse, eo plus ab L. Marcio tumultuari duce ad uanum et inritum uictoriam redactam esse indignationis praebebant. Ita aequante fortuna suspensa 9 omnia utrisque erant, integra spe, integro metu, uelut illo emporie primum bellum inciperent.

Hannibalem ante omnia angebat quod Capua pertinacius 38

³ dolori *P²CRA⁷θ*: dololori *P*: dolore *R³ uel R²MBD(-lere)A?*
 urx Aldus 1521: ara *P* (*de x et a confisis cf. c. 51. 8; 27. 25. 14;*
27. 46. 11; 27. 49. 2): arcem *π²*: arce *M¹?BDA⁷θ Edd. usque ad Ald.*
⁴ ob-(op- *PR*: ob- *R²*)sessae (*uel -se*) et oppugnatae (*uel -te*) *πald* :
 sessa et oppugnata *DA⁰* Capua *DA⁰ald. Frob. 1. 2*: capuae
 -ue *B*) *π* ⁵ uelut *A⁰ Frob. 1* : uel *πald.*, cf. *10. 19. 16 adn.* : *om.*
⁶ Capuae amissae *P*: capuae amissa^t (*sic*) *P²*, *unde capuae*
 -ua *CB¹DA⁰* amissa (*adm- J*) et *CRMBDA⁰*: capuam amissam et
M⁷ald. Frob. 1. 2 pigebat *πM⁷A⁰*: pigebant *RM* ⁸ Ipsae
M⁷BD⁰A⁰ald.: ipsa *π* spem *θald. Frob. 1. 2*: spe *Π*, cf. c. 41. 12
idn. eo plus *C⁴M⁷A^v ed. Rom. 1469*: eo pl. i. bus *PC*: eo pl.
 bus *RMBDA?*: eo tempore *A⁷θ Lov. 3. 5*: eo p. r. *Lov. 4* (*et dett.*
iliu alia) indignationis *ed. Rom. 1469*: indignationes *Πθ dett.*
 utrisque *M⁷*: utriusque *Π*: utrinque *A⁷ uel A⁶θald. Frob. 1. 2, fort.*
recte

oppugnata ab Romanis quam defensa ab se multorum
 2 Italiae populorum animos auerterat, quos neque omnes
 tenere praesidiis nisi uellet in multas paruasque partes
 carpere exercitum quod minime tum expediebat poterat,
 nec deductis praesidiis spei liberam uel obnoxiam timori
 3 sociorum relinquere fidem. Praecepis in auaritiam et crude-
 litatem animus ad spolianda quae tueri nequibat, ut uastata
 4 hosti relinquenterentur, inclinauit. Id foedum consilium cum
 incepto tum etiam exitu fuit. Neque enim indigna patien-
 tium modo abalienabantur animi, sed ceterorum etiam
 5 quippe ad plures exemplum + quam + pertinebat; nec con-
 sul Romanus temptandis urbibus sicunde spes aliqua se
 ostendisset deerat.

6 Salapiae principes erant Dasius et Blattius, Dasius Hanni-
 bali amicus; Blattius quantum ex tuto poterat rem Roma-
 nam fouebat et per occultos nuntios spem proditioni
 fecerat Marcello; sed sine adiutore Dasio res transigi non
 7 poterat. Multum ac diu cunctatus, et tum quoque magi-
 inopia consilii potioris quam spe effectus, Dasium appellabat
 at ille, cum ab re auersus, tum aemulo potentatus inimicus
 8 rem Hannibali aperit. Arcessito utroque Hannibal cum pr-
 tribunali quaedam ageret mox de Blattio cognitus, stare
 que summoto populo accusator et reus, Blattius de prod-
 9 tione Dasium appellat. Enimuero ille, uelut in manifesta re-

38 4 quam ΠJ: om. K: quam calamitas ald. Frob. 1. 2 quos seq-
 malit Johnson: ipse lineam amissam ratus (cf. c. 6. 16 adn.) qua-
 (perpessio malorum) temptauit. Damnum, pernicies, clades, pesti-
 malum ab aliis (post quam) coniecta sunt. Voluerat Walters codice
 K sequi. Cf. de quam insiticio 7. 12. 5 adn., ubi 8. 36. 10 addendu-
 erat. Vix tamen credibile nobis uidetur ut glossema sine Substantiis
 additum esse quam 7 et (tum) Πθald. Frob. 1. 2: est Madv. En.
 p. 386, sensum uocis et in hoc loco neglegens. Cf. contra Madvigii ad
 ad 21. 25. 9, ubi recte codd. lectionem castigat appellabat Πθald
 appellat Madv. l. e., uix necess.; haesitationem aliquam depingit Im-
 perfectum 8 appellat Madv., recte hic ut credimus, et corruptio h
 facilior fuit post § 7 supra: appellabat Πθald. (Ussing 1886) 9
 manifesta re ald. Frob. 1. 2: in manitestare (uocibus aliter ab ah
 diuisis) π (-manu- D): in mani (ceteris ab C^x erasis) C: inmanit
 instare θ et dett. alii alia: in manu rem stare A^b?

exclamat sub oculis Hannibalis secum de proditione agi. Hannibali atque eis qui aderant quo audacior res erat, minus imilis ueri uisa est : aemulationem profecto atque odium 10 sse, et id crimen adferri quod, quia testem habere non osset, liberius fingenti esset. Ita inde dimissi sunt. Nec 11 Blattius ante abstitit tam audaci incepto quam idem obtunendo, docendoque quam ea res ipsis patriaeque salutaris sset, peruicit ut praesidium Punicum—⟨quingenti⟩ autem Numidae erant—Salapiaque traderetur Marcello. Nec sine 12 aede multa tradi potuit. Longe fortissimi equitum toto unico exercitu erant. Itaque, quamquam improvisa res uit nec usus equorum in urbe erat, tamen armis inter imultum captis et eruptionem temptauerunt et, cum euadere 13 equirent, pugnantes ad ultimum occubuerunt, nec plus uinquaqinta ex his in potestatem hostium uiui uenerunt. Iusque aliquanto damni haec ala equitum amissa Hannibali 14 uam Salapia fuit ; nec deinde unquam Poenus, quo longe urimum valuerat, equitatu superior fuit.

Per idem tempus cum in arce Tarentina uix inopia tolera- 39 lis esset, spem omnem praesidium quod ibi erat Romanum raeffectusque praesidii atque arcis M. Liuius in commeatibus Sicilia missis habebant, qui ut tuto praeterueherentur oram 2 aliae, classis uiginti ferme nauium Regii stabat. Praeat classi commeatibusque D. Quintcius, obscuro genere 3

10 posset Πθαλδ. : potuisset Frob. 2 : possit Madv. Em. p. 386 (sit *fra cum Gron. retinens*) singenti esset. Ita A⁷ : fingendi esset. ② Lov. 5 (libertas hic pro liberius) : fingentisitia P, unde singenti sit Gron., sed in breui eiusmodi oratione esset (cum posset supra) itatinus : fingentis (sed -ti C) ita Π²(A?), sed fort. fingenti ita P², qui (ante -a) certe sed non (ut Luchs ait) -ia deleuit : fingeretur. ita ald. ob. 1. 2 11 tam C^xM^xAθαλδ. : tament PR: tamen > R^x : nen (uel tam) CMBD : tamen tam Gron. docendoque (die- D) αλδ. : -que C : del. C² uel C⁴ quingenti (i.e. D) Sigonius ex Val. ix. 3. 8. Ext. 1 : ignorant Π, cf. c. 39. 21 et 29. 28. 10 adnn. : hii A⁷J : ald. Frob. 1. 2 : ii K 13 ex his Παλδ. Frob. 1. 2 : ex hiis J : iis K 14 amissa C⁴Aθαλδ. Frob. 1. 2 : missa π 39 3 classi C^xM⁷ uel M²BD : classis π, cf. c. 40. 14 adn.

ortus, ceterum multis fortibus factis militari gloria inlustris.
 4 Primo quinque naues, quarum maximaes duae triremes, a
 Marcello ei traditae erant [habuit]: postea rem impigre saepe
 5 gerenti tres additae quinqueremes: postremo ipse a sociis
 Reginisque et a Velia et a Paesto debitas ex foedere exi-
 gendo classem uiginti nauium, sicut ante dictum est, efficit.
 6 Huic ab Regio profectae classi Democrats cum pari nauium
 Tarentinarum numero quindecim milia ferme ab urbe ad
 7 Sapriportem obuius fuit. Velis tum forte imprudens futuri
 certaminis Romanus ueniebat; sed circa Crotonem Syba-
 rimque suppleuerat remigio naues, instructamque et arma-
 8 tam egregie pro magnitudine nauium classem habebat; et
 tum forte sub idem tempus et uenti uis omnis cecidit et
 hostes in conspectu fuere ut ad componenda armamenta
 expediendumque remigem ac militem ad imminens certamer
 9 satis temporis esset. Raro alias tantis animis iustae con-
 current classes, quippe cum in maioris discrimen rei quam
 10 ipsae erant pugnarent, Tarentini ut recipera uite at
 Romanis post centesimum prope annum, arcem etiam libe-
 rarent, spe commeatus quoque hostibus si nauali proelio
 11 possessionem maris ademissent interclusuros, Romani u-
 retenta possessione arcis ostenderent non uia ac uirtute, sed
 proditione ac furto Tarentum amissum.

4 habuit Πθαλδ. Frob. 1. 2: seclusit Madv., Dukerum secutus
 5 Velia scripsimus, cf. It. Dial. p. 17 ('Ελέα): uellia ΠJ, num recte?
 uella K Paesto Gron. (Pesto Sabellicus ald.): pesio Πθ
 classe xx C⁴ ed Mog. 1518, cf. § 2: classe xxx PCR¹ uel R²: classe
 (-ases B) xxx RMBDA: classem xxx M² uel M⁷ Edd. ante Mog.
 efficit Π, cf. § 16 et 27. 5 9 adu.: efficit K.ald. Frob. 1. 2, fort recte
 exigit efficit J 6 pari K, Crevier: pari classi (clasi RB: class
 M² uel M⁷ Edd.) ΠJ.ald Frob. 1. 2 Sapriportem] cf. It. Dia
 p. 33. Sic PRM, sed -tum CM² uel M⁷, saci- D, sacriportam (-per
 θ) A⁹ 7 tum (sed tñ i.e. tamen J) forte Πθαλδ. Frob. 1. 2
 del. Wesenberg, frustra 8 idem π: idem fere Aθαλδ. Frob. 1.
 ad (componenda) PCA⁷θ: om. RMBDA 9 discrimine
 Παλδ. Frob. 1. 2: discriminē θ 10 spe (spem A)... inte-
 clusuros (-sores C) Π: spem... interclusurī A⁷θαλδ. Frob. 1. 2
 11 arcis M²B²DAθ: areis (aer- B) πM¹ ui ac A⁷: ut hac Aθ
 ut ac Π, cf. 23. 18. 1: del. M²: ui aut ald. Frob. 1. 2

Itaque ex utraque parte signo dato cum rostris concurris- 12
 sent neque retro nauem inhiberent nec dirimi ab se hostem
 paterentur quam quis indeptus nauem erat ferrea injecta
 nanu, ita conserebant ex propinquuo pugnam ut non missi-
 bus tantum, sed gladiis etiam prope conlato pede gereretur
 es. Prorae inter se iunctae haerebant, puppes alieno re- 13
 niggio circumagebantur; ita in arto stipatae erant naues ut
 uix ullum telum in mari uanum intercideret; frontibus uelut
 pedestris acies urgebant peruiaeque naues pugnantibus
 erant. Insignis tamen inter ceteras pugna fuit duarum quae 14
 primae agminum concurrerant inter se. In Romana nauem 15
 pose Quintcius erat, in Tarentina Nico cui Perconi fuit
 cognomen, non publico modo sed priuato etiam odio inuisus
 tque infestus Romanis quod eius factionis erat quae Taren-
 tum Hannibali prodiderat. Hic Quintcius simul pugnan- 16
 tem hortantemque suos, incautum hasta transfigit. Ille ut
 raeceps cum armis procidit ante proram, uictor Tarentinus 17
 turbatam duce amisso nauem impigre transgressus cum
 ammouisset hostes et prora iam Tarentinorum esset, puppim
 male congregati tuerentur Romani, repente et alia a puppe
 iremis hostium apparuit; ita in medio circumuenta Romana 18
 auis capit. Hinc ceteris terror injectus uti praetoriam
 auem captam uidere, fugientesque passim aliae in alto
 iersae, aliae in terram remis abreptae mox praedae fuere
 hurinis Metapontinisque. Ex onerariis quae cum com- 19

12 hostem Πθ : hostilem *Luchs* 1889 (*dubitanter*) gereretur
 es A^v?K *Gron.* : quereretur res P : quereretur (quaer- *RMB Edd.*)
 2J *Edd.* uel. *quorum* -rentur aliq. : proclarentur ed. *Mog.* 1518
 3 in mari Πald. *Frob.* 1. 2 : in mare θ. *Forchhammer, probante II. J.*
Jueller pedestris Πald. : pedestres *Fabri* : 14 agminum
och : agminus *P*, cf. 27. 17. 1 adn. : agminis Π² uel Π¹ *J.ald.* *Frob.* 1.
 : agmini K 15 Quintcius (-nci- C^xK : -nti- M²B²J) erat C^x
 !²B²θ : quin et iusscrat (ius erat B) π : quinestius erat D
 5 Hic BDA⁷θald. : hinc π transfigit Πald. *Frob.* 1. 2 : trans-
 6 fit θ, sed cf. § 5 et 27. 5. 9 adn. Ille ut A⁷θ (cf. 9. 4. 9 adn.) :
 7 atque Πald. *Frob.* 1. 2, quod defendit *Gron.* atque pro continuo in-
 8 pretatus : atque ille *Ruperti, cum praecedentibus conectens*
 9 uti M² : utin π : ut C²BDA⁷θald. *Frob.* 1. 2 : ubi *Woelflin* (quod
 10 alit Johnson) 19 cum commeatu (come- J) M²A⁷θald. *Frob.*
 2 : cum- (com- CMB²) meatu (A?)Π (sed -tus eq- MBD : -tu seq-
 11 B²)

meatu sequebantur, per paucae in potestatem hostium uenere; aliae ad incertos uentos hinc atque illinc obliqua trans- ferentes uela, in altum euectae sunt.

20 Nequaquam pari fortuna per eos dies Tarenti res gesta.

Nam ad quattuor milia hominum frumentatum egressa cum
21 in agris passim uagarentur, Liuius qui arcii praesidioque
 Romano preeerat, intentus in omnes occasiones gerenda
 rei, C. Persium impigrum uirum cum duobus milibus et
22 (quingentis) armatorum ex arce emisit, qui uage effusos per
 agros palatosque adortus cum diu passim cecidisset, paucos
 ex multis, trepida fuga incidentes semiapertis portarum
 foribus, in urbem compulit ne^(que multum afuit quin) urbs
23 eodem impetu caperetur. Ita aequatae res ad Tarentum,
 Romanis uictoribus (terra), Carthaginiensibus mari. Fru-
 menti spes, quae in oculis fuerat, utrosque frustrata pariter.

40 Per idem tempus Laeuinus consul iam magna parte anni
 circumacta in Siciliam ueteribus nouisque sociis exspectatus
 cum uenisset, primum ac potissimum omnium ratus Syracusis
2 noua pace inconditas componere res, Agrigentum inde, quo
 belli reliquum erat tenebaturque a Carthaginiensium ualide
3 praesidio, duxit legiones. Et adfuit fortuna incepto. Hann-

21 qui (arcii) *CM²A⁷θald.* *Frob.* 1. 2: *aui π: ui (?) M¹* Per
 sium Π: perseum *A⁷θ* et quingentis *Alscheski*: et π, cf. (de I
 omissio) c. 38, 11 et 29, 28. 10 adn. (cf. etiam c. 11. 12 adn. (b)): om
BDAθald. *Frob.* 1. 2 **22** incidentes (-tis PCR) *PCR* *Frob.* 1
 incidentis (-tes *B²K.ald*) *C⁵R²* et *R³MBDAθald.* ne^{(que mul}
 tum afuit quin) *Alscheski* (*qui tamen nec pro neque praebet*): ne Πθαλ
Frob. 1. 2, *linea haud amplius xviii litt.* omissa, cf. c. 6. 16 adn. (c)
 parumque afuit ne *Pal.* 2: parum absuit ne *A⁵* **23** terra, Ca-
 thaginiensibus (i.e. -ib') *scripsimus*, *lineam xix uel xx litt.* post uictorii
 a *P* omissam esse rati, cf. adn. *praec.* et c. 6. 16 adn.: *ignorant* ΠJ
 cartaginensibus *K*: terra tarentinis *hic ed. Mediol.* 1505 (iam ante
 terra *Edd.* plerique *praebent cum dett.*, *quorum aliq.* mari *omittunt*)
 terra *post Romanis ponit C⁴*, qui et tarentinis *post uictorib.* *praebet*
 tarentinis (*sed post mari*) *A⁵* *Lov.* 3: terra, uictis *J. Kvīčala*

40 1 Syracusis dett. *unus*, *Gron.* : *syracusus P*: *syracusanus π²*
 syracusanis (-aous- *B*) *BDAJ.ald.* *Frob.* 1. 2: *syracusanas (sir-* *K*
C⁴M³K et *Gron.* *ut lect.* alteram, non male **2** a Carthaginier
 sius (-inens- *B Edd.*) Πθαλ. *Frob.* 1. 2, *sed malinus cum Alano*
 Carthaginiensibus scribere, *Genetuum ex § 3 praesumptum esse rati*, c.
 24. 3. 3 et 29. 5. 6 adn.

erat imperator Carthaginiensium, sed omnem in Muttine
 Numidisque spem repositam habebant. Per totam Siciliam 4
 iagus praedas agebat ex sociis Romanorum neque intercludi
 ab Agrigento ui aut arte ulla nec quin erumperet ubi uellet
 prohiberi poterat. Haec eius gloria quia iam imperatoris 5
 quoque famae officiebat, postremo in inuidiam uertit ut ne
 bene gestae quidem res iam Hannoni propter auctorem satis
 aetae essent. Postremo praefecturam eius filio suo dedit, 6
 atus cum imperio auctoritatem quoque ei inter Numidas
 repturum. Quod longe aliter euenit; nam ueterem fauorem 7
 ius sua insuper inuidia auxit; neque ille indignitatem
 iniuriae tulit confestinque ad Laeuinum occultos nuntios
 misit de tradendo Agrigento. Per quos ut est facta fides 8
 ompositusque rei gerendae modus, portam ad mare ferem
 Numidae cum occupassent pulsis inde custodibus aut
 aesis Romanos ad id ipsum missos in urbem acceperunt.
 At cum agmine iam in media urbis ac forum magno tumultu 9
 etur, ratus Hanno non aliud quam tumultum ac secessio-
 em, id quod et ante acciderat, Numidarum esse, ad com-
 trimentam seditionem processit. Atque ille cum ei multi- 10
 uido maior quam Numidarum procul uisa et clamor
 romanus haudquaquam ignotus ad aures accidisset, prius
 uiam ad ictum teli ueniret capessit fugam. Per auersam 11

³ Muttine Π, cf. c. 21. 15 et 25. 40. 5: mutine (-ty- K) ^{A⁷θ}
 habebant π Gron.: habebat ^{M²BDAθald.} Frob. 1. 2 ⁴ sociis
^{θald.}: sociis ad P (sc. ab *infra praesumptum*, cf. § 2 et 29. 5. 6 et (ad
 o ab) 27. 25. 12) ⁵ auctorem... essent] om. B: supplet ^{B²}
 letae (uel letae) ^{B²D Aθald.} Frob. 1. 2: latae π: gratae ^{M⁴} (*uix M²*)
 Postremo ^{C¹M² uel M³B}: propter postremo π (*fort.* propter *ex* § 5
pra repetitum) ^{B²}: propterea ^{A⁷} (*sed postremo non delet*) θ: propter
 ae ald. Frob. 1. 2 ⁷ euenit ^{M³ uel M²Aθald.} Frob. 1. 2:
 nit π ⁸ ad id ^{C⁴(qui fort. ipsum delere uoluit)} ald. Frob. 1. 2:
 Πθ (cf. 21. 55. 11 adn.) ⁹ Hanno non ^{R² uel R³BDAθald.}:
 non PCR, cf. 27. 1. 11 adn.: hanno ^{C^x}: hanno nē M: Hanno
 hil Luchs 1889, *frustra* ¹⁰ uisa et Πθald. Frob. 1. 2, probante
 ad. edd. 2 et 3: add. esset *inter* uisa et et *discipulus* Siesbyaei, u.
 ad. Em. p. 388 adn., sed cf. c. 27. 6 adn. et 1. 59. 2

portam emissus adsumpto comite Epicyde cum paucis ad mare peruenit; nactique opportune paruum nauigium, relictis hostibus Sicilia de qua per tot annos certatum erat, in 12 Africam traiecerunt. Alia multitudo Poenorum Siculorumque ne temptato quidem certamine cum caeci in fugam ruerent clausique exitus essent circa portas caesa.

13 Oppido recepto Laeuinus qui capita rerum Agrigentii erant uirgis caesos securi percussit, ceteros praedamque 14 uendidit; omnem pecuniam Romam misit. Fama Agri-gentinorum cladis Siciliam cum peruaisset, omnia repente ad Romanos inclinauerunt. Prodita breui sunt uiginti oppida, sex ui capta: uoluntaria deditio in fidem uenerunt 15 ad quadraginta. Quarum ciuitatium principibus cum prc cuiusque merito consul pretia poenasque exsoluisset, coegissetque Siculos positis tandem armis ad agrum colendum 16 animos conuertere, ut esset non incolarum modo alimenti frugifera insula, sed urbis Romae atque Italiae, id quod multi saepe tempestatibus fecerat, annonam leuaret, ab Agathyrn: inconditam multitudinem secum in Italiam transuexit 17 Quattuor milia hominum erant, mixti ex omni conluuione exsules obaerati capitalia ausi plerique cum in ciuitatibus suis ac sub legibus uixerant, et postquam eos ex uariis causis fortuna similis congregauerat Agathyrnam per latrocini:

11 comite Epicyde (*sed epichi- a B^x in ras. vi uel vii litt. scriptum CM^xB^xA^x, Sabellicus ed. Par. 1510 Frob. 1: comitem epicyde P MB?*, unde comite m. (an pro m. D) epicyde (epicyde A) DA. ala comite inde epicyde θ. *De -m in codice P addito cf. Praef. § 79* 22. 37. 13 *adn.*, *et cf. in hoc tomo e.g. cc. 13. 15 (?)*; 22. 8; 50. 6 27. 18. 6; 27. 20. 9; 27. 45. 9; 28. 25. 14; 28. 30. 10; 28. 42. 29. 17. 3; 30. 13. 12; 30. 31. 1. *Cf. de -m perditio c. 41. 12 adn et de -s addito et omissio cf. adn. sq.* 14 *ui C^xM^xBDAθ: s PRM, sc. -s post sex uel vi addito. De -s finali addito cf. Praef. § 79* e.g. cc. 21. 1 *et 4*; 35. 1; 36. 12; 49. 6; 51. 9; 27. 1. 6 *et 13*; 27. 14; 27. 15. 2 (?); 27. 38. 9; 27. 51. 3; 28. 2. 6; 28. 19. 6; 242. 5; 28. 45. 12; 29. 19. 6; 30. 16. 2; 30. 33. 10. *Cf. de -m add adn. praec. et de -s perditio 27. 17. 12 adn.* 15 *pretia (uel pra uel praec- uel prec-) π: praemia (uel pre-) Aθald. Frob. 1. 2* 17 *cum Madv. Em. p. 387: et cum Πθald. Frob. 1. 2, cf. c. 32. 8 et 4. 12 adn.*

ac rapinam tolerantes uitam. Hos neque relinquere Laeuinus 18
in insula tum primum noua pace coalescente uelut materiam
nouandis rebus satis tutum ratus est, et Reginis usui futuri
erant ad populandum Bruttium agrum adsuetam latrociniis
quaerentibus manuim. Et quod ad Siciliam attinet eo anno
debellatum est.

In Hispania principio ueris P. Scipio nauibus deductis 41
euocatisque edicto Tarraconem sociorum auxiliis classem
onerariasque ostium inde Hiberi fluminis petere iubet.
Eodem legiones ex hibernis conuenire cum iussisset, ipse 2
cum quinque milibus sociorum ab Tarracone profectus ad
exercitum est. Quo cum uenisset adloquendos maxime
eteres milites qui tantis superfuerunt cladibus ratus, con-
ione aduocata ita disseruit: 'Nemo ante me nouus impera- 3
or militibus suis priusquam opera eorum usus esset gratias
gere iure ac merito potuit: me uobis priusquam prouinciam 4
ut castra uiderem obligauit fortuna, primum quod ea pietate
rga patrem patruumque meum uiuos mortuosque fuistis,
einde quod amissam tanta clade prouinciae possessionem 5
ntegram et populo Romano et successori mihi uirtute uestra
btinuistis. Sed cum iam benignitate deum id paremus 6
tque agamus non ut ipsi maneamus in Hispania sed ne
'oeni maneant, nec ut pro ripa Hiberi stantes arceamus
ansitu hostes sed ut ultiro transeamus transferamusque bel-
im, uereor ne cui uestrum maius id audaciusque consilium 7

17 ac (rapinam) *CM²BD.ald. Frob. 1. 2:* at *P:* ad *RM* 18
aeuinus (uel leu-) *CM²B(leu-)DAθ* (*et sic P in § 1 et § 13:*) laeui-
au- *M*anos *PRM* in *C⁴M²A¹ uel A⁶ald. Frob. 1. 2:* om. Πθ
nouandis rebus *CDΛ⁷ in ras. K:* nouam dis rebus (rebus *P,*
d rep uel rep RMB) π(A?) J debellatum est *πA⁵K* (om. est *K*)
Id. Frob. 1. 2: de-(di- *A¹ uel A⁶) latum est *AJ* (om. est *J*)*

41 2 superfuerunt ΠΖ: superfuerant *K.ald. Frob. 1. 2*
uobis *C⁴M²BDAθΖ*: nouis π meum *CB²DAθΖ*: eum *PR*:
m. M (*sed add. eū post uiuos: delet M²*): in eum *B* 6 pare-
ius CA⁷Ζ: parem *PM²A?*: patrem *RMBD* sed ut (ultiro)
COΖ Frob. 1: sed ui *RMBDA.ald.* (*in M tamen -i pleniore cal. scrip-*
im est, cf. 22. 10. 9; 27. 2. 10 adm.)

quam aut pro memoria cladium nuper acceptarum aut pro 8 aetate mea uideatur. Aduersae pugnae in Hispania nullius in animo quam meo minus obliterari possunt, quippe cui pater et patruus intra triginta dierum spatium ut aliud super 9 aliud cumularetur familiae nostrae funus interfecti sunt; sed ut familiaris paene orbitas ac solitudo frangit animum, ita publica cum fortuna tum uirtus desperare de summa rerum prohibet. Ea fato quodam data nobis sors est ut magnis omnibus bellis uicti uicerimus.

10 Vetera omitto, Porsennam Gallos Samnites: a Punicis bellis incipiam. Quot classes, quot duces, quot exercitus 11 priore bello amissi sunt? Iam quid hoc bello memorem? Omnibus aut ipse adfui cladibus aut quibus afui, maxime unus omnium eas sensi. Trebia Trasumennus Cannae quid aliud sunt quam monumenta occisorum exercituum consu- 12 lumque Romanorum? Adde defectionem Italiae, Siciliae maioris partis, Sardiniae; adde ultimum terrorem ac paurorem, castra Punica inter Anienem ac moenia Romana posita et uisum prope in portis uictorem Hannibalem. In hac ruina rerum stetit una integra atque immobilis uirtus popul- 13 Romani; haec omnia strata humi erexit ac sustulit. Vo-

9 Ea *P*, *Gron.*: eo π² uel π³θΖ. *ald.* *Frob.* 1. 2 quodam dat: *Gron.* (*cf. cc. 44. 4 et 48. 10 adn.* et *Periocham xv nata pro data*): quo- 10 dam nata Π (sed quo damn- *R*: quo dampn- *A*): quo donata θΖ. *ald.* *Frob.* 1. 2: quodam innata *A*⁵ in marg., non male: quodam nobis *A* bellis *C*⁴ *M*⁷*BDA*θΖ: bellī π, *cf. 27. 17. 12 adn.* 10 Por- sennam Π²*C*⁴ (p se- *C*) θΥ (-enam *KZ*), *cf. 2. 9. 1 adn.*: porsi[n]am *u* porsi[n]am *P* quot (ter) *M*⁷*BDA*θΖ: quod (ter) π 11 quibus afui (aff. *CDJ*: abf. *C*²*A*²*KY*) ΠθΖ: a quibus afui *Madv.* 1882, sed *cf. e.g. c. 13. 1; 7. 37. 6. et fort. 25. 16. 15 et Hor. Carn.* 3. 24. 64 *Trasumennus*, *cf. e.g. 22. 4. 1*: *thrasumenu* (sed thars- *PRM*: taas- *M*²: tras- *AK*: trans- *JZ*) Π (-enius *D*) θ. 12 defectionem *CM*²*A*θΖ: fectionem *MBD*: fectione *P* (de- *post* -de *om.*, *cf. 27. 1. 11 adn.*). *De-m* *perditō* *cf. Praef.* § 79. *e.g. § 15 infra et cc. 36. 3 et 10; 37. 8; 27. 37. 6; 27. 40. 4; 28. 1. 1* 28. 8. 6; 28. 10. 12; 28. 39. 6; 28. 43. 2 et 3; 29. 3. 13; 30. 5. 8 a *De-m* *addito* *cf. c. 40. 11 adn.* maioris partis] *hic ΠθΖ. ald.* *post Italiae uoluit Forchhammer, probante olim Madv. Em. p. 38* in portis *DA*θΖ: importis *PB*: impertis *P*²?*RM*: imperit *C* (-ru *C*^r)

omnium primi, milites, post Cannensem cladem uadenti Hasdrubali ad Alpes Italiamque, qui si se cum fratre conunxisset nullum iam nomen esset populi Romani, ductu suspicioque patris mei obstitistis ; et hae secundae res illas dueras sustinuerunt. Nunc benignitate deum omnia 14 ecunda prospera in dies laetiora ac meliora in Italia Sicilia- que geruntur. In Sicilia Syracusae, Agrigentum captum, 15 pulsi tota insula hostes, receptaque prouincia in dicionem populi Romani est : in Italia Arpi recepti, Capua capta. ter omne ab urbe Roma trepida fuga emensus Hannibal, 16 in extreum angulum agri Bruttii compulsus nihil iam maius recatur deos quam ut incolumi cedere atque abire ex ostium terra liceat. Quid igitur minus conueniat, milites, 17 uam cum aliae super alias clades cumularentur ac di prope si cum Hannibale starent, uos hic cum parentibus meis— equentur enim etiam honore nominis—sustinuisse labantem portunam populi Romani, nunc eosdem quia illic omnia secunda laetaque sunt animis deficere ? Nuper quoque quae 18 occiderunt, utinam tam sine meo luctu quam ††.

Nunc di immortales imperii Romani praesides qui

adn. et de lineis per coniecturam restitutis c. 6. 16 adn. (c)
nauali *SpN³* *Frob.* 2, *cf. Ouid. Met. 3. 661: emendantium templam*
praeterimus

dabat, quaeque in officinis quaeque in armamentario ac naualibus fabrorum multitudo plurima in singulos dies certamine ingenti faciebat. His ita incohatis refectisque quae 9 quassata erant muri dispositisque praesidiis ad custodiam urbis, Tarraconem est profectus, a multis legationibus protinus in uia aditus, quas partim dato responso ex itinere dimisit, 10 partim distulit Tarragonem, quo omnibus nouis ueteribusque sociis edixerat conuentum. Et cuncti fere qui cis Hiberum 11 incolunt populi, multi etiam ulterioris prouinciae conuenient. Carthaginiensium duces primo ex industria famam captae Carthaginis compresserunt: deinde, ut clarior res erat quam ut tegi ac dissimulari posset, eleuabant uerbis: necopinato aduentu ac prope furto unius diei urbem unam 12 Hispaniae interceptam, cuius rei tam paruae praemio elatum insolentem iuuenem immodico gaudio speciem magnae victoriae imposuisse; at ubi adpropinquare tres duces, tres 13 iactores hostium exercitus audisset, occurseram ei exemplo domesticorum funerum memoriam. Haec in uolgs 14 actabant, haudquaquam ipsi ignari quantum sibi ad omnia iirium Carthagine amissa decessisset.

8 ac (naualibus) N^4 Aldus Frob. 1.2: quae (-que N) ac (hac C) ΠN
cf. 27. 44. 1 adn.: quae a (uel ab) A^7J Edd. ante Ald.: quaeque ab K
 singulos $C^4M^2(M^7?)A^7N^4$ ut s. l. θ : singula $\Pi(A?)N$
 quae quassata erant muri SpN^4 Frob. 2: qua quas|sauerant muris P
 de - s *cf. c. 40. 14 adn.*: quas- (aquas- R)sauerant (-at N) muris
 $-ros$ R) π^1 uel $\pi^2R^2N^2\theta$ (*sed post refectis praebent que B*: queq; D):
 uos quassauerant muris $CA^7ald.$: quassati erant murus P^4 (*an* $P^3?$)
 ad custodiam N^4 *Sabellicus*: accusato (-te C) iam π : accurato
 $-te M^6 K$ iam $M^6BDAN\theta$: quas iam C^4 aditus πN^4 ut s. l.
 tur $AN\theta$, *sed add- J* *10 nouis N⁴* Edd.: in suis ΠN : suis
 $\pi M^1?A^7\theta$ *11 posset C^x\theta* Edd.: possent ΠN , *cf. 27. 17. 4 dn.*
12 cuius \Pi\theta ald., Frob. 1.2: eius Sp , *non male*
 paruae C^4M^1Sp ut uid. $N^4(-ue)KAldus$: paruaet π : paruae et BDA
 VJ Edd. ante Ald. *13 elatum \pi N^2(an N^7?)\theta* Edd.: datum AN
extemplo A⁷\theta (*exem- \Pi N*)

Subscriptiones: titi libii (*lib M*) ab urbe condita lib XXVI explc.
 ne. lib XXVII *PRM et sim.* *BD*: *silet C*: explicit liber VI incipit
 liber VII *AN*: *plura subscriptunt \theta*: *add. recognobi P²*



T. LIVI
AB VRBE CONDITA
LIBER XXVII

HIC status rerum in Hispania erat. In Italia consul Marcellus Salapia per proditionem recepta Marmoreas et Meles de Samnitibus ui cepit. Ad tria milia militum ibi Hannibal, quae praesidii causa relicta erant, oppressa: praeda—et aliquantum eius fuit—militi concessa. Tritici quoque lucenta quadraginta milia modium et centum decem milia <sup>16 Sexto
(p)ro</sup> hordei inuenta. Ceterum nequaquam inde tantum gaudium 3
uit quanta clades intra paucos dies accepta est haud procul Herdonea urbe. Castra ibi Cn. Fulvius proconsul habebat 4
pe recipiendae Herdoneae, quae post Cannensem cladem ^{Nobis} et Romanis defecerat, nec loco satis tuto posita nec praeidiis firmata. Neglegentiam insitam ingenio ducis augebat 5
pes ea quod labare iis aduersus Poenum fidem senserat, postquam Salapia amissa excessisse iis locis in Bruttios Hannibalem auditum est. Ea omnia ab Herdonea per occultos 6
iuntios delata Hannibali simul curam sociae retinendae urbis t spem fecere incautum hostem adgrediendi. Exercitu

I x Marmoreas ΠN: maronea A⁷N⁴θ: maroneam ald.Frob.1.2
tria ΠN.ald.Frob.1.2: duo (uel ii) θ militum ibi ΠN.ald.Frob.
.2: ibi militum θ, cf. c. 37. 5 adn. et (aliquantum) πSpA⁷θ:
m. BDAN et (sed praedae) ald.Frob.1.2. De et explicatio cf. 22. 1.
9 adn. et e.g. 28. 2. 4 militi πR^x per ras. M²(mihi M)N.ald.Frob.1.2:
militibus θ: militum Sp: usui militum Rhen. 3 Herdonea urbe
θEdd.: ab urbe Herdonea AN, sed antiquiore illa structura saepe
titur Liuius, cf. e.g. 2. 13. 6; 3. 22. 4; 4. 10. 5; 4. 22. 2; 38. 16. 15;
repe etiam ab addit, cf. e.g. 2. 26. 5; 7. 37. 6 (cf. etiam 29. 3. 10, adn.
et codd. AN) 4 Cn. ΠN, cf. 26. 28. 9: c. θ recipiendae
N⁰ald.: recipiundae Frob.2 (non ut in c. 6. 16) 5 senserat
t²A⁷N⁰ald.Frob.1.2: senserant Π, cf. c. 17. 4 adn.

expedito ita ut fainam prope praeueniret magnis itineribus ad Herdoneam contendit et, quo plus terroris hosti obiceret, 7 acie instructa accessit. Par audacia Romanus, consilio et 8 uiribus impar, copiis raptim eductis conflxit. Quinta legio et sinistra ala acriter pugnam inierunt; ceterum Hannibal signo equitibus dato ut, cum pedestres acies occupassent praesenti certamine oculos animosque, circumuecti pars 9 castra hostium, pars terga trepidantium inuaderent, ipse Cn. Fului similitudinem nominis—quia Cn. Fuluim praetorem biennio ante in iisdem deuicerat locis—increpans, similem 10 euentum pugnae fore adfirmabat. Neque ea spes uana fuit. Nam cum comminus acie et peditum certamine multi ceci- 11 dissent Romanorum, starent tamen ordines signaque, eques- tris tumultus a tergo, simul a castris clamor hostilis auditus sextam [ante] legionem, quae in secunda acie posita prior ab

6 terroris $\Pi N.ald.Frob.1.2$: om. *J*: pauoris *K* acie $N^x\theta ald.$
Frob.1.2: acies ΠN , cf. § 13 et 26. 40. 14 *adn.* 7 Par *Sp?J Frob.*
 α : pari $\Pi N K.ald.$ Romanus $\pi M^2 NK^2 ald.Frob.1.2$: romanis
 $R^x M\theta$ 8 inierunt $M^2 AN.ald.Frob.1.2$: iniecerunt π , cf. c. 20. 8
adn.: ingerunt θ acies $A^7 N^4 \theta$: aues *P*: eques π^2 : equesque
(*uel acq.*) *BDAN*: equitesque M^2 terga $C^4 M^2 BDAN^4$ (*trga*
N¹: *trgna N?*) θ : erga π trepidantium *Gron.*, cf. 2. 46. 3
23. 16. 12; 44. 38. 10; *Verg. Aen.* 4. 121: oppidantium π : oppug-
nantium *AN.ald.*, *quod uts. l. in Puteani exemplari fuisse conicias*, cf. *d*.
dittogr. Puteani c. 34. 5: pugnantium θ *Frob.1.2*: oppidanorum M^2
necopinantium *H. Sauppe*: *alia alii* 9 *Cn. Fului ald.Frob.1.2*:
(-ii), cf. e.g. *Cic. ad Q. Fr.* 2. 3. 3: consulem fuluii $A^7 \theta$ (*procons-* *K*)
cf. § 12: in fuluis (in pul- *C*) π , *quos sequitur Madv.* 1882 (in fuluiis)
in fuluii (-ui M^2) $M^2 B^2$ (fuluii *B*) *AN*, *quos seq.* *Gron. Weissenb. Madv*
1872 (in *Cn. Fului Luchs*), *sed hoc sine accusatiuo personae uix pro*
bandum, cf. e.g. 1. 51. 1: in *Cn. Fului Luterbacher, non male*
Cn. (Fuluium) $\Pi N.ald.Frob.1.2$, cf. 25. 3. 2: om. *θ* 10 com
minus $\pi M^2 N$, cf. 10. 43. 6: comminus $A^7 N^4 \theta$ (*quo-J*): cōmunus *M*
cecidissent] ante Romanorum $\Pi N.ald.Frob.1.2$: post *R. θ, non mal*
sed cf. § 2 et c. 37. 5 adn. 11 a castris $A^7 N^4 \theta$: acris π : -atu:
BD: -atque *AN. De 'euisceratione'* *Puteani* cf. 22. 3. 6 *adn.* e
e.g. 26. 6. 6; 26. 8. 9; 26. 9. 9; 26. 33. 10; 26. 40. 9; *huius libr*
cc. 16. 11; 19. 11; 20. 8; 22. 6; 28. 9; 38. 10; 39. 8; 48. 14; n
28, cc. 6. 8; 7. 15; 8. 4; 13. 1; 15. 7; 20. 9; 24. 7; in 29, cc. 2. 3
5. 6; 10. 3; 17. 5; 26. 7; in 30, cc. 4. 4; 34. 8; 40. 13 al.
ante (post sextam) $\pi \theta$ *Frob.2*: post legionem *AN.ald.*: deleuit *J. H*
Voss, recte ut credo: cum *Luchsio tutari malit Johnson*, cf. *Plin.* 34. 13
et Cels. 7. 29 al.: de ordinis uariatione glossema indicante cf. c. 34. 13
adn.: contra de ordine codd. *AN uariato* cf. 29. 3. 10 *adn.*

Numidis turbata est, quintam deinde atque eos qui ad prima signa erant auertit; pars in fugam effusi, pars in medio caesi,¹² ubi et ipse Cn. Fuluius cum undecim tribunis militum cecidit. Romanorum sociorumque quot caesa in eo proelio¹³ milia sint, quis pro certo adfirmet, cum tredecim milia alibi, alibi haud plus quam septem inueniam? Castris praedaque¹⁴ uictor potitur. Herdoneam, quia et defecturam fuisse ad Romanos comperit nec mansuram in fide, si inde abscessisset, multitudine omni Metapontum ac Thurios traducta, incendit: occidit principes qui cum Fuluio conloquia occulta habuisse comperti sunt. Romani qui ex tanta clade euaserant diuersis itineribus semermes ad Marcellum consulem in Samnum perfugerunt.

Marcellus nihil admodum tanta clade territus litteras² Romam ad senatum de duce et exercitu ad Herdoneam amisso scribit: ceterum eundem se, qui post Cannensem² pugnam ferocem uictoria Hannibalem contuderit, ire aduersus eum, breuem illi laetitiam qua exsultet facturum. Et³

¹² Cn. ΠΝ Edd., cf. § 4: consul (proco- K) A⁷θ ¹³ eo Π²Νθ: seo P, cf. § 6 et 26. 40. 14 adn. ¹⁴ sint Ν¹ uel Ν⁴ rescriptus θald. Frob. 1.2: sunt ΠΝ, cf. 22. 36. 1 adn. alibi, alibi AN. ald. Frob. 1.2: alibi πθ (sed alterum alibi post cum praebeant C⁴θ) ¹⁴ omni Metapontum C⁴A⁷Ν⁴θald. Frob. 1.2: omnium (hominum M²) et a ponto ΠΝ occidit ΠΝΚ (sed post principes K): occidit et M²: concidit J: occiditque ald. Frob. 1.2: om. Sp ut uid. qui BDNθald. Frob. 1.2: om. π (add. post Fuluio C⁴) sunt ΠΝSp?θald. Frob. 1.2: sunt perempti marginator cod. Spirensis ubi occidit omissum erat ut uid.: sunt securi percussit Vat

¹⁵ semermes Gron. ex lectione Put. et sic scripsit P in 28. 16. 6; 30. 6. 7, et sic scribere uoluit in 25. 19. 14; 30. 28. 3, sed semi- in 22. 50. 4 et 23. 5. 1 (eadem uariatio est et in iv^{ta} decade, cf. 31. 41. 10; 39. 31. 13; 40. 58. 7): semermes A⁷θEdd. ante Gron.: inermes Sp?: semerses P, cf. c. 17. 1 (-sis P¹?C: -si P²R): emersi R^xMBDAN: emensis C² perfugerunt ΠΝ: refugerunt θ: confugerunt ald. Frob. 1.2

² i litteras (lite- Edd.) K. ald. Frob. 1.2: litteris ΠΝ: lictis J Romam N⁴θald. Frob. 1.2: romae ΠΝ ² contuderit θ Madv., cf. ed. Cantabrig. Liui lib. II p. 190 et c. 17. 14 et 23. 43. 12 adnn.: contudisset (-tund- BD) ΠΝ Aldus Frob. 1.2 (sequente Gron. qui ibi interpusgit), recte quidem si P exultet ex exultaret eiuscerauit exsultet (uel exu-) ΠΝθ Edd.: malimus exsultaret retento contudisset, cf. c. 1. 11 adn. et e.g. 24. 24. 9

Romae quidem cum luctus ingens ex praeterito, tum timor
 4 in futurum erat: consul ex Samnio in Lucanos transgressus
 ad Numistronem in conspectu Hannibalis loco plano, cum
 5 Poenus collem teneret, posuit castra. Addidit et aliam
 fidentis speciem, quod prior in aciem eduxit; nec detrac-
 tavit Hannibal, ut signa portis efferri uidit. Ita tamen
 aciem instruxerunt ut Poenus dextrum cornu in collem
 6 erigeret, Romani sinistrum ad oppidum adipicarent. Ab
 Romanis prima legio et dextra ala, ab Hannibale Hispani
 milites et funditores Baliares, elephanti quoque commisso
 iam certamine in proelium acti; diu pugna neutro inclinata
 7 stetit. Ab hora tertia cum ad noctem pugnam extendissent,
 fessaequae pugnando primae acies essent, primae legioni
 tertia, dextrae alae sinistra subit, et apud hostes integri a
 8 fassis pugnam accepere. Nouum atque atrox proelium ex
 iam segni repente exarsit, recentibus animis corporibusque:

3 cum (*sed post luctus AN, cf. 29. 3. 10*) . . . tum $\Pi N\theta ald.$ Frob. 1. 2
 quam . . . tam *Sp*, cf. e.g. 33. 17. 9: quam . . . ac *Vat* 4 ante consu-
 add. at *Woelflin*, *perperam*: *nesciunt codd.* in (Lucanos) A^7N
 $\theta ald.$ Frob. 1. 2: om. ΠN , cf. 26. 13. 7 *adn.* 5 *detractauit* πN , cf.
 2. 43. 3 *adn.*: *detrectauit* $C\theta$; *nonnunquam -trect-* *praebet P* ut *in*
c. 9. 9; 28. 12. 15, sed saepius -tract- *ut in cc. 10. 10; 12. 11 al.*
 collem $N^2\theta ald.$ Frob. 1. 2: *collet P*: *colle* Π^2N 6 Ab Romanis ..
 stetit] *hae uoces (cl litterae) post § 7* Ab hora . . . acies essent (*lxxi*
litt.) *stant in* $\Pi\theta ald.$ Frob. 1. 2: *recte huc transponendas censuit Heusinger*
placuerat iam Creverio diu pugna . . . stetit *post adipicarent scribere*
sed ne sic quidem congruunt uoces ad noctem cum commisso iam certa
mine. Coniecturam fort. confirmat interuallum v litt. post adipicaren
in P relictum. De uocibus uel lineis omissis et perperam restitutis cf. 8
8. 4 et 22. 10. 2 adnn., et u. 28. 5. 15; 28. 7. 3; 28. 34. 9; 30. 35. 4 (u
etiam 28. 2. 15 adn.) et funditores $A^7\theta ald.$ Frob. 1. 2: *effundit* *P*: *effunditor P²R*: *et funditor C*: *effunditur RMBDA?N* Baliares
u. c. 18. 7 adn. 6-7 *ante diu (§ 6) add. ubi Weissenb., ant*
primae legioni (§ 7) add. ut Madv., quae ob transpositionem nostram
superuacanea fiunt 7 *subit Spθ, cf. § 9 et c. 5. 9 adn.*: *subii*
 $\Pi N. ald.$ (*in Frob. 2 retentum*) 7-8 *acepere. Nouum] sic cun*
Edd. uet. interpunximus 8 *iam Duker: tam* $\Pi N\theta ald.$, cf. 26. 6.
adn. *corporibusque C⁴ uel C²A⁷N⁴\theta ald.* Frob. 1. 2: *corpori*
 $\Pi N.$ *De -is et -ib. cf. 22. 21. 4 adn.; 26. 48. 2; 27. 18. 9; 27. 41. 6*
28. 25. 7; 30. 15. 12. Fort. -que hic delendum (cf. c. 16. 6 adn. e
animos dexteras 35. 35. 16) ut in uoce sed in sequenti excusatione
suam habeat s- oniissum

sed nox incerta uictoria diremit pugnantes. Postero die 9 Romani ab sole orto in multum diei stetere in acie; ubi nemo hostium aduersus prodit, spolia per otium legere et congestos in unum locum cremauere suos. Nocte in sequenti 10 Hannibal silentio mouit castra et in Apuliam abiit. Marcellus, ubi lux fugam hostium aperuit, sauciis cum praesidio modico Numistrone relictis praepositoque iis L. Furio Purpurione, tribuno militum, uestigiis institit sequi. Ad Venusiam adeptus eum est. Ibi per dies aliquot cum ab 11 stationibus procursaretur, mixta equitum peditumque tumultuosa magis proelia quam magna et ferme omnia Romanis secunda fuere. Inde per Apuliam ducti exercitus sine ullo 12 memorando certamine, cum Hannibal nocte signa moueret locum insidiis quaerens, Marcellus nisi certa luce et explorato ante non sequeretur.

Capuae interim Flaccus dum bonis principum uendendis, 3 agro qui publicatus erat locando—locauit autem omnem frumento—tempus terit, ne deesset materia in Campanos saeuendi, nouum (in occulto gliscens) per indicium protratum est facinus. Milites aedificiis emotos, simul ut cum 2 agro tecta urbis fruenda locarentur, simul metuens ne suum quoque exercitum sicut Hannibal nimia urbis amoenitas emolliret, in portis murisque sibimet ipsos tecta militariter

8 sed $A^7N^4\theta ald.$ *Frob.* 1.2: ex *P*: et $\Pi^1 uel \Pi^2 N$ 9 ab ΠN :
 $\alpha \theta$ (*cf. e.g.* 30. 44. 13; 30. 45. 7) diei $C^1M^2B\bar{D}AN.ald.$:
dici ΠN : diem $Sp\theta$ *Frob.* 2 prodit SpJ , *cf. § 7*: prodiit ΠNK
 $\alpha ld.$ *Frob.* 1.2 10 et $CAN\theta$: *om. π* Numistrone $A^7\theta Edd.$:
auministro ΠN : numistro M^2 iis $PCRB^2$: his R^1MDANK :
om. B: hiis J L. (*Furio*) $\Pi N.ald.$ *Frob.* 1.2: q. θ ad
Venusiam $\pi R^2E^2N\theta$ (*sed in N*-ā *separatim et pleniore cal.*, *cf. Praef.*
§ 33 b): aduentus iam R : ad uenusiam iam B 11 ab ΠN : a θ
(cf. § 9) proelia] post hanc uocem *om.* quam magna . . . usque
ad Atellam (*c. 3. 7*) omnia ΠN : *supplent* A^zN^3 (*qui usque ad* § 12
certamine tantum ipse inseruit) et N^n (*qui sequentia ab cum Hannibal*
usque ad finem lacunae addidit) $VW\Theta$, *cf. Praef.* § 85. *Lacunam nota-*
uerunt C^2M^3 12 insidiis $A^zN^nW\Theta$: *insioniis (non insignius ut*
ut Luchs) V

3 i omnem SpK *Frob.* 2: *omne A^zN^nVWJXYZ.ald.* 2 ipsos
 $Sp?A^zN^nVW\Theta$ *Edd. ante Mog.*, *Frob.* 2: *ipsis Lov.* 5 *ed. Mog.* 1518,
f. 6. 37. 1 adn.; 26. 48. 14; 27. 25. 1; 27. 46. 5; 29. 7. 9; 30. 32. 5

bundles
boards

3 coegerat aedificare; erant autem pleraque ex cratibus ac tabulis facta, alia harundine texta, stramento intecta, omne 4 uelut de industria alimentum ignis. Haec noctis una hora omnia ut incenderent, centum septuaginta Campani principibus Blossiis fratribus coniurauerunt. Indicio eius rei ex familia Blossiorum facto, portis repente iussu proconsulis clausis cum ad arma signo dato milites concurrissent, comprehensi omnes qui in noxa erant, et quaestione acriter habita damnati necatiique; indicibus libertas et aeris dena 6 milia data. Nucerinos et Acerranos, querentes ubi habitarent non esse, Aceris ex parte incensis, Nuceria deleta, 7 Romam Fuluius ad senatum misit. Acerranis permissum, ut aedificant, quae incensa erant: Nucerini Atellam quia id maluerant, Atellanis Calatiam migrare iussis, traducti.

8 Inter multas magnasque res, quae nunc secundae, nunc aduersae occupabant cogitationes hominum, ne Tarentinae 9 quidem arcis excidit memoria. M. Ogulnius et P. Aquilius in Etruriam legati ad frumentum coemendum quod Tarentum portaretur profecti, et mille milites de exercitu urbano, par numerus Romanorum socrorumque, eodem in praesidium cum frumento missi.

3 omne *SpA^zNⁿVWθ*: omnibus *ed. Par.* 1513 *ald. Frob.* 1.2 (*cum alimentis*): omnia *Rhen.* de *A^zVWθ*: *om. Nⁿ* (*qui uelut praebet*) alimentum *A^z*: alimentis *Sp?Nⁿ* (*sed ipse -tis sig- ii -ti sig- mutauit*) *θald. Frob.* 1.2 4 *ut] hic Madv.*: ante omnia *ala Frob.* 1.2: ante noctis *W*: *om. A^zNⁿVθ* (*sc. ante in- deperditum*, cf. a 8. 7 et 9. 9) incenderent *A^zNⁿVJXYZ*: incendere *corrector i: A^z, WK* Blossiis *A^zNⁿVW* (*et -ssi- § 5*), cf. *It. Dial.* p. 115 blosiis (*bas- Y*) *θ* (*sed in § 5 -ssi- JX: -si- KYZ*) 5 *Blos siorum] u. sup.* necatique *A^zθ*: nec utique *Nⁿ* 7 Atellam (*cf. Atellanis infra P*) *u. It. Dial.* p. 152: attellam (*ath- K A^zNⁿWθY*: *athella V*: *attellani X*: et *atelani Z* quia id] *ha nocibus rursus incipiunt ΠN* Calatiam *Nθ* (*sed -tina Y*), cf. 28. 6 et *It. Dial.* p. 147: galatiam (-th- *D*) *ΠN¹* (*et sic P in 26. 5. 4 iussis A⁷θald. Frob.* 1.2: iussit *ΠN*, cf. *Praef.* § 79 et e.g. 28. 1.6 8 occupabant *A⁷N⁶* (*praeente ut uid. N⁴*) *θald. Frob.* 1.2: occultabar *ΠN* excidit *PC⁴AN⁴* ab *N⁶* *rescriptus θ*: excidii *π²N* (*cf. e.g. c. 2. 8*) 9 *M. (Ogulnius) πN* (*sed hi omnes memoriam og- u oc-*) *Edd.*: *om. C^xBA^xN²θ* Etruriam *ΠNJ* *ut s. l. K. ald. Frob.* 1.2: *act-(uel et- uel eth-)oliam SpA⁷J* Romanorum socrorumque *A⁷N⁴* *uts. l. θald. Frob.* 1.2: romanorumue *π*, cf. 26. 11. 12 *ad* (*b*): romanorum *C²*: romanorum ut *BN* missi *C^xA^xθ*: mis *P*: missis *π²*: missi sunt *BDA*, *sed si Liuius* sunt *scripsisset, cur uoce profecti innixisset*

Iam aestas in exitu erat comitiorumque consularium in- 4
 stabat tempus; sed litterae Marcelli, negantis e re publica
 esse uestigium abscedi ab Hannibale cui cedenti certa-
 menque abnuenti grauis ipse instaret, patribus curam inie- 2
 cerant ne aut consulem tum maxime res agentem a bello
 uocarent aut in annum consules deessent. Optimum 3
 iusum est, quamquam extra Italiam esset, Valerium potius
 consulem ex Sicilia reuocari. Ad eum litterae iussu sena- 4
 us ab L. Manlio praetore urbano missae cum litteris
 consulis M. Marcelli, ut ex iis nosceret quae causa patribus
 um potius quam collegam reuocandi ex prouincia esset.

Eo fere tempore legati ab rege Syphace Romam uenerunt, 5 ^{king of Numidia}
 uiae is prospera proelia cum Carthaginiensibus fecisset,
 memorantes: regem nec inimiciorem ulli populo quam Car- 6
 haginiensi nec amiciorem quam Romano esse adfirmabant;
 nisisse eum antea legatos in Hispaniam ad Cn. et P. Cor-
 elios imperatores Romanos: nunc ab ipso uelut fonte

4 i e re publica] e rep̄. PRθ : de rep̄. (uel rep.) R²MBDAN :
 : p. C uestigium ΠNJ ut s. l. K (post abscedi K) ald. Frob. 1. 2 :
 estibulum A⁷J, mire. Si sana est lectio (cui nihil simile repperimus
 isi e.g. prouerbiū digitum discedere), uocis uestigium usus uidetur
 opularem aliquem colorem habere quo Marcelli sermonis uigor pingitur,
 23. 45. 2 et 3, nec non 27. 13. 9; de Accusatio egit Kühnast
 ynt. p. 155 abnuenti (anu- J) A⁷N⁴θ Edd. : abeunti ΠN
 se ΠN. ald. Frob. 1. 2 : om. θ 2 patribus A⁷θ : ipse N⁴
 nui post uoces ipse instaret interpusxit et iniecerant in -rat muta-
 tū : ipsi Vat. Med. 3 : om. ΠN. ald. Frob. 1. 2. Scil. omissionem satis
 itiquam sanare uoluerat aliquis signum aliquod non nimis per-
 icuum uelut p̄b in marg. codicis Spirensis appingens, quod recte alii
 interpretati sunt, alii perperam consulem Sp?θ Frob. 2 : cos.

PR: cōs m M: cōs CM²: consulem (uel cōns.) Marcellum BDA
 ald. 3 potius πA⁷N⁴ ab N⁶ rescriptus θ ald. Frob. 1. 2 : om. AN
 4 L. Manlio AN Edd., cf. 26. 23. 1 : 1. mallio π: manlio θ
 nallio J) urbano Siganus e 'uet. lib.' : urbis ΠNθ, cf. c. 22. 12
 ln. 5 quae (uel que) is SpN⁴θ Frob. 2 : quaeq. ΠN, cf. 26.
 1. 12 adn. (a) : amicitiam renouaturi quaeque Rossbach, non male, cf.
 1. 11. 12 adn. (b) : quae ald. cum ANθ : rex cum Πald. Frob.
 2 6 Romano ΠN. ald. Frob. 1. 2 : romanno P: romanis
 θ esse adfirmabant (uel aff-) πSp ut uid. θ : affirmabant
 se AN. ald. Frob. 1. 2, cf. c. 1. 11 et 29. 3. 10 adn.; malim ipse esse
 lere (cf. c. 34. 3) in N⁴θ ald. Frob. 1. 2 : om. ΠN, cf. 26. 13. 7
 ln. Cn. et P. PCA¹ald. : cn. et publrium (-us R^xM: -lus R)
²BD : om. θ : cn. et publicum AN

7 petere Romanam amicitiam uoluisse. Senatus non legatis modo benigne respondit, sed et ipse legatos cum donis ad regem misit, L. Genucium, P. Poetelium, P. Popillium.
 8 Dona tulere togam et tunicam purpuream, sellam eburneam,
 9 pateram ex quinque pondo auri factam. Protinus et alios Africae regulos iussi adire; iis quoque quae darentur portata, togae praetextae et terna pondo paterae aureae. Et Alexandream ad Ptolomaeum et Cleopatram reges M. Atilius et M'. Acilius, legati ad commemorandam renouandamque amicitiam missi, dona tulere, regi togam et tunicam purpuream cum sella eburnea, reginae pallam pictam cum amiculo purpureo.

11 Multa ea aestate qua haec facta sunt ex propinquis urbibus agrisque nuntiata sunt prodigia: Tusculi agnum cum ubere lactenti natum, Iouis aedis culmen fulmine ictum ac 12 prope omni tecto nudatum; iisdem ferme diebus Anagniae terram ante portam ictam diem ac noctem sine ullo ignis alimento arsisse, et aues ad compitum Anagninum in lucca 13 Dianaे nidos in arboribus reliquisse; Tarracinae in mar haud procul portu angues magnitudinis mirae lascivientium 14 piscium modo exultasse; Tarquiniis porcum cum ore

7 sed et $\pi N.ald.$ *Frob.* 1. 2 : sed $B\theta$ P. Poetelium (*sed* petell-
Frob. 2 : poetelium (*pet-* *AN.ald.*) $\Pi N.ald.$ (*sed* -til- *D* : -tell- *ald.*)
 de Poetel- *u.* 3. 35. 11 *adn.* Popillium π : popilium (pomp- *K*) *A*
N\theta (*u. e.g.* 7. 12. 1 *adn.*) 8 pateram $\Pi N.ald.$ *Frob.* 1. 2 : pateran
 (path- *K*) auream $Sp\theta$ auri $\Pi N.ald.$: *om.* $Sp\theta$: auream (*hic*
Frob. 2 9 portata *C* 1 *ut uid.* *ANS* *ut uid.* : porta π : portat
 (*uel* -tae) $\theta ald.$ *Frob.* 1. 2 terna $\pi \theta ald.$ *Frob.* 1. 2 : ternæ *BD* : ternæ
AN. Sensus requiritur ‘una quaeque trium (librarum) pondo’; cūlectio codd. hunc ferre sensum uidetur, nihil mutet: cui ut nobis res dubi
 uidetur, ternarum *uel* trium *uel* ternum (gen.) fort. scribat; sed cf. e.g
 44. 14. 2. ubi duo fort. Accusatio stat casu 10 et Cleopatra
 $\Pi N.ald.$: cleopatramque θ *Frob.* 2 11 ea $\Pi N.ald.$: *om.* $Sp\theta$ *Frob.*
 agnum *C* 4 *M* 1 *B* 2 *A* 7 *N* 6 *uel* *N* 2 : agmon π : agnus *AN?*

12 terram *A* 5 *N* 4 ab *N* 6 *rescriptus*: ternam π : termam *AN* a
C 2 *M* 2 *AN\theta* : et ad π (*scil.* et repetito *uel*, *ut saepe, insiticio*, cf. cc. 5. 19
 16. 8; 28. 5; 26. 12. 18; 26. 32. 8; 26. 40. 17; 28. 11. 14; 28. 18. 5
 28. 21. 10; 28. 42. 4; 29. 20. 10; 30. 24. 5. Cf. etiam 26. 11. 12 *adn.*
 (a)) 13 mari *Frob.* 2 : mare $\Pi N\theta ald.$ De -ri et -re confusis c
 cc. 8. 5; 11. 15; 25. 9; 26. 3; 30. 17; 39. 3; 42. 3; 46. 9; 47. 10
 11; 26. 6. 1; 26. 32. 2; 28. 1. 1; 28. 7. 13; 28. 8. 2; 29. 12. 3; 29
 19. 4 et 5; 30. 9. 7; u. etiam 3. 13. 8 et 25. 1. 10 *adn.*

humano genitum, et in agro Capenate ad lucum Feroniae quattuor signa sanguine multo diem ac noctem sudasse.

Haec prodigia hostiis maioribus procurata decreto ¹⁵ pontificum; et supplicatio diem unum Romae ad omnia puluinaria, alterum in Capenati agro ad Feroniae lucum indicta.

M. Valerius consul litteris excitus, prouincia exercituque ⁵ nandato L. Cincio praetori, M. Valerio Messalla praefecto lassis cum parte nauium in Africam praedatum simul peculatumque quae populus Carthaginiensis ageret pararetue missio, ipse decem nauibus Romam profectus cum ² rospere peruenisset, senatum extemplo habuit, ubi de suis ebus gestis commemorauit: cum annos prope sexaginta in ³ icilia terra marique magnis saepe cladibus bellatum esset, eam prouinciam confecisse. neminem Carthaginensem ⁴ Sicilia esse; neminem Siculum non esse; qui fugati metu afuerint, omnes in urbes, in agros suos reductos arare, erere; desertam recoli terram, tandem frugiferam ipsis ⁵ ultoribus populoque Romano pace ac bello fidissimum anconae subsidium. Exim Muttine, et si quorum aliorum ⁶

supplicatio *πNK.ald.Frob.1.2*: supplicatione *A⁸J*: supplicatio in *achs* unum *A⁸?N⁴θald.Frob.1.2*: *om. ΠN* Capenati *N*: capenate *A⁸θald.Frob.1.2*, cf. 28. 43. 14 *adn.*

⁵ ¹ L. Vat, cf. 26. 28. 11: *om. ΠNθald.Frob.1.2* specu- umque *N⁴θald.Frob.1.2*: speculatum *ΠN*, cf. 26. 11. 12 *adn.* (c)

pararetque *RM²BDθald.Frob.1.2*: pareretque *PCR²M* (pararet eretque *AN⁴*: aret geretque *N*; cf. 29. 3. 10 *adn.*) ² peruenis-

ΠN.ald.Frob.1.2: uenisset *Spθ* ubi *ΠN.ald.*: ibi *Spθ Frob.2*, c. 16. 11; 28. 1. 1; 29. 22. 11; 29. 32. 4; 30. 35. 9; 30. 40. 2

magnis saepe *ΠN.ald.*: saepe magnis *Frob.2*: prope magnis *θ*

⁴ in (Sicilia) *M²A⁷N⁴θ*: *om. ΠN*, cf. c. 4. 6 et 26. 13. 7 *adn.*

^{n esse}] has uoces, quas post afuerint *praebent ΠNθ Frob.2 et praebuit uid. Sp* (*om. non ald.*), *huc transpositus Madv.*, *luculenter* (*u. Em. 1391 sq.*); cf. c. 2. 6 fugati] *hic πθ et Sp ut uid.*: *post inde V.ald.Frob.1.2*, cf. § 1 et 29. 3. 10 *adn.* in agros *ΠN.ald.*:

rosque *θ Frob.2* serere *N⁴θald.Frob.1.2*: *om. ΠN*

ecoli Π²N, *Edd.*: *recoli P*: *coli θ* terram tandem *ΠN.ald.*:

dem terram θ Frob.2 ⁶ Exim *π*: exin *ANθ Frob.2*: exinde

d. 2. 3 ald. De forma .im cf. e.g. *Verg. Aen. 7. 341 et Lucr. 3. 160*;

manum posteriorem exin vindicat Cic. Or. 45. 154 Muttine (et

^{§ 7 -nes}) *πN*, cf. 26. 40. 3: *mutine* (*et in § 7 -nes A⁷θ*) *Dθ*

merita erga populum Romanum erant in senatum introductis honores omnibus ad exsoluendam fidem a consule 7 habiti. Muttines etiam ciuis Romanus factus, rogatione ab tribunis plebis ex auctoritate patrum ad plebem lata.

8 Dum haec Romae geruntur, M. Valerius quinquaginta nauibus cum ante lucem ad Africam accessisset, improviso 9 in agrum Vticensem escensionem fecit; eumque late depopulatus multis mortalibus cum alia omnis generis praeda captis ad naues redit et ad Siciliam tramisit, tertio decimo die 10 quam profectus inde erat Lilybaeum reuectus. Ex captiuis quaestione habita haec comperta consulique Laeuino omnia ordine perscripta ut sciret quo in statu res Africæ essent: 11 quinque milia Numidarum cum Masinissa, Galae filio, acerrimo iuuene, Carthagine esse, et alias per totam Africam milites mercede conduci qui in Hispaniam ad Hasdrubalem: 12 traicerentur, ut is quam maximo exercitu primo quoque tempore in Italiam transgressus iungeret se Hannibali; ir 13 eo positam uictoriam credere Carthaginienses; classen praeterea ingentem apparari ad Siciliam repetendam eamque

6 a consule ΠN .*ald.*: consulis *Spθ Frob.2*: a consule datam *Medi* olim *Em.* p. 392. *Cum durius uideatur fidem sine consulis, nec facilius cum Drak.* a consule pro consulis intellegere, ipse conicio fideri consulis a consule (*utpote qui senatui tum praesideret*) habiti; a *dittographiae falsa suspitione cf. 29. 7. 7 adn.* 7 Muttines] *u. §*

etiam ΠN .*ald. Frob.1.2*: et θ tribunis *Vat*: tr ΠN trib. *K*: tribuno *J Edd.*, sed in tali re tribuni plures una agere solebar

8 quinquaginta ΠN .*ald. Frob.1.2*: om. θ (cf. 29. 28. 10 adn. escensionem *PCR*: ascensionem *R²MBDAN* (*ut saepe, e.g. 8. 17. 9; 22. 20. 4; 26. 48. 13; 27. 29. 7; 28. 19. 16; 28. 26. 13; 29. 28. 5; 30. 15. 11; 30. 25. 11*): excursionem *A⁷?θ* 9 eumque *M²N¹ uel N⁰ald. Frob.1.2*: cumque ΠN ? redit *PNJ*: redi

C²K.*ald. Frob.1.2*. Cf. e.g. cc. 2. 7 et 9; 6. 14; 14. 2; 18. 5; 24. 7

25. 14; 31. 3; 39. 13; 41. 9; 42. 8; 43. 8; 26. 3. 9; 26. 22. 4; 26. 39. 5 et 16; 28. 5. 15; 28. 36. 3; 28. 45. 8; 29. 7. 6; 30. 36. 3. (cf. 23. 23. 9 et 1. 3. 3 adn.) et ad ΠN .*ald.*: atque in θ *Frob.*

fort. recte tramisit *P*: trasmisit *P²R*: transmisit *CMBDAN* *Praebet* tram- *P in c. 29. 7; 28. 5. 18; 28. 41. 17*: contra transm in c. 22. 7; 30. 24. 5 al. inde erat *N⁴θ* *Frob.2*: inde ΠN : era inde *Med. 3 ald.* 10 haec ΠN .*ald. Frob.1.2*: om. θ re

Africæ *Spθ Frob.2*: africæ res ΠN .*ald.*, cf. 28. 2. 15 adn. essei

Sp ut uid. BDANθald. Frob.1.2: esset π *ii* conduci *A⁶?θal* *Frob.1.2*: deduci ΠN (scil. repetito -de uocis *praec.*)

se credere breui triecturam. Haec recitata a consule ita 14
 mouere senatum ut non exspectanda comitia consuli cen-
 seret, sed dictatore comitiorum habendorum causa dicto
ex templo in prouinciam redeundum. Illa disceptatio tene- 15
 bat quod consul in Sicilia se M. Valerium Messallam qui
 tum classi praeesset dictatorem dicturum esse aiebat, patres
 extra Romanum agrum—eum autem Italia terminari—nega-
 bant dictatorem dici posse. M. Lucretius tribunus plebis cum 16
 ea re consuleret, ita decreuit senatus ut consul priusquam
 ab urbe discederet populum rogaret quem dictatorem dici
 placeret, eumque quem populus iussisset diceret dictatorem;
 i consul noluisset, praetor ^{comitiae centuriale} populum rogaret; si ne is
 quidem uellet, tum tribuni ad plebem ferrent. Cum consul 17
 e populum rogaturum negasset quod suae potestatis esset,
 praetoremque uetusset rogare, tribuni plebem rogarunt,
 lebesque sciuit ut Q. Fulvius, qui tum ad Capuam erat,
 iactator diceretur. Sed quo die id plebis concilium futurum 18
 rat, consul clam nocte in Siciliam abiit; destitutique patres
 tteras ad M. Claudium mittendas censuerunt ut desertae
 collega rei publicae subueniret diceretque quem populus
 iussisset dictatorem. Ita a M. Claudio consule Q. Fulvius 19
 iactator dictus, et ex eodem plebis scito ab Q. Fulvio dic-

¹⁴ consuli Aldus Frob. 1.2: consulis ΠΝSpθ, cf. 26. 40. 14 adn.

enseret Spθ Frob. 2: censerent ΠΝ.ald., cf. c. 17. 4 adn.

ctatore . . . dicto Spθ Frob. 2: dictatorem . . . dici et ΠΝ.ald.
 actionem Spirensianam dubitanter amplectimur, dicto per meram
 ripturam obscuritatem in dici et corruptum, inde dictatore in -rem
 illiquitus mutatum rati; quamquam censere cum acc. et inf. illus-
 atur ex e.g. 21. 20. 4 (et structuram sententiae uariatam fort. tutari
 elis citando e.g. 1. 4. 3 et 22. 6. 12 (P)) 15 quod Ν²(uix Ν⁴)θald.
 rob. 1.2: quo ΠΝ Italia A⁷θ: in Italia ΠΝ.ald. Frob. 1.2

dictatorem . . . quem πΑ⁷Ν⁴: om. AN diceret dictatorem
 Ν.ald.: dictatorem diceret θ Frob. 2, cf. c. 37. 5 adn. praetor

uel pr.) πM²B²Nθ: populus romanus RM: om. B 17 plebem
 : pl (uel pl) ΠΝ: plebis J.ald. Frob. 1.2, minus recte, nam sic rogarunt

in populum coniungitur 18 diceretque quem CRM²BDANθ:
 ceret quemque PM 19 ita a M. C²ald. Frob. 1.2: ita a marcello

θ: italiā (-ia D) π (cf. c. 20. 8 adn.): ita a M²BAN plebis
 ito ΠΝ: plebiscito θ et in c. 6. 6 eadem uariatio ab Q. (uel
 uinto) A⁷θ: et ab q. πB^x, cf. c. 4. 12 adn: et absque CR²MBN

tatore P. Licinius Crassus pontifex maximus magister equitum dictus.

6 Dictator postquam Romam uenit, C. Sempronium Blaesum legatum quem ad Capuam habuerat in Etruriam prouinciam ad exercitum misit in locum C. Calpurni praetoris, quem ut Capuae exercituique suo praeesset litteris exciuit.
 2 Ipse comitia in quem diem primum potuit edixit; quae certamine inter tribunos dictatoremque iniesto perfici non 3 potuerunt. Galeria iuniorum, quae sorte praerogatiua erat, Q. Fulium et Q. Fabium consules dixerat, eodemque iure uocatae inclinassent ni se tribuni plebis C. et L. Arrenii 4 interposuissent, qui neque magistratum continuari satis ciuile esse aiebant et multo foedioris exempli eum ipsum 5 creari qui comitia haberet; itaque si suum nomen dictato acciperet, se comitiis intercessuros: si aliorum praeterquam 6 ipsius ratio haberetur, comitiis se moram non facere. Dic tator causam comitiorum auctoritate senatus, plebis scito 7 exemplis tutabatur: namque Cn. Seruilio consule cum C Flaminius alter consul ad Trasumennum cecidisset, ei auctoritate patrum ad plebem latum plebemque sciuisse ut quoad bellum in Italia esset, ex iis qui consules fuissen

6 i. C. (Sempronium) ΠΝ: om. θ, cf. 26. 2. 7 Blaesum (*u ble-*) *CANK*, cf. l.c.: plaesum (*uel ple-*) πJ ad exercitū
 C⁴A⁷N⁴θ: om. ad ΠΝ: cum exercitu M²A^x 2 edixit A⁷N¹
 ald. Frob. 1.2: dixit ΠΝ: et dixit J inter A⁷θald. Frob. 1.2: i
 ΠΝ potuerunt A⁷θ: potuerant ΠΝ, cf. de -runt et -rant c
 13. 9; 25. 13; 27. 14; 29. 10; 36. 1; 28. 22. 4; 28. 39. 8; 29. 2. 5
 30. 16. 2 3 Q. Fabium πM²A⁷ald. Frob. 1.2: que faebium RM
 fabium BANθ (et om. q ante Fulium AN) dixerat N⁴
 dixerant ΠΝ, cf. c. 17. 4 adn. iure uocatae ΠΝSpJ: ceter
 uocate K: iure uocatae reliqua ald. Frob. 1.2. ni se Drak.: nisi Π
 Edd. priores (sed ni aliq.) Arrenii (ut P in cc. 26. 12; 27. 8) Alschesf
 (arenii Pighius et Gron. 1678): arriani Π(C?)N: artiani (*uel arc-*
 5 acciperet ΠΝ. ald. Frob. 1.2: exciperet SpC⁴θ se mora
 ΠΝ. ald. Frob. 1.2: moram se θ, cf. § 12 et c. 37. 5 adn. 6 pleb
 scito] u. c. 5. 19 exemplis C²?M²N⁴ uel N¹θ: exempli ΠΝ, c
 c. 17. 12 adn.: exemplisque ald. Frob. 1.2 7 cum C. Sp?: cum
 P: cum eo Π² uel Π¹(A²): cum cn. A⁷: cum θald. Frob. 1.2 a
 plebem ΠΝ. ald. Frob. 1.2: om. θ sciuisse ΠΝ. ald. Frob. 1.2
 iussisse SpA⁷N⁴ ut s. l. θ iis Ven Med. 2: is PCR: h
 R²MBDANK: hiis J (ut semper). Cf. e.g. c. 7. 3

quos et quotiens uellet reficiendi consules populo ius esset; exemplaque in eam rem se habere, uetus L. Postumi Megelli, 8 qui interrex iis comitiis quae ipse habuisset consul cum C. Iunio Bubulco creatus esset, recens Q. Fabi, qui sibi continuari consulatum nisi id bono publico fieret profecto unquam sisset. His orationibus cum diu certatum esset, 9 ostremo ita inter dictatorem ac tribunos conuenit ut eo uod censuisset senatus staretur. Patribus id tempus rei 10 publicae uisum est ut per ueteres et expertos bellique peritos nperatores res publica gereretur; itaque moram fieri comitiis non placere. Concedentibus tribunis, comitia 11 abita; declarati consules Q. Fabius Maximus quintum, 12 Fuluius Flaccus quartum. Praetores inde creati L. eturius Philo, T. Quintius Crispinus, C. Hostilius ubulus, C. Aurunculeius. Magistratibus in annum creatis 13 Fuluius dictatura se abdicauit.

Extremo aestatis huius classis Punica nauium quad- 13 ginta cum praefecto Hamilcare in Sardiniam traiecta, ibiensem primo, dein postquam ibi P. Manlius Volso 14 aetor cum exercitu apparuit circumacta inde ad alterum sulae latus Caralitanum agrum uastauit, et cum praeda onis generis in Africam reddit.

Sacerdotes Romani eo anno mortui aliquot suffectique. 15

reficiendi consules (*uel eos*) ΠN : *om.* θ 8 exemplaque *Spθ*
 $\phi b. 2:$ exemplumque (-quae *RM*) $\pi M^2 N. ald.$ in eam rem *FC*: eam
RMB DAN: in ea re $A^7 \theta$: ea in re *ald. Frob. 1.2* recens
 $\{ Sp? BDAN Frob. 2:$ recensque π : recens θ : recensque *Q. ald.*
sset π : siuisset *CAN*¹ *ald. Frob. 1.2*: scisset $M^2 N^4 \theta$: sciuisset A^7
 $\& Ax$: siuisset *N* 9 His *C⁴? RMB² DANK*: iis *PC*: hiis *B? J*
10 id tempus rei p.] add. interesse *marginator in Sp*: *ignorant*
 $\| \theta Edd.$ 11 quintum *A^vK. ald. Frob. 1.2*: *u* (*uel ū*) $\pi R^x N$: ua *R*:
enquies A⁷J. cf. c. 7. 7 quartum *K*: quintum *A^v*: *iu P*: *om.*
 τV : quater *A⁷J (u. supra)* 12 inde *A⁷θ*, ‘*e net. lib.*’ *Sigonius*:
i. P: *om.* $\Pi^2 N$. *ald. Frob. 1.2* *Tubulus N¹(uix N⁴)J*: *tribulus K*:
tullius ΠN , *sed recte P in c. 40.* 10 se abdicauit $\Pi N. ald. Frob.$
L: abdicauit se θ , *cf. e.g. § 5* 14 dein ΠN *Frob. 2*: deinde
 $\theta l.$, *cf. c. 32. 4* *Volso K*, *cf. 26. 23. 1 adn.*: *uulso A⁷J*: *colso*
redit ΠN : *redit C¹ uel C²M²θald. Frob. 1.2, cf. c. 5. 9 adn.*

C. Seruilius pontifex factus in locum T. Otacili Crassi, Ti.
 Sempronius Ti. filius Longus augur factus in locum T. Ota-
 16 cili Crassi. Decemuir item sacris faciundis in locum Ti.
 Semproni C. filii Longi Ti. Sempronius Ti. filius Longus
 suffectus. M. Marcius rex sacrorum mortuus est et M. Aemi-
 lius Papus maximus curio ; neque in eorum locum sacerdotes
 eo anno suffecti.

17 Et censure hic annus habuit L. Veturius Philonem et
 P. Licinium Crassum, maximum pontificem. Crassus Licinius
 nec consul nec praetor ante fuerat quam censor est factus
 18 ex aedilitate gradum ad censuram fecit. Sed hi censore
 neque senatum legerunt neque quicquam publicae rei ege-
 runt : mors diremit L. Veturius ; inde et Licinius censura se ab-
 19 dicauit. Aediles curules L. Veturius et P. Licinius Varu-
 ludos Romanos diem unum instaurarunt : aediles plebe-
 Q. Catius et L. Porcius Licinus ex multatio argento sign-
 aenea ad Cereris dedere et ludos pro temporis eius copi-
 magnifici apparatus fecerunt.

below are contracts for state work

15 Ti. Sempronius . . . Crassi] om. θald. Frob. 1. 2 : praebent Πι Post augur del. factus . . . Crassi Madv., cf. de re Mueller-Weissenb. loc. et Mommsen Röm. Forsch. 1. 83 sq. cum adn. locum. Otacili (post augur factus in) Π¹ uel Π² (sed -lii) N (cf. 22. 10. 10) : locut tacilii P 16 decemuir ald. Frob. 1. 2 : x (uel decem-)uiri πNθ : ui C, spat. iii litt. relichto faciundis θ, quod in formula antiqua probandum est, cf. 26. 33. 14 adn. : faciendis ΠN Ti. Semproni Siganiu. t. semproni (uel -ii) πN. ald. : om. D : tullii A⁷ : tulii J: t. K C. filii . . . Ti. filius Pighius : ti. f. . . . c. f. Π(A?)N : t. f. . . . c. f. ald tullius . . . fuluius A⁷ : fuluii . . . Sempronius (om. ti. f. longus) θ 17 Licinium. . . Crassus] om. N : add. Nx (manus antiquior quam N

18 Sed hi (hii NJFrob.) ΠNSp ut uid. θFrob. 2 : hi ald. quicquam publicae (uel -ce) rei ΠN Frob. 2 : publicae rei quicquam quicquam rei p. ald. Veturi (sed -rii) A⁷θ : ueturius πN 19 L. Veturius A⁷ald. Frob. 1. 2, cf. fort. § 12 : l. (uellucius) uetus ueturius (ueter- M: utur- D) ΠN plebeii (sed -bei) Q. (que PCR : plebisque M¹ (-esq; M) : plebis q. BDAN. ald. Frob. 1. plebis θ Licinus π, cf. 26. 6. 1 adn. : licinius ANθ Cereris A^vJ. ald. Frob. 1. 2 : ad cereris edem K : ad cererem N³ marg. : ad ceteris PR : a ceteris C : ad ceteros R²MBDAN dedere A^vN³θ : debere ΠN eius SpA⁶θ Frob. 2 : huius ΠNa magnifici apparatus ΠN. ald. : magnifice apparatus Sp Vat θ Fr 2, optime, cf. 31. 4. 5; 39. 22. 1; 44. 9. 5

Exitu anni huius C. Laelius legatus Scipionis die quarto et 7 tricensimo quam a Tarracone profectus erat Romam uenit; isque cum agmine captiuorum ingressus urbem magnum concursum hominum fecit. Postero die in senatum introductus captam Carthaginem caput Hispaniae uno die, receptasque aliquot urbes quae defecissent nouasque in societatem adscitas exposuit; ex captiuis comperta iis fere 3 congruentia quae in litteris fuerant M. Valeri Messallae. Maxime mouit patres Hasdrubalis transitus in Italiam, uix Hannibali atque eius armis obseruentem. Productus et in 4 contionem Laelius eadem edisseruit. Senatus ob res feliciter a P. Scipione gestas supplicationem in unum diem decreuit; C. Laelium primo quoque tempore cum quibus uenerat nauibus redire in Hispaniam iussit. — Carthaginis expugnationem in hunc annum contuli multis auctoribus, haud nescius quosdam esse qui anno insequenti captam tradide-

209

71 C. (gn. N³K) Laelius legatus Scipionis A⁷N³θ: om. ΠN, cf. 26. 51. 8 adn. erat ΠN⁴θ: erat helias N: erat C. Lelius M²: erat Laelius ald. Frob. 1. 2 captiuorum M²BDAN⁰ald. Frob. 1. 1: capti π 2 in (societatem) ΠN. ald. Frob. 1. 2: deinde in K: inde in J adscitas ΠN: ascitas M²θ exposuit ΠN⁹ald. Frob. 1. 2, cf. § 3 adn. 3 iis Ven: his ΠN⁰(hiis J)ald. Frob. 1. 1, cf. c. 6. 7 (sed in § 12 iis PCR: his ceteri) quae A⁷N⁴θald. Frob. 1. 2: quaequa (uel -que) ΠN post Messallae add. N⁴ exposuit quod ipse credo hic a Liuio scriptum sed perpccram post uocem adscitas § 2 in P praesumptum esse (cf. 29. 5. 6 adn.) uel (quod malit Johnson si quid mutandum) uerbum aliquod uelut enuntiat ibi expulisse; non enim facile perspicio quomodo 'ex captiuis comperta' ad senatum nisi uer Laelium relata fuerint, et uoces eadem edisseruit (inf. § 4) unum otius quam plures indicant obseruentem A⁶ ed. Par. 1513 Frob. 1: subsistentem Π0 Aldus (-tentent N) 4 et in ΠN: in θ ald. Frob. 1. 2 eadem PA⁷0ald. Frob. 1. 2: ea demum π²R¹ in as. N; de studio 'architectonico' scribae P² cf. 28. 8. 4 adn. disseruit (sed aed-) P: disseruit (- rint D) Π²N⁰ald. Frob. 1. 2 P. Scipione Sp? Frob. 2, quod melius formulae senatus consulti conuenit: ab Scipione ΠNK. ald.: apud scipionem J supplicationem ip²A⁷N⁴ ab N⁶ rescriptus Frob. 2: supplications C⁴ Vat. ald.: om. ΙN (cf. 26. 51. 8 adn.) C. ΠN: om. θ (cf. supra) Laelium uel le-)... iussit ΠN. ald. Frob. 1. 2: lelius ... iussus θ nescius A⁷N⁴θ Edd.: segnius πN: segusnius D in sequenti ΙN. ald. Frob. 1. 2, cf. c. 26. 11 et 6. 21. 1 adn.: sequenti θ

6 rint, quod mihi minus simile ueri uisum est annum integrum
Scipionem nihil gerendo in Hispania consumpsisse.

7 Q. Fabio Maximo quintum Q. Fuluio Flacco quartum
consulibus, idibus Martiis, quo die magistratum inierunt,
Italia ambobus prouincia decreta, regionibus tamen partitum
imperium: Fabius ad Tarentum, Fuluius in Lucanis ac
8 Bruttiis rem gereret. M. Claudio prorogatum in annum im-
perium. Praetores sortiti prouincias, C. Hostilius Tubulus
urbanam, L. Veturius Philo peregrinam cum Gallia, T.
Quinctius Crispinus Capuam, C. Aurunculeius Sardiniam.
9 Exercitus ita per prouincias diuisi: Fuluio duae legiones
quas in Sicilia M. Valerius Laeuinus haberet, Fabio, quibus
10 in Etruria C. Calpurnius praefuissest: urbanus exercitus ut
in Etruriam succederet: C. Calpurnius eidem praeesset pro-
uinciae exercituique: Capuam exercitumque quem Q. Ful-
11 uius habuisset T. Quinctius obtineret: C. Hostilius ab C.
Laetorio propraetore prouinciam exercitumque qui tum

6 quod ΠN . ald., cf. fort. quod in 26. 44. 6; 6. 7. 2; 6. 8. 2 et quae
in 25. 28. 1: sed $Sp\theta$ Frob. 2 ueri πM^2 ald.: uero Frob. 2:
uiri RM gerendo θ : gerundo ΠN (sed cf. c. 6. 16) 7 Q.
(Fabio) $\pi M^1 N$: que RM: om. B θ quantum K. ald. Frob. 1. 2,
cf. c. 6. 11: III (i.e. quartum) A v : quinques A $^7 J$: uel πN , cf. 26. 51. 2
adn.: om. C Q. (Fuluio) M $^1 B^1$ uel B $^2 D A N$: que π : om. θ
quartum (uel III) K. ald. Frob. 1. 2: u. $\pi B^2 N$, u. supra: uel R: V. B
ac M $^2 A N J$. ald. Frob. 1. 2: a π : et K: om. C 9 per C $^4 M^2$
 $\bar{A} N$. ald. Frob. 1. 2: om. π : in θ M. θ Frob. 2, cf. e.g. c. 5. 8: om.
 ΠN . ald. ante Fabio praebent Q. Π (-que R) N. ald. Frob. 1. 2: igno-
rant θ (ut et Π ante Fabius in § 7) praefuissest Sp? A $^7 N^4 \theta$ Frob. 2:
om. ΠN , u. adn. sq.: praeesset ald. 10 urbanus A $^7 N^4 \theta$ et sic
(sed post exercitus) ald. Frob. 1. 2: om. ΠN (u. § 9), sc. linea xviii
litt. ob -us| -us| deperdita, cf. 26. 51. 8 adn. eidem A $^7 N^4 \theta$:
idem ΠN exercituique: Capuam Sp ut uid. A $^7 N^4 \theta$ ald. Frob. 1.
2 (sed uoces quem . . . habuisset transpositae sunt post exercituique et
ante Capuam in ald.): om. ΠN , cf. supra (mutauit sq. exercitumque in
-uique M 2) T. Sp A $^7 N^4 J$ Frob. 2 (cf. c. 6. 12): om. ΠN . ald.:
Q. K (qui Crispinus pro Quinctius) 11 Laetorio (uel let-) ΠN ,
cf. 26. 23. 1: lectorio θ . Hic nomen C. Hostilius pro nom. L. Veturi
substitutum esse (utrum in fontibus Lini an a scriba?) Pighio uide-
batur, recte quoad nobis iudicare licet, cf. c. 10. 12; nullum tamen in
codd. perturbationis signum repperimus propraetore (sed pro-
pr.) ΠN : proconsule θ (et proconsulis pro praetoris in § 13) ex-
ercitumque ΠN Sp ut uid. ald. Frob. 1. 2: et exercitum θ qui tum
A $^7 \theta$ ald. Frob. 1. 2: om. Sp ut uid.: qui tumam PR: qui tum iam π
R $^2 N$

Arimini erat acciperet. M. Marcello quibus consul rem gesserat legiones decretae; M. Valerio cum L. Cincio—iis 12 quoque enim prorogatum in Sicilia imperium—Cannensis exercitus datus, eumque supplere ex militibus qui ex legionibus Cn. Fului superessent iussi. Conquisitos eos consules 13 in Siciliam miserunt; additaque eadem militiae ignominia sub qua Cannenses militabant quique ex praetoris Cn. Fului exercitu ob similis iram fugae missi eo ab senatu fuerant. C. 14 Aurunculeio eadem in Sardinia legiones quibus P. Manlius Volso eam prouinciam obtinuerat decretae. P. Sulpicio 15 eadem legione eademque classe Macedoniam obtinere iusso prorogatum in annum imperium. Triginta quinqueremes ex Sicilia Tarentum ad Q. Fabium consulem mitti iussae: eterna classe placere praedatum in Africam aut ipsum M. 16 Valerium Laeuinum traicere aut mittere seu L. Cincium eu M. Valerium Messallam uellet. Nec de Hispania 17 uicquam mutatum nisi quod non in annum Scipioni ilanoque, sed donec reuocati ab senatu forent prorogatum

11 quibus consul ΠΑΡΝ[?] sed consules Ναλδ. Frob. 1. 2: qui bene
17 in ras. Ν⁴(uel Ν⁵)θ 12 Cincio ΑΓθαλδ. Frob. 1. 2, cf. 26.
3. 1: lieinio ΠΑΡΝ: lieuo ? Ν¹ iis] u. § 3 adn. enim
'CRSpθ Frob. 2: est R^xMBDAN.ald. imperium] hic ΠΝ.ald.
rob. 1. 2: ante in Sicilia Α⁸θ et sic Sp ut uid. 13 eadem militiae
nominia Α⁷Ν⁴θαλδ. Frob. 1. 2: ea ΠΝ, linea fort. xx litt. om., cf. §§ 9-
26. 51. 8 adn. 14 eadem C⁸?M²B²DANK: eadem π:
dem J in Sardinia ΠSp? Frob. 2: in sardiniam ald. Post adn.
l has uoces factam scribit Rhen. 'hic unam paginam transilire coacti
imus ob defectum qui erat' i.e. in Sp, nec uero ante c. 10 § 1 denuo
inc cod. citare incipit. In saeculis xiii^{mo} et xiv^{mo} non tantam fuisse
cunam conicias quantum repperisse se ait Rhen., neque est cur de
recturis in §§ 15-17 huius capitinis dubitemus; at quaedam etiam tum
fecisse apparet cum post c. 7. 17 nullae ab Ν⁴ aut Ν³ profectae occurrant
recturae ante c. 9. 9, et absint Α⁷ et Α⁸ usque ad c. 8. 14. De hac re
de codd. interpolatis cf. Praef. § 89 15 iusso M²Α⁷Ν⁴θαλδ.:
ssus ΠΝ 16 placere Α⁷Ν³θαλδ.: om. ΠΝ aut (ipsum)
ΝΚ: et Α⁷J Laeuinum traicere aut mittere Α⁷Ν⁴ θαλδ.:
essallam misere ΠΑΡΝ uellet Α⁷Ν⁴θαλδ.: om. ΠΝ
non ΠΝ(et ut credo restituit Ν⁴)θ: om. Ν¹Vat annum (Scip.)
M²Α⁷Ν⁴ uel Ν³θ: annuis ΠΝ: annum is Ν¹

imperium est. Ita prouinciae exercituumque in eum annum partita imperia.

8 Inter maiorum rerum curas comitia maximi curionis, cum in locum M. Aemili sacerdos crearetur, uetus excita-
2 uerunt certamen, patriciis negantibus C. Mamili Atelli, qui unus ex plebe petebat, habendam rationem esse quia nemo
3 ante eum nisi ex patribus id sacerdotium habuisset. Tribuni appellati ad senatum *(rem)* reiecerunt: senatus populi potestatem fecit: ita primus ex plebe creatus maximus curio
4 C. Mamilius Atellus. Et flaminem Dialem inuitum inaugu-
rari coegit P. Licinius pontifex maximus C. Valerium Flac-
cum; decemuirum sacris faciundis creatus in locum Q.
5 Muci Scaeuelae demortui C. Laetorius. Causam inaugurari
coacti flaminis libens reticuisse, ni ex mala fama in
bonam uertisset. Ob adulescentiam neglegentem luxurio-
samque C. Flaccus flamen captus a P. Licinio pontifice
maximo erat, L. Flacco fratri germano cognatisque aliis ob
6 eadem uitia inuisus. Is ut animum eius cura sacrorum et
caerimoniarum cepit, ita repente exuit antiquos mores ut
nemo tota iuuentute haberetur prior nec probatior primo-

¹⁷ exercituumque *Lov.* 1. 2. *Ber.*: exercituumque (*uel -quae*) ΠΝ: exercitusque *C²M²A^xθald.* *Frob.* 1. 2 annum (partita) in *Voss corrector Frob.* 2. *Drak.*: locum ΠΝ. *ald.* *Gron.*

8 1 curas *C²A^xθald.*: curas cum ΠΝ (scil. ex uoce sq. cum duplicato)
2 ex plebe petebat πΑ^v?*ald.*: fuit ex plebe petens ΑΝθ (ub
fuit petens, i.e. candidatus, *merum est glossenia*) 3 rem *Gron.*
om. ΠΝθ (sc. ante rei-) populi Π: populo Α¹?Νθ*ald.*; lectionem *Put defendit Gron.* laudans *Sall. Iug.* 79. 8 Graeci optionem Carthaginien-
sium faciunt; *de locis quos ex Liui libro 43 citant Edd., in 43. 15. 5 Datiu*
potius fauet codex, ex 43. 22 6 hic potestatis requirendum erat. Nihi
tamen mutamus 4 Et ΠΝJ ut s. l. *ald.*: cum θ, cf. § 8
flaminem *ald.*: flamē *P*: flamen *CRMB*: flamē *DANθ* inaugu-
rari ed. *Colon.* 1525(*u. § 5*): augurari ΠΝθ (cf. 26. 13. 7 *adn.*) decem-
uirum *PCR*: decemuirorum *R^xMBDANθ* (sed et d- θ): decemui
Madv., sed cf. 3. 40. 12 *adn.* faciundis (facun- *B*) Π, cf. c. 6. 16
faciendis *ANθ* 5 inauguari *Frob.* 1. *u. § 4* (-re ΠΝθ*ald.*, cf. c.
4. 13 *adn.*) coacti ΠΝ¹(-is *N*)*J*: creati *J* ut s. l. *K* reti-
cuissem Π et *A^x* (-set *A^vθ*) captus (sed capp- *PR*: cap- *R¹*) ΠΝ¹
cf. *Weissenb.* ad loc.: creatus *J* ut s. l. *K*

ribus patrum, suis pariter alienisque, esset. Huius famae 7 consensu elatus ad iustum fiduciam sui rem intermissam per multos annos ob indignitatem flaminum priorum repetiuit, ut in senatum introiret. Ingressum eum curiam cum 8 P. Licinius praetor inde eduxisset, tribunos plebis appellauit. Flamen uetustum ius sacerdotii repetebat: datum id cum toga praetexta et sella curuli ei flamonio esse. Praetor 9 non exoletis uetustate annualum exemplis stare ius, sed recentissimae cuiusque consuetudinis usu uolebat: nec patrum nec auorum memoria Dialem quemquam id ius usurpare. Tribuni rem inertia flaminum oblitteratam 10 ipsis, non sacerdotio damno fuisse cum aequum censuissent, ne ipso quidem contra tendente praetore, magno adsensu patrum plebisque flaminem in senatum introduxerunt, omnibus ita existimantibus magis sanctitate uitae quam sacerdotii iure eam rem flaminem obtinuisse.

Consules priusquam in prouincias irent, duas urbanas 11 legiones in supplementum quantum opus erat ceteris exercitibus militum scripserunt. Vrbanum ueterem exercitum 12 Fuluius consul C. Fuluio Flacco legato—frater hic consulis erat—in Etruriam dedit ducendum et legiones quae in Etruria erant Romam deducendas. Et Fabius consul reliquias 13 exercitus Fuluiani conquisitas—fuere autem ad quattuor

11 uideretur C⁴M²B²AN³θald.: uidetur π, cf. c. 1. 11 adn. constiterat C^xM²A¹θald.: constituerat ΠΝ ibi ΠΝ. ald. Frob. 1. 2: ibi θ, cf. c. 5. 2 12 ante priora add. iis PR. ald., tis C, his R²MBDAN³ (hiis J): om. Sp?Frob. 2 et delet N⁴ ante cum (praes.) idd. iis PCR, his R² etc., ei A⁷θald. Frob. 1. 2: delet N⁴ 13 uera quae CMBDAN. ald. Frob. 1. 2: ueraq. PR (-que R): quae uera θ (sed quae adf. uera), cf. c. 37. 5 adn. 14 ne PCRN⁴ ut s. l. θ: non R¹MBDAN

dem dolo inuictus fuisse, haud procul Metaponto insidias
 15 ponit. Fabio auspicanti priusquam egredieretur ab Tar-
 ento, aues semel atque iterum non ~~ad~~ⁱⁿ ~~ponere~~ addixerunt. Hostia
 quoque caesa consulenti deos haruspex caendum a fraude
 16 hostili et ab insidiis praedixit. Metapontini postquam ad
 constitutum non uenerat diem remissi ut cunctantem hor-
 tarentur ac repente comprehensi, metu grauioris quaestionis
 detegunt insidias.

17 Aestatis eius principio qua haec agebantur, P. Scipio in
 Hispania cum hiemem totam reconciliandis barbarorum
 animis partim donis, partim remissione obsidum captiuor-
 umque absumpsisset, Edesco ad eum clarus inter duces
 2 Hispanos uenit. Erant coniunx liberique eius apud Ro-
 manos; sed praeter eam causam etiam uelut fortuita incli-
 natio animorum quae Hispaniam omnem auerterat ad Ro-
 3 manum a Punico imperio traxit eum. Eadem causa
 Indibili Mandonioque fuit, haud dubie omnis Hispaniae
 principibus, cum omni popularium manu relicto Hasdrubal
 4 secedendi in imminentes castris eius tumulos unde per
 continentia iuga tutus receptus ad Romanos esset. Has-
 drubal cum hostium res tantis augescere incrementis cer-

14 fuisse ΠN .^{ald.}*Frob.* 1. 2: esset $Sp?A^7\theta$ 15 a (fraude) A^7
 $N^4\theta$.^{ald.}*Frob.* 1. 2: om. ΠN 16 constitutum ΠN^1 (-tus N), cf. 3.
 22. 4: constitutam θ .^{ald.}*Frob.* 1. 2, cf. e.g. cc. 17. 14; 23. 5; 30. 6; 38.
 4 (et 1. 50. 1 et 2. 49. 2). *Ex his et aliis exemplis patet genus fem. proprie-*
usurpari in iuris formulis de die uel statuenda uel statuta; extra has
formulas licebat semper masculino uti, sed si fem. eligebatur semper
notionem illam legalem importabat (nisi ubi dies i. q. aetas erat, ut e.g.
in 29. 1. 23)

17 1 agebantur ΠN ^{ald.}*Frob.* 1. 2: gerebantur θ partim (re-
 missione) $CR^1MBDAN\theta$: partis PR ('parti P^2 ', *Luchs, quod nos non*
repperimus). *De -s pro -m* cf. *Praef.* § 79 et 22. 2. 2 *adn.* Cf. etiam
e.g. 26. 1. 4; 26. 39. 14; 27. 1. 15; 27. 27. 3; 28. 2. 12; 28. 5. 8;
 28. 9. 14; 28. 15. 14; 28. 20. 2; 28. 45. 18; 29. 3. 11; 30. 10. 3; 30.
 24. 10; et (-m pro -s) *u. c.* 40. 7 *adn.* ad eum ΠN .^{ald.}*Frob.* 1. 2:
 om. θ 2 Punico A^7N^4 *ut s. l. \theta*: *ponic*, PR : *poni* -c. R^2MB
 $DA?N$ (*sed pro a Puni- praebet D apponi*): *ponico* M^2 : *poeni* C
 3 popularium πA^7N^4 *ut s. l. \theta*: *populorum* AN
 4 tantis $\Pi N\theta$ (*sed -tas J*)^{ald.}: tacitis *SpFrob.* 2 (*de errore cf. cum Drak.*
 40. 9. 5)

neret, suas imminui ac fore ut, nisi audendo aliquid moueret, qua coepissent ruerent, dimicare quam primum statuit. Scipio audior etiam certaminis erat cum a spe quam 5 successus rerum augebat tum quod priusquam iungerentur hostium exercitus cum uno dimicare duce exercituque quam simul cum uniuersis malebat. Ceterum etiamsi cum pluri- 6 bus pariter dimicandum foret, arte quadam copias auxerat. Nam cum uideret nullum esse nauium usum, quia uacua omnis Hispaniae ora classibus Punicis erat, subductis nauibus Tarracone nauales socios terrestribus copiis addidit; et armorum affatim erat *(et)* captorum Carthagine et 7 quae post captam eam fecerat tanto opificum numero inclusa.

Cum iis copiis Scipio ueris principio ab Tarracone 8 egressus—iam enim et Laelius redierat ab Roma, sine quo nihil maioris rei motum uolebat—ducere ad hostem pergit. Per omnia pacata eunti, ut cuiusque populi fines transiret 9 prosequentibus excipientibusque sociis, Indibilis et Mandonius cum suis copiis occurrerunt. Indibilis pro utroque 10 locutus haudquaquam *(ut)* barbarus stolide incauteue, sed

4 moueret *C¹M¹θald.*: mouerent ΠN *De -rent pro -ret et -rant*
pro -rat cf. Praef. § 79 et e.g. 26. 8. 7 ; 26. 28. 13 ; 26. 51. 11 ; 27. 1. 5 ;
27. 5. 14 ; 28. 6. 11 ; 28. 15. 11 ; 30. 33. 10 ruerent *SpA⁷N⁴ ut*
s. l. θFrob.2 : fluenter $\Pi(C^?)N.ald.$, fort. recte (sed aliud 7. 29. 5 ; 7. 32.
7) : fluere C² in ras. : an fluere ruerent legendum ? 5 audior
πA⁷N⁴ ut s. l. θald.Frob.1.2 : auditus AN a *Sp?Frob.2, cf. e.g.*
26. 1. 3 : ea $\Pi N\theta ald.$, uix recte, quamquam conferendum est e.g. 1. 23.
*10 6 Punicis erat A⁷N⁴θald.Frob.1.2 : om. ΠN , u. *infra**
7 et captorum Carthagine Alscheski : captorum Carthagine A⁷N⁴θald.
*Frob.1.2 : om. ΠN (*linea ante alterum et omissa, cf. § 9 infra et 26. 51.*
8 adn.) numero incluso *A⁷N⁴θald.Frob.1.2 : om. ΠN (sed uoces*
Cum iis copiis (§ 8) scribit P uelut nouam paragrapham incepturnus, unde
conicere licet lineam solita breuiores excidisse) : ad lineam supplendam
coniciunt numero (officinis) incluso Weissenb. (n. in officinis inc. Perthes),
cf. 26. 51. 7, numero illic inclusio Rossbach, frustra 8 copiis Π
Nθald. : om. Sp ut uid.Frob.2 iam enim $\Pi N\theta$: om. *Sp, lacu-*
nula relicta motum *ΠNSp ut uid. ald.Frob.1.2 : om. θ*
9, 10 post Indibilis (§ 9 om. et . . . Indibilis ΠN , xliv litteris (fort. iii
lineis) ob δμ. deperditis, cf. 26. 51. 8 adn. : supplant A⁷ uel A⁸N³θald.
Frob.1.2 10 ut *ald.Frob.1.2 : om. $\Pi N\theta$, cf. 28. 5. 2 ; 30. 2. 8**

potius cum uerecundia (ac) grauitate, propiorque excusanti transitionem ut necessariam quam glorianti eam uelut primam occasionem raptam; scire enim se transfugae nomen exsecrabile ueteribus sociis, nouis suspectum esse; neque eum se reprehendere morem hominum si tam anceps odium causa, non nomen faciat. Merita inde sua in duces Carthaginenses commemorauit, auaritiam contra eorum superbiamque et omnis generis iniurias in se atque populares. itaque corpus dumtaxat suum ad id tempus apud eos fuisse: animum iam pridem ibi esse ubi ius ac fas crederent colli; ad deos quoque confugere supplices qui nequeant hominum uim atque iniurias pati. se id Scipionem orare ut transitio sibi nec fraudi apud eum nec honori sit. quales ex hac die experiundo cognorit, perinde operae eorum pretium faceret.

15 Ita prorsus respondet facturum Romanus, nec pro trans-

10 ac *Alschesfski*: et *C¹* uel *C²*: *om.* $\Pi N\theta$ et (sed uerecunda grau-) *ald.Frob.1.2* excusanti *C²M²BDANθ*: excusati π , cf. c. 16. 8 quam $\Pi N\theta$ *ald.Frob.1.2*: qua *Sp* eam uelut *C^xald.*: ea uelut ΠNSp , cf. 26. 41. 12 *adn.*: ea uelut ad *Rhen.Frob.2* raptam πN^2 *ald.*: rapta *SpFrob.2*: ratam *AN* 11 se (reprehendere) *M²BDANSp* ut *uid. θald.*: si πN morem *A^x ed.* *Mediol. 1505 Rhen.Frob.2*: amorem *SpA⁷N⁴θ*: nomen Π (*A?* et *A^v*? *uocem ab A⁷ erasam restituens*) *θald.* tam $\Pi N\theta$ *ald.Rhen.*: tamen *Sp?N⁶Frob.2* 12 iniurias *A⁷N⁴θald.Frob.1.2*: iniuriam *C⁴M¹* uel *M²*: iniuria ΠN ; cf. de -s omissio e.g. 26. 2. 5; 26. 12. 10; 26. 23. 4; 26. 48. 7; 27. 6. 6; 27. 47. 4; 27. 49. 5; 28. 1. 2; 28. 5. 12; 28. 14. 5; 30. 11. 4 (u. de -s addito 26. 40. 14 *adn.*) in se atque *A⁷N⁴* ut s. l. *θald.Frob.1.2*: in statque $\Pi(A?)N$ (del. in *C⁴*) sed in *P* post primam litteram *uocis* iniuria cetera obscura sunt, ubi aliquid infra uidetur primo scriptum esse. *Fort.* iteratas primo scripsit *P*, quod ipse (ubi uidit praesumptum) in iniurias mutare uoluit, unde iniurias iteratas in se atque conicias 13 ad deos *A⁷θFrob.1.2*: adeos (uel ad eos) ΠN *ald.* 14 transitio *C²* uel *C³A⁷N⁴* ut s. l. θ *Edd.*: trasitio *P*: traditio $\Pi^2(A?)N$ hac ΠN *ald.*: ea *SpA⁷N⁴* ut s. l. *θ Frob.2* (cf. c. 16. 16 *adn.*) cognorit *PCR*: cognouerit *R¹MBD^x*(-out *D*)*ANθ* operae (uel -re) *PN⁴* ut s. l. *θald.Frob.1.2*: opera $\Pi^2 N$ faceret ΠN *Aldus*: faciat *SpN⁴* ut s. l. θ *Edd.* ante *Ald.Frob.2*, sed faceret *Litianae structurae similius*. Vide 23. 43. 12 *adn.* et *App. II ad Liui lib. II Cantab. 1901 editum de temporib. in O. O. uariatis*. Cf. etiam 26. 3. 2; 26. 29. 7; 26. 36. 2; 27. 43. 8; 27. 51. 3; 28. 2. 2; 28. 5. 15; 28. 7. 7; 28. 28. 7; 28. 34. 10 (?); 30. 42. 10 et 18 et 19 15 ita prorsus *MN⁴θald.Frob.1.2*: prorsus ita *A^v* in marg.: ita prosus *PCR*: ita pro suis *BD*: pro suis ita *AN*: ita *N²*

ugis habiturum qui non duxerint societatem ratam ubi nec di-
uni quicquam nec humani sanctum esset. Productae deinde 16
n conspectum iis coniuges liberique lacrimantibus gaudio
edduntur, atque eo die in hospitium abducti : postero die 17
pedere accepta fides dimissique ad copias adducendas.
isdem deinde castris tendebant donec ducibus iis ad
ostem peruentum est.

Proximus Carthaginiensium exercitus Hasdrubalis prope 18
rbem Baeculam erat. Pro castris equitum stationes habe-
ant. In eas uelites antesignanique et qui primi agminis 2
rant aduenientes ex itinere priusquam castris locum acci-
erent, adeo contemptim impetum fecerunt ut facile
ppareret quid utriusque parti animorum esset. In castra 3
epida fuga compulsi equites sunt signaque Romana portis
rope ipsis inflata. Atque illo quidem die irritatis tantum 4
d certamen animis castra Romani posuerunt : nocte Has- 5
rubal in tumulum copias recipit plano campo in summo
atentem ; fluuius ab tergo, ante circaque uelut ripa pre-
eps oram eius omnem cingebat. Suberat et altera inferior 6
immissa fastigio planities ; eam quoque altera crepido
aud facilius in adscensum ambibat. In hunc inferiorem 7

¹⁶ iis *A^rald.* : is *PCR* : eius *Sp?A^rN⁴* ut s. l. *θFrob.2* : his *R¹MB*
A^rN (*hic tamen ipse eius suprascripsit*, his *dclens* ; *tum* eius ut s. l.
θ suum) *commendat N⁴*) abducti *πSp?B²NFrob.2* : adducti
θald. ¹⁷ castris *ΠN* : in castris *N⁴* ut s. l. *θald.Frob.1.2* (*si-*
! A^r)

¹⁸ 1 Baeculam *Sigoni* ex c. 20. 3 et *Polyb.* 10. 38. 7 : betulam *A^r?*
ec- *A^r?* *θ* : baesulam *πA^r* (*sed bes-*) *N* : belusam *D* : regulam (*uel*
egulam) *N⁴* ut s. l. : *add. in marg.* besula urbs *A^r* (*betula A⁴*)
In *N⁴* ut s. l. *θ* : *om.* *ΠN*, cf. 26. 13. 7 *adn.* acciperent *ΠN* :

perent N⁴ ut s. l. *θald.Frob.1.2* ³ ipsis *πA^rN⁴Aldus* : *om.* *A*
θ Edd. ante Ald. ⁴ illo *ΠN.ald.Frob.1.2* : *eo θ* ⁵ reci-
t *ΠN* : recepit *N⁴* ut s. l. *θald.Frob.1.2*, cf. c. 5. 9 *adn.* patent-
m ; fluuius *Sp* ut uid. *A^rN⁴θFrob.2* : patent. et (*uel* patentet) fuluius
uuius *A^r* : fluuius *N*) *ΠN* : patent fluuius *N¹* : patentem et fluuius
d. ⁶ et *ΠN.ald.Frob.1.2* : *ex N¹θ* inferior *A^r?*

⁴ ut s. l. *θ* : interior *ΠN* altera (crepido) *Frob.1.2* : alteram
N.ald., cf. 26. 40. 11 *adn.* facilius in ads-(*sed as-*)-censum
ed -su K) *ΠNθald.Frob.1.2* : faciliori adscensu *Madv.*, *sed codd. lectio*
sendenda est subaudiendo ‘*facilius Romanis in adscensum uenientibus*’.
etiam e.g. in utramque partem

campum postero die Hasdrubal postquam stantem pro castris hostium aciem uidit, equites Numidas leuumque armorum Baliares et Afros demisit.

8 Scipio circumiectus ordines signaque ostendebat hostem praedamnata spe aequo dimicandi campo captantem tumulos, loci fiducia non uirtutis armorumque stare in conspectu; sed altiora moenia habuisse Carthaginem, quae transcendisset miles Romanus; nec tumulos nec arcem, ne mare quidem armis obstitisse suis. ad id fore altitudines quas cepissent hostibus ut per praecipitia et praerupta salientes fugerent; eam quoque se illis fugam clausurum. Cohortesque duas alteram tenere fauces uallis per quam deferretur amnis iubet, alteram uiam insidere quae ab urbe per tumuli obliqua in agros ferret. Ipse expeditos qui pridie stationes hostium pepulerant ad leuem armaturam infimo stantem supercilio dicit. Per aspreta primum, nihil aliud quam uia impediti, iere; deinde ut sub ictum uenerunt, telorum primo omnis generis uis ingens effusa in eos est ipsi contra saxa quae locus strata passim, omnia ferme missilia, praebet ingerere, non milites solum, sed etiam turba calonum immixta armatis.

7 Bali- ΠN (cf. 21. 21. 12 adn.) : bale- $M^2 A^7 \theta$; bali- *praebet P in c*
 2. 6; 28. 37. 8; 28. 46. 7 al. demisit *Aldus Frob. 1.2, cf. 7. 23.* (ubi dem. contra codd. legendum) : dimisit $\Pi N \theta$ *Edd. ante Ald.*
 8 aequo dimicandi θ *Frob. 2* : dimicandi aequo ΠN (equo) *ald.* Cf. c. 11
 11 et 28. 2. 15 adn. armorumque ΠN . *ald.* (-que ut e.g. in 7. 34
 12; 21. 10. 12) : aut armorum $Sp? N^4 \theta$ *Frob. 2* 9 ne PCRA
Frob. 2 : nec $R^1 MBDAN \theta$ *ald.* hostibus $Sp? N^4$ ut s. l. *Frob. 2*
 hostes $\Pi N \theta$ *ald.* (Cf. de -is et -ib. corruptis c. 2. 8) 10 defen-
 retrur πN^7 (-ff- N) *J. ald.* : deferreretur *D* : desertur $Sp? K$ *Frob. 2*
 ab urbe *PMN Edd.* : ad urbe N^x (non N^4 ut s. l.) in agros.
MN Edd. : per in agros N^7 (non N^4) qui aliquid ab N^4 scriptum eras-
 infimo ΠN . *ald. Frob. 1.2* (sc. "infima parte inferioris planitei")
 in summo A^v ut s. l. θ 11 aspreta Sp *Frob. 2*, cf. e.g. 9. 35.
 cum adn. : aspera $\Pi N \theta$ *ald.* primum Sp ut uid. $A^7 N^4$ ut s. l.
ald. Frob. 1.2 : prima ΠN (cf. c. 30. 12 adn.) : primo M^2 ictu
 πN^4 ut s. l. : iactum $AN \theta$ *ald. Frob. 1.2* 12 *praebet A^7 N^4* ut s.
ald. Frob. 1.2 : *praemet* πN : premet *CD* (in C $\overset{x}{\text{omnia}}$. . . $\overset{x}{\text{premet}}$ notata sunt) : prement *A*

Ceterum quamquam adscensus difficilis erat et prope 13
 obruebantur telis saxisque, adsuetudine tamen succedendi
 muros et pertinacia animi subierunt primi. Qui simul cepere 14
 aliquid aequi loci ubi firmo consistenter gradu, leuem et
 concursatorem hostem atque interuallo tutum cum procul
 missilibus pugna eluditur, instabilem eundem ad comminus
 conserendas manus, expulerunt loco et cum caede magna
 n aciem altiore superstantem tumulo impegere. Inde 15
 Scipio iussis aduersus medium euadere aciem uictoribus
 ceteras copias cum Laelio diuidit, atque eum parte dextra
 umuli circumire donec mollieris adscensus uiam inueniret
 ubet: ipse ab laeuia, circuitu haud magno, in transuersos
 hostes incurrit. Inde primo turbata acies est dum ad cir- 16
 cumsonantem undique clamorem flectere cornua et obuer-
 ere ordines uolunt. Hoc tumultu et Laelius subiit; et 17
 lum pedem referunt ne ab tergo uolnerarentur, laxata prima
 cies locusque ad euadendum et mediis datus est, qui per 18
 am iniquum locum stantibus integris ordinibus elephantis-
 que ante signa locatis nunquam euassisent. Cum ab omni 19
 arte caedes fieret Scipio, qui laevo cornu in dextrum
 incucurrerat, maxime in nuda latera hostium pugnabat; et 20
 am ne fugae quidem patebat locus; nam et stationes
 trimque Romanae dextra laeuaque insederant uias, et porta
 astrorum ducis principumque fuga clausa erat, addita

13 adscensus (*uel asc-*) *CM²BDANθ*: accensus *PRM*

3, 14 primi. Qui $\pi B^x N \theta ald. Frob. 1.2$ (*interfunxit N ante primi*):
 rimi quis *B*: primique *F. Leo* 14 cum caede $\Pi N. ald.$: caede
 $p?N^4$ ut *s. l. θFrob.2* altiore $\Pi N(-rem B^x) ald.$: altiori *Spθ*,
rt. recte, cf. 9. 34. 23 adn. et Neue-Wagener II p. 266. Cf. etiam c. 30.
 $; 28. 17. 15; 29. 26. 4; 42. 65. 10$ 15 ipse *MBDANθ*: ipsi
'CR circuitu *MBDANθ*: circumitu *PCR*, cf. c. 15. 13 *adn.*

17 et (dum) *CMDAN¹(om. N θald. : ei PRB* 18 laxata
l²θald. Frob. 1.2: latata π : lassata *A⁷N⁴* (*an lax-?*): lata *BDAN*

19 fieret $\Pi N \theta ald.$: fierent *Sp?Frob.2* 20 incucurrerat π :
currerat ANθald. Frob. 1.2 latera hostium π : hostium latera
Nθald. Frob. 1.2, cf. 26. 5. 17 adn. 20 nam *A⁷N¹* (*an N⁴ re-*
riptus?) *θ*: *om. Π N, uix recte* porta ... clausa erat (*sed clau-*
serat RBDAN) πN : portam '-tas *A^v* ... clauerat *MA^vθald. Frob. 1.2*

trepidatione elephantorum quos territos aequae atque hostes timebant. Caesa igitur ad octo milia hominum.

19 Hasdrubal iam ante quam dimicaret pecunia raptâ elephantisque praemissis, quam plurimos poterat de fuga exci-
2 piens praeter Tagum flumen ad Pyrenaeum tendit. Scipio castris hostium potitus cum praeter libera capita omnem praedam militibus concessisset, in recensendis captiuis decem milia peditum, duo milia equitum inuenit. Ex his Hispanos sine pretio omnes domum dimisit, Afros uendere
3 quaestorem iussit. Circumfusa inde multitudo Hispanorum et ante deditorum et pridie captorum regem eum ingenti
4 consensu appellauit. Tum Scipio silentio per paeconem facto sibi maximum nomen imperatoris esse dixit quo se milites sui appellassent: regium nomen alibi magnum,
5 Romae intolerabile esse. regalem animum in se esse, si id in hominis ingenio amplissimum ducerent, taciti iudicarent:
6 uocis usurpatione abstinerent. Sensere etiam barbari magnitudinem animi, cuius miraculo nominis alii mortales
7 stuparent id ex tam alto fastigio aspernantis. Dona inde regulis principibusque Hispanorum diuisa, et ex magna copia captorum equorum trecentos quos uellet eligere Indibilem iussit.
8 Cum Afros uenderet iussu imperatoris quaestor, puerum adultum inter eos forma insigni cum audisset regii generis
9 esse, ad Scipionem misit. Quem cum percontaretur Scipio

20 atque $N^4\theta ald.Frob.1.2$: om. ΠN

19 2 Ex his *K*: ex iis *J.ald.Frob.1.2*: ex *PRM* (his *ante hisp omissio*): et *CDN*: exim M^2 : om. A omnes domum $\Pi N.ald.Frob.1.2$: domum omnes θ , cf. c. 37. 5 *adn.* 3 eum $\Pi N\theta$: cun N^2 ingenti consensu $\pi A^7 uel A^8 N^2 \theta ald.Frob.1.2$: om. AN , cf. e.g. § 10 4 intolerabile $\Pi N\theta ald.$: intolerandum *SpFrob.2*
5 se $N^4 ut s. l. \theta ald.Frob.1.2$: om. ΠN (*i.e.* inesse) hominis 1
 $A^7 NK.ald.Frob.1.2$: homines $AN^4 ut s. l.$ (*qui uocem praec. in uidetu substrinxisse*): oris *J*: horis *J²* in marg. *ut s. l.* taciti $A^7 N^4$ 2
s. l. \theta, cf. e.g. 24. 1. 8: tacite (*uel -tae*) $\Pi N.ald.Frob.1.2$, fort. rec
6 Sensere $\theta ald.Frob.1.2$: censere ΠN alto $A^7 \theta ald.Frob.1.2$: magno ΠN 7 captorum *PN*: captiuorum N^7

quis et cuias et cur id aetatis in castris fuisse, Numidam esse ait, Massiuam populares uocare: orbum a patre relicturn apud maternum auum Galam, regem Numidarum, eductum, cum auunculo Masinissa, qui nuper cum equitatu subsidio Carthaginiensibus uenisset, in Hispaniam traiecerat; prohibitum propter aetatem a Masinissa nunquam ante 10 proelium inisse: eo die quo pugnatum cum Romanis esset inscio auunculo clam armis equoque sumpto in aciem exisse; ibi prolapso equo effusum in praeceps captum ab Romanis esse. Scipio cum adseruari Numidam iussisset, 11 quae pro tribunali agenda erant peragit; inde cum se in praetorium recepisset, uocatum eum interrogat uelletne ad Masinissam reuerti. Cum effusis gaudio lacrimis cupere 12 uero diceret, tum puero anulum aureum tunicam lato clavu cum Hispano sagulo et aurea fibula equumque ornatum donat, iussisque prosequi quoad uellet equitibus dimisit.

De bello inde consilium habitum; et auctoribus quibus 20 dam ut confestim Hasdrubalem conquereretur, anceps id 2 ratus ne Mago atque alter Hasdrubal cum eo iungerent copias, praesidio tantum ad insidendum Pyrenaeum missos ipse reliquum aestatis recipiendis in fidem Hispaniae populis absumpsit.

Paucis post proelium factum ad Baeculam diebus cum 3

⁹ esse ΠΝ, cf. 26. 48. 13 adn.: esse se Ν⁷θ: se esse Α^vαλδ. Frob. 1.

² (de ordinis uariatione additamentum indicante cf. c. 34. 3 adn.)

Massiuam C, cf. Sall. Iug. 35 (alium quemdani eodem nomine): massium πΝ(sed in N -u- pleniore cal., cf. c. 2. 10 adn.) J: masium K

eductum BDAN: edictum π: educatum M²Α⁷ uel A⁸αλδ. Frob. 1.2, sed cf. 2. 9. 6 et Liui lib. 2 ed. Cantab. ad loc.

10 proper-

ter aetatem πΑ⁷Ν⁴ uel Ν⁸θαλδ. Frob. 1.2: om. AN, cf. e.g. § 3

die ΠΝ: die se Ν⁷ uel Ν⁴θαλδ. Frob. 1.2, cf. § 9 et 26. 48. 13 adn.

inscio C²M²BDANθαλδ. Frob. 1.2: inscipio π, cf. c. 20. 8 adn.

11 uelletne (uel -et ne) Ν⁴θαλδ. Frob. 1.2: uelle π, cf. c. 1. 11

adn.: uellet M 12 quoad (uel quo ad) CBANθαλδ. : quoac P

RM: quoa D dimisit ΠΝ. αλδ. Frob. 1.2: dimittit θ, minus bene

hic

20 1 consequeretur ΠΝθαλδ. : persevereretur Sp?Frob. 2

² alter Ν⁴θ: om. ΠΝ. αλδ. Frob. 1.2 ipse C⁴M²BDANθ: ipso π

3 Bacculam πΝ⁴ (cf. c. 18. 1): betulam ANθ (ad b- Α⁷: a b- Α)

Scipio rediens iam Tarraconem saltu Castulonensi excessisset, Hasdrubal Gisgonis filius et Mago imperatores ex ulteriore Hispania ad Hasdrubalem uenere, serum post male gestam rem auxilium, consilio in cetera exsequenda 4 belli haud parum opportuni. Ibi conferentibus quid in cuiusque prouinciae regione animorum Hispanis esset, unus Hasdrubal Gisgonis ultimam Hispaniae oram quae ad Oceanum et Gades uerget ignaram adhuc Romanorum esse 5 eoque Carthaginiensibus satis fidam censebat: inter Hasdrubalem alterum et Magonem constabat beneficiis Scipionis occupatos omnium animos publice priuatimque esse nec transitionibus finem ante fore quam omnes Hispani milites aut in ultima Hispaniae amoti aut traducti in 6 Galliam forent. itaque etiam si senatus Carthaginiensium non censuisset, eundum tamen Hasdrubali fuisse in Italiam ubi belli caput rerumque summa esset, simul ut Hispanos omnes procul ab nomine Scipionis ex Hispania 7 abduceret. exercitum eius cum transitionibus tum aduerso proelio imminutum Hispanis repleri militibus, et Magonem Hasdrubali Gisgonis filio tradito exercitu ipsum cum grandi pecunia ad conducenda mercede auxilia ir 8 Baliares traicere; Hasdrubalem Gisgonis cum exercitu

3 iam $\Pi N.ald.Frob.1.2$: om. θ (iam ante excess- *praebentes*, cf. c. 37
 5 *adn.*) Gisgonis filius (*uel* fil. : *lil* *B*) $\pi B^2 ald.Frob.1.2$: filiu
 gisgonis θ , cf. *adn. praec.* exsequenda (*uel* *exe-*) $\Pi N\theta$
 exsequendi *Madv. Em. p. 396* belli $M^2 BDAN\theta$: uelli 1
 haud $A^7 N^4$ *ut s. l. \theta ald.Frob.1.2*: hauo *P* (cf. 28. 18. 6): hann
 π^2 , cf. 28. 8. 4 *adn.*: anno *AN*: animo C^4 *ut s. l.* 4 prouincia
 (*uel* -cie *uel* -tie) $\Pi N\theta ald.Frob.1.2$, *quod tutari uolt Johnson*, cuiusqu
pro *Masculino* *genere interpretatus* (*et de* *regione* *prou.* cf. c. 35. 10)
ipse delere malim ut ex glossemate ortum: prouincia ac *Riemann* (*ia-*
prouincia et Madv.) Hispaniae oram A^7 *uel* $A^8 N^4$ (*horam*) *ak*
Frob.1.2: hispaniaeorum *PR*: hispaniam eorum *CMBDAN*
Gades C(sed -is) M² BDAN\theta, cf. 21. 21. 9 *adn.*: *cadis PR*: *cades R²*
 5 *amoti* $\Pi N.ald.$: *moti SpN^7\theta Frob.2* 6 *itaque etiā*
 $\Pi N.ald.Frob.1.2$: *ita \theta* rerumque $A^7 N^4$ *ut s. l. \theta*: *rerum \Pi*
cf. 26. 11. 12 adn. (c): *et rerum C² ald.Frob.1.2* *ut Sp?N⁴* i
s. l. \theta Frob.1.2: *et \Pi N.ald.*

penitus in Lusitaniam abire, nec cum Romano manus conserere; Masinissae ex omni equitatu quod roboris esset tria milia equitum expleri, eumque uagum per citeriorem Hispaniam sociis opem ferre, hostium oppida atque agros populari;—his decretis, ad exsequenda quae statuerant duces digressi. Haec eo anno in Hispania acta.

Romae fama Scipionis in dies crescere, Fabio Tarentum 9 captum astu magis quam uirtute gloriae tamen esse, Fului senescere fama, Marcellus etiam aduerso rumore esse, super- 10 quam quod primo male pugnauerat, quia uagante per Italiam Hannibale media aestate Venusiam in tecta milites abduxisset. Inimicus erat ei C. Publicius Bibulus tribunus 11 plebis. Is iam a prima pugna quae aduersa fuerat adsiduis contionibus infamem inuisumque plebei Claudium fecerat, et iam de imperio abrogando eius agebat cum tamen neces- 12 sarii Claudii obtinuerunt ut relicto Venusiae legato Marcellus Romam rediret ad purganda ea quae inimici obicerent nec

8 Lusitaniam $M^2A^7N^1\theta$: dusitanum P : lusitanum π^2R^2N (iusit- R)

Romano manus $SpA^7N^4\theta$ *Frob.2*: romanus ΠN , cf. c. I. II.
 $adn.$: romanis M^1B^x : romanis manus $ald.$ uagum N^4 ut s. l. θ
 $ald.$ *Frob.1.2*: uacuum ΠN , cf. c. 16. 4 $adn.$ duces $A^xN^4\theta$ *ald.*
 $Frob.1.2$: om. ΠN acta $N^4\theta$ *ald.**Frob.1.2*: accepta ΠN . De studio
'architectonico' Puteani cf. Praef. § 48 et 22. 39. 20; 22. 41. 7 (amplifica-
tio ibi ex dittogr. orta) $adn.$ Cf. in hoc tomo e.g. 26. 9. 7; 26. 31. 3; 27.
 I. 8; 27. 19. 10; 27. 30. 11; 27. 31. 1; 27. 32. 4; 27. 51. 13; 28. I. 2;
 28. 2. 8; 28. 12. 1; 28. 16. 8; 28. 31. 5; 28. 36. 13; 29. I. 8; 29. 27.
 3; 30. 10. 8; 30. II. 6. De erroribus sim. correctoris P^2 cf. 28. 8. 4
 $adn.$ 9 astu magis SpA^7 ut s. l. N^4 ut s. l. θ *Frob.2*: agis P cf.
 c. I. II $adn.$: magis π^2 : ingenio magis $AN.ald.$: fraude magis C^4 :
 astu *Gron.* fama *CRBDAN* θ *Edd.*: famam *PMN* $x(N^6?)$, cf. 26.
 40. II $adn.$ 10 tecta $\Pi N\theta$ *ald.**Frob.1.2*: exta Sp : aestiuia dubi-
 tanter *Rhen.* 11 ei M^1A^7 uel $A^8\theta$ *ald.**Frob.1.2*: et ΠN : ei et
 N^2 uel N^4 ut s. l. (*num recte?*) plebei πN : pl. *RB*: plebi A^7
 uel A^8N^2 uel $N^7\theta$ 12 cum tamen CN^2 uel $N^4\theta$ *ald.**Frob.1.2* (*recte*
hic, non ut in 6. 42. II ubi tandem Perizonius): cum tame *PR*: cum
 tam *R^2MBDAN*: tum tamen θ ut A^7N^2 uel N^4 ut s. l. θ : om.
 ΠN (*post -unt perditum*) Romam M^2N^2 uel N^4 ut s. l. θ : romae
 ΠN rediret $\Pi N.ald.$: ueniret $Sp\theta$ *Frob.2* obicerent A^7N^4 ut
 s. l. θ *ald.**Frob.1.2*: decernerent ΠN , unde conicit *Castiglioni* decerne-
 retur pro ageretur *inf.* (ΠNSp : agerent *ald.*), *uix recte, quamquam*
satemur excusationem erroris Puteani latere nec $\pi N\theta$ *Edd.*: ne
 CM^2A^7 ?

13 de imperio eius abrogando absente ipso ageretur. Forte sub
 idem tempus et Marcellus ad deprecandam ignominiam et
 21 Q. Fuluius consul comitiorum causa Romam uenit. Actum
 de imperio Marcelli in circo Flaminio est ingenti concursu
 2 plebisque et omnium ordinum. Accusauit tribunus plebis
 non Marcellum modo, sed omnem nobilitatem: fraude
 eorum et cunctatione fieri ut Hannibal decimum iam
 annum Italiam prouinciam habeat, diutius ibi quam
 3 Carthagine uixerit; habere fructum imperii prorogati
 Marcello populum Romanum; bis caesum exercitum eius
 4 aestiuia Venusiae sub tectis agere. Hanc tribuni orationem
 ita obruit Marcellus commemoratione rerum suarum ut non
 rogatio solum de imperio cius abrogando antiquaretur, sed
 postero die consulem eum ingenti consensu centuriae
 5 omnes crearent. Additur collega T. Quinctius Crispinus,
 qui tum praetor erat. Postero die praetores creati P.
 Licinius Crassus Diues pontifex maximus, P. Licinius Varus
 Sex. Iulius Caesar Q. Claudius.

6 Comitiorum ipsorum diebus sollicita ciuitas de Etruriae
 defectione fuit. Principium eius rei ab Arretinis fieri C.
 Calpurnius scripserat, qui eam prouinciam pro praetore obti-
 7 nebat. Itaque confessim eo missus Marcellus consul

21 1 plebisque $\Pi N \cdot ald \cdot Frob \cdot 1 \cdot 2$, cf. 29. 22. 11 (1. 43. 2; 2. 59. 7):
 plebis θ omnium $A^7N^2\theta$: omni ui Π (omni | ui P) N
 2 Accusauit $SpFrob \cdot 2$: accusauitque $\Pi N \theta ald$., fort. recte ut causa con-
 cursus omnium ordinum explicetur, cf. 26. 30. 12 3 Venusiae
 $C^2A^7N^4\theta ald$.: uenusia ΠN 4 antiquaretur BDA^7 in marg. $N \theta$
 ald .: antequaereretur π , cf. c. 20. 8 adn 5 Additur $\Pi N \cdot ald$.
 $Frob \cdot 1 \cdot 2$: additus θ , cf. 26. 16. 2 adn . T. $M^2AN\theta ald \cdot Frob \cdot 1 \cdot 2$,
 $cf. c. 22. 1$: tum π (i.e. conlegatum), sc. ex sq. tum $praesumpto$: ti P^x
 qui tum $CM^2BDAN^1\theta$: quintu PR : quintum MN : quitu P^x
 Postero die (diei R^2) $\Pi N \cdot ald \cdot Frob \cdot 1 \cdot 2$: tum θ Crassus
 $CN^1\theta$: arassus (cra- A^7) crassus πN Diues A^7N^4 ut tert. lect.
 θ : diuerso $\Pi (A^?)$: diuiso N : diu N^1 ut s. l. post Claudio $praeb-$
 ent Flamen $Frob \cdot 2$, Flaminius $Lov \cdot 1 Aldus$, sc. ex c. 22. 3 sumptum
 (u. adn. ad loc.): ignorant $\Pi N \theta Edd$. ante Ald . 6 pro praetore
 $Lov \cdot 1$ et in c. 22. 4 $Lov \cdot 3$: pro. pr (uel prop̄) ΠN (et in c. 22. 4):
 propraetor $A^7\theta$; cf. e.g. 26. 1. 7; 26. 2. 4; 27. 7. 11; 27. 29. 6; 27.
 33. 8; 27. 35. 2; 30. 1. 3; 30. 27. 8 7 Itaque $ald \cdot Frob \cdot 1 \cdot 2$:
 aque PRM : atque CM^2BDAN : ita θ

designatus, qui rem inspiceret ac, si digna uideretur, exercitu accito bellum ex Apulia in Etruriam transferret. Eo netu compressi Etrusci quieuerunt. Tarentinorum legatis 8 pacem petentibus cum libertate ac legibus suis responsum ab senatu est ut redirent cum Fabius consul Romam ienisset.

Ludi et Romani et plebeii eo anno in singulos dies 9 instaurati. Aediles curules fuere L. Cornelius Caudinus et Ser. Sulpicius Galba, plebeii C. Seruilius et Q. Caecilius Metellus. Seruilium negabant iure aut tribunum plebis 10 uisse aut aedilem esse, quod patrem eius, quem triumuirum grarium occisum a Boiis circa Mutinam esse opinio per nouem annos fuerat, uiuere atque in hostium potestate esse atis constabat. *RJ*

Vndecimo anno Punici belli consulatum inierunt M. 22 Marcellus quintum—ut numeretur consulatus quem uitio reatus non gessit—et T. Quinctius Crispinus. Vtrisque 2 consulibus Italia decreta prouincia est et duo consulum prioris anni exercitus—tertius Venusiae tum erat, cui Marcellus praefuerat—ita ut ex tribus eligerent duo quos uellent, tertius ei traderetur cui Tarentum et Sallentini prouincia uenisset. Ceterae prouinciae ita diuisae: praetoribus, 3 P. Licinio Varo urbana, P. Licinio Crasso pontifici maximo

9 in singulos $\pi^x R^x N \theta ald.$: sin singulos PR (i.e. annos in s.): singulos Frob. 2 et Luchs 1889 uestigiis Riemanni insistens, uix recte nam c. 6. 19; 29. 38. 8; 30. 26. 11 non eadem est formula instaurati $M^2 A^7$ ut uid. N^4 (-auiat) $N \theta ald$. Frob. 1. 2: inestaurati ΠN (Cornelius) A^7 uel $A^8 \theta ald$. Frob. 1. 2: om. ΠN Caudinus Frob. 2: gaudinus ΠN : claudius $\theta ald.$ et Q. Caecilius Metellus 17 $N^4 \theta ald$. Frob. 1. 2: om. ΠN , cf. 26. 51. 8 adn. 10 a (uel ab) Boiis $C A^7 \theta$: a bolis ΠN : a bohiis N^3 nouem C, cf. 21. 25. 3: exem π (sed in M littera -x- magnis litteris scribitur; cf. 23. 19. 17 dn.): decem $A N \theta ald$. Frob. 1. 2 Mutationes aliquae a barbaro uodam factae sequuntur in N, quas omnes Luchs falso ad Spirenanam originem attribuit

22 1 T. $A^7 N^3 \theta ald$, cf. c. 21. 5: om. ΠN 2 Vtrisque consulibus $N \theta ald$, cf. e.g. 29. 37. 17: utriusque consulum $S p? \theta$ Frob. 2 Varo ... Licinio $A^7 N^4 \theta ald$. Frob. 1. 2: om. ΠN , linea xviii litt. post Licinio deperdita, cf. 26. 51. 8 adn.

peregrina et quo senatus censuisset, Sex. Iulio Caesari
 4 Sicilia, Q. Claudio [Flamini] Tarentum. Prorogatum imperium in annum est Q. Fulvio Flacco ut prouinciam Capuam quae T. Quinti praetoris fuerat cum una legione obtineret. Prorogatum et C. Hostilio Tubulo est ut pro praetore in Etruriam ad duas legiones succederet C.
 5 Calpurnio. Prorogatum et L. Veturio Philoni est ut pro praetore Galliam eandem prouinciam cum iisdem duabus
 6 legionibus obtineret quibus praetor obtinueret. Quod in L. Veturio, idem in C. Aurunculeio decretum ab senatu, latumque de prorogando imperio ad populum est qui praetor Sardiniam prouinciam cum duabus legionibus obtinuerat. Additae ei ad praesidium prouinciae quinquaginta longae naues quas P. Scipio ex Hispania misisset. Et
 7 P. Scipioni et M. Silano suae Hispaniae suique exercitus in annum decreti. Scipio ex octoginta nauibus quas aut secum ex Italia adductas aut captas Carthagine habebat
 8 quinquaginta in Sardiniam tramittere iussus, quia fama era magnum naualem apparatus eo anno Carthagine esse

3 Flamini (uel fl.) πFrob.2, cf. c. 21. 5 adn. : flaminio $M^2AN\theta ald.$ seclusit Johnson (monente B. L. Hallward) ; neque enim si hic flam Dialis fuisse, factus esset praetor cum imperio, et siue unum ex flam maioribus hunc fuisse credas seu cognomen Flaminis (non alibi repertum huic indas, patricium fuisse coniendum est, neque eundem atque tribum illum qui in 21. 63. 3 nominatur. Fort. in marg. archetypi addidera aliquis Flaminini ut uoces (§ 4) t. quinti praetoris (v lineis infra in scriptas) cognomine illo inlustri explicaret, alium quam T. Quintius consulem hic nominari perperam ratus, idque ex marg. perperam h[ab] recepit P. 4 imperium in annum ΠN.ald.Frob.1.2 : in annum imperium θ, fort. recte, cf. Luchs Proleg. p. cx quae T. PCS Frob.2 : qua et RMBDAN : qua M^2 : qua et T. A⁷ : qua T. θ : i qua et T. ald. Quinti (sed quinti) πSp? : quintus BD : qui tius (uel quinct-) ANθald. pro praetore] u. c. 21. 6 adn. succederet A⁷N⁴θald.Frob.1.2 : sc. (uel sc) cederet πB²N (om. Etr. . . . pro praetore § 5 B) 5 Prorogatum CM²B²A⁷N³ praerogatum πN, cf. c. 13. 2 adn. eandem N³ uel N⁵θald tandem ΠN 6 Additae ei A⁷θald.Frob.1.2 : additum et Π(A N : addita N⁴ ut s. l. et delens (quod non uidit Luchs) quinquaginta longae N⁴ ut s. l. θald.Frob.1.2 : quinquagintae P, cf. c. 1. adn. : quinquaginta Π²N 7 tramittere Π² uel Π¹Nθ, cf. c. 5. adn. : transmittere P

ducentis nauibus omnem oram Italiae Siciliae Sardiniaeque impleturos. Et in Sicilia ita diuisa res est: Sex. Caesari 9 exercitus Cannensis datus est: M. Valerius Laeuinus—ei quoque enim prorogatum imperium est—classem quae ad Siciliam erat nauium septuaginta obtineret; adderet eo triginta naues quae ad Tarentum priore anno fuerant; cum ea centum nauium classe si uideretur ei praedatum in Africam traiceret. Et P. Sulpicio ut eadem classe Mace- 10 doniam Graeciamque prouinciam haberet prorogatum in annum imperium est. De duabus quae ad urbem Romam fuerant legionibus nihil mutatum. Supplementum quo 11 opus esset ut scriberent consulibus permisum. Vna et uiginti legionibus eo anno defensum imperium Romanum est. Et P. Licinio Varo praetori urbano negotium datum 12 ut naues longas triginta ueteres reficeret quae Ostiae erant et uiginti nouas naues sociis naualibus completeret, ut quinquaginta nauium classe oram maris uicinam urbi Romanae ueri posset. C. Calpurnius uetus ab Arretio mouere 13 exercitum nisi cum successor uenisset; idem et Tubulo imperatum ut inde praecipue caueret ne qua noua consilia orerentur.

Praetores in prouincias profecti: consules religio tenebat 23 quod prodigiis aliquot nuntiatis non facile litabant. Et ex 2

8 Siciliae Sardiniaeque $\pi N.ald.$ (Sic.-que ac S. $Sp? \theta Frob.2$)

πN Sicilia $\pi^x N \theta$: siciliae P ita $\Pi N.ald.Frob.1.2$: $om. \theta$

diuisa πN : diuersa D : diuise $N^x (fort. N^4) \theta$ est (post res) Π

$V.ald.Frob.1.2$: $om. Sp? N^2 \theta, fort. recte$ Π ut $N^4 \theta ald.Frob.1.2$:

$om. \Pi N$ consulibus $N^4 \theta$: consules ΠN 12 urbano θ :

urbem π , cf. e.g. cc. 4. 4; 33. 8; 26. 3. 9 (25. 1. 11 adn.): urbis $M^2 B$

DAN : urbe C^x completeret $\theta Frob.2$: impleret (uel inp-) $\Pi N.ald.$

maris A^7 uel $A^v? N^4 \theta$: magis ΠN 13 idem $\pi N \theta Edd.$:

$om. B$: eidem J. Perizonius, sensum perperam interpretatus

caueret $M^2 N^4$ ut s. l. θ : caperet ΠN orerentur Luehs 1879 p.

xxviii: orirentur N^4 ut s. l. $\theta ald.Frob.1.2$ (sed de forma Liuiiana cf.

1. 31. 5 adn. (et Neue-Wagener III p. 254) et 28. 46. 12; 29. 6. 11;

29. 12. 5): caperentur ΠN , quod ex correctura aliqua uocis caperet

ine dubio ortum est, cf. e.g. 4. 7. 11 adn.

23 i quod prodigiis . . . litabant] $om. N$: supplet N^3 in marg.

Et ex ΠN : ex $\theta ald.Frob.1.2$

Campania nuntiata erant Capuae duas aedes, Fortunae et Martis, et sepultra aliquot de caelo tacta, Cumis—adeo minimis etiam rebus prava religio inserit deos—mures in aede Iouis aurum rosisse, Casini examen apium ingens in 3 foro consedisse; et Ostiae murum portamque de caelo tactam, Caere uolturium uolasse in aedem Iouis, Volsiniis 4 sanguine lacum manasse. Horum prodigiorum causa diem unum supplicatio fuit. Per dies aliquot hostiae maiores sine litatione caesae diuque non impetrata pax deum. In capita consulum re publica incolumi exitiabilis prodigiorum euentus uertit.

5 Ludi Apollinares Q. Fuluio Ap. Claudio consulibus a P.. Cornelio Sulla praetore urbano primum facti erant; inde omnes deinceps praetores urbani fecerant; sed in unum 6 annum uouebant dieque incerta faciebant. Eo anno pestilenta grauis incidit in urbem agrosque, quae tamen magis in 7 longos morbos quam in permitiales euasit. Eius pestilentiae

² Cumis *Lipsius*: cum iis *PCR.ald.Frob.1.2*: cum his *C²R²MBD N⁶K*: cum *AN* (mox inerat pro inserit *intrudit N⁶*, *ibi interpungens ut deos mures coniungantur*) ³ prava *A⁷θald.Frob.1.2*: parua *ΠN*

Casini ΠN³J et (sed -ss-) ald.Frob.1.2: Casilini *K* quod uoluit *Pichon*, recte si Campania supra seuere interpreteris (*om. N Casini . . . consedisse: supplet N³*) ³ Ostiae (*sed -ie*) *K*: hostiae (*uel -ie*) *C²A⁷ald.Frob.1.2*: hostiam *N(ut puto)J*: ostis *π*, *sed cf. cc. 11. 2; 22. 12; 26. 19. 11 adn.*: ostiis *M²*: hostis *CDN^x*: osti *A* uolturium (*sed uul-*) *Π(A?)N.ald.Frob.1.2, cf. c. 11. 4*: uulturem *A⁷ uel A⁸N⁴(uix N²)* *θ* uolasse *ΠN¹θ*: uocasse *N*: inuolasse *Madv.*, *non necess.* Volsiniis *cf. It. Dial. I p. 390*: uulsinis (-us *N*) *ΠN¹*: uul-(uol- *K*) sciniis *θ* ⁵ Claudio consulibus a P. *Vat.ald.Frob.1.2*: *om. ΠN* *θ*, *linea haud minus xvii litt. post Ap. deperdita, cf. 26. 51. 8 adn.* uouebant *P*: uolebant *N*: uomebant (!) *N⁶* ⁶ incerta *θ* *Frob.2, cf. c. 16. 16 adn.*: incerto *ΠN.ald.* ⁶ in urbem *M¹ uel M²A⁷N²θald.*: in urbe (-bę *B*) *ΠN*, *cf. 26. 41. 12 adn.*: per urbem *Sp* *Frob.2, fort. recte* longos morbos *Sp ut uid. θFrob.2*: morbos longos *ΠN.ald.*, *cf. 28. 2. 15 adn.* in permitiales *Sp*, *cf. Munro ad Lucr. 1. 451*: in permitialis *PRM*: in (im- *D*) perniciabilis (-es *A⁷*) *CBDA*, *fort. recte, cf. Tac. Ann. 4. 34*: in (im- *N⁶*) pernici-(ue-ti-)ales *N⁶θald.* *et in Frob.2 retentum* (impennicinalibus *N*): internicales *Rhen.* Harum uocum cum nulla alibi apud *Liuium reperta sit*, *uox illa antiquior permitiales aptior huic loco nobis uidetur esse, nec non codd. testimonio probari*

causa et supplicatum per compita tota urbe est et P. Licinius Varus praetor urbanus legem ferre ad populum iussus ut ii iudi in perpetuum in statam diem uouerentur. Ipse primus ita uouit, fecitque ante diem tertium nonas Quinctiles. Is dies deinde sollemnisi seruatus. *20913.C.*

De Arretinis et fama in dies grauior et cura crescere *24* patribus. Itaque C. Hostilio scriptum est ne differret obsides ab Arretinis accipere, et cui traderet Romam deducendos C. Terentius Varro cum imperio missus. Qui ut 2 uenit, extemplo Hostilius legionem unam quae ante urbem castra habebat signa in urbem ferre iussit praesidiaque locis doneis disposuit; tum in forum citatis senatoribus obsides imperauit. Cum senatus biduum ad considerandum [tempus] peteret, aut ipsos extemplo dare aut se postero die senatorum omnes liberos sumpturum edixit. Inde portas custodire iussi tribuni militum praefectique socium et centuriones ne quis nocte urbe exiret. Id segnus neglegentiusque factum; septem principes senatus priusquam custodiae in portis locarentur ante noctem cum liberis euaserunt. Postero die luce prima cum senatus in forum 5 citari coeptus esset desiderati, bonaque eorum uenierunt: a

7 ut ii *Vat Med.* 2: uti ΠN : ut hi (*uel hii*) *A⁷N⁶θald. Frob. 1. 2* statam $\pi A^7 uel A^1 Frob. 2$, cf. c. 16. 16 adn.: statutam *ANθ*: statum *ald.* ante diem $\Pi N\theta ald.$: ad (*i.e.* ad iii nonas) *Rhen. (ex Sp?) Frob. 2* nonas ΠNSp ut *uid.* θ *Edd.*: idus *Merkel*, cf. 37. 4. 4 et *C.I.L.* 1. 396 *Quinctiles*] -nt- *P*, sed -net- scribimus, ut in 8. 20. 3;

9. 46. 15 (*in* 5. 32. 1 et 6. 1. 12 -nt- casu retentum erat)

24 1 et cui $\Pi N. ald.$: cui *Sp?θ Frob. 2* 2 Qui *A^xN⁴θ ald.*: cum qui πN : cum *B* quae $\pi N^2 uel N^4$ et N^6 : que *AN*: qua θ orum *Duker*: foro $\Pi N\theta ald.$, fort. recte, sed ex forom facile corruptum cf. 26. 41. 12 adn.) 3 tempus] hic $\Pi N. ald.$: post peteret θ *Frob. 2*: recte delendum censuit *Duker* (qui ut s. l. bidui pro biduum oniecit). De ordine uariato glossema indicante cf. c. 34. 3 adn., sed ut minus obscurum sit cur quis tempus inseruerit, conicit bidui (spatu)m id c. fort. legendum esse *Johnson* iussi tribuni *Gron.*, optime: ussit tribuni $\pi N^1 uel N^5$ (cf. 26. 51. 4): iussit tribunis *M²BDAN* *ild.* (cf. c. 16. 8): iussit tribunos *Sp?A^x?θ Frob. 2* praefectique $\tau N^1 uel N^5$ (-tisque *M²BDAN. ald.*: -tosque *Sp?A^x?θ Frob. 2*) centuriones $\pi A^x?θ Sp? Frob. 2$: centurionib. *M²BDAN* 5 bonaque *CA⁷N¹ uel N⁶θ ald.*: binaque *P*: binamque (sed plerique -rat ibi namque) *RMBDA?N* a *A⁷N¹ uel N⁶θ ald.*: om. ΠN

ceteris senatoribus centum uiginti obsides liberi ipsorum
 6 accepti traditique C. Terentio Romam deducendi. Is
 omnia suspectiora quam ante fuerant in senatu fecit. Itaque
 tamquam imminente Etrusco tumultu, legionem unam,
 alteram ex urbanis, Arretium ducere iussus ipse C. Terentius
 7 camque habere in praesidio urbis: C. Hostilium cum
 cetero exercitu placet totam prouinciam peragrare et cauere
 8 ne qua occasio nouare cupientibus res daretur. C. Terentius
 ut Arretium cum legione uenit, claves portarum cum magis-
 tratus poposisset, negantibus iis comparere fraude amotas
 magis ratus quam neglegentia intercidisse ipse alias claves
 omnibus portis imposuit cavitque cum cura ut omnia in
 9 potestate sua essent; Hostilium intentius monuit, ut in eo
 spem non moturos quicquam Etruscos poneret, si ne quid
 moueri posset praecauisset.

25 De Tarentinis inde magna contentione in senatu actum
 coram Fabio, defendantे ipso quos ceperat armis, aliis in-
 fensis et plerisque aequantibus eos Campanorum noxae
 2 poenaeque. Senatus consultum in sententiam M'. Acili
 factum est ut oppidum praesidio custodiretur Tarentinique
 omnes intra moenia continerentur, res integra poste-

5 liberi *M²* uel *M¹N^x* per ras. *θald.*: liber *P*: liberis *Π²N*
 accepti *A^xθald.*: acceptis *ΠN*, cf. 26. 40. 14 adn. 6 unam *ΠN*
om. *θald.Frob.1.2* eamque *ΠN*: eosque *θ*: eos *N¹* uel *N⁵* (for
N⁴) 7 placet *ΠN*: placuit *A^v?N¹* uel *N⁵* (an *N⁴?*) *θ*, cf. 5. 5.
 adn. 8 comparere *C²MA^v?Nθald.Frob.1.2*: comparare *Π*
 fraude *N¹A^vθald.Frob.1.2*: a fraude *ΠN* magis ratus *A^vK.ala*
Frob.1.2: magistratus *ΠNJ?* cum cura *ΠN.ald.*: *om.* *SpθFrob*
 2 sua *πN⁴θald.*: *om.* *AN* 9 moueri posset *ΠN*: mouer-
 possent *A^v* uel *A^v?θald.Frob.1.2* (*silc N⁴*) praecauisset *A^vθ*
θald.Frob.1.2: cauisset *ΠN*

25 1 ipso *ΠN*: ipsos *A^v* ut *uid.* *θ*, cf. c. 3. 2 adn. infens
Π(A?)N *Edd.*: inuisis *A^v* uel *A^v* in *ras.* *θ* noxae *M²DA'*
Edd.: nosse (ut *uid.* sed cf. c. 18. 17 laxata) *N⁴*: mosae *ΠN¹*: mos
N: more *C* 2 senatus consultum] s̄ ē. *PM⁴* in *ras.*: sc. 6
 s̄c *RBAN*: st̄ (i.e. sunt) *D*: *om.* *A^vθ*: fort. in sociis *M*, cf. § 3
M'. Sigonius, cf. c. 4. 10: m. *PRN⁴* per *ras.* *K*: m̄ *MBDAN*
 marcelli *J*: *om.* *C* est ut *BDAN*: esse ut *π*: est *N¹* (uix 1
 nisi rescriptus est): s. c. ^{tum} *K*: *om.* *J*

referretur cum tranquillior status Italiae esset. Et de M. 3
 Liuio praefecto arcis Tarentinae haud minore certamine
 iactum est, aliis senatus consulto notantibus praefectum quod
 eius socordia Tarentum proditum hosti esset, aliis praemia 4
 decernentibus quod per quinquennium arcem tutatus esset
 maximeque unius eius opera receptum Tarentum foret,
 mediis ad censores non ad senatum notionem de eo pertinere 5
 licentibus, cuius sententiae et Fabius fuit. Adiecit tamen,
 ateri se opera Liui Tarentum receptum quod amici eius
 holgo in senatu iactassent; neque enim recipiendum fuisse
 nisi amissum foret.

Consulum alter T. Quinctius Crispinus ad exercitum 6
 quem Q. Fulvius Flaccus habuerat cum supplemento in
 Lucanos est profectus. Marcellum aliae atque aliae obiectae 7
 unimo religiones tenebant, in quibus quod cum bello Gallico
 ad Clastidium aedem Honori et Virtuti uouisset dedicatio
 eius a pontificibus impeditabatur, quod negabant unam 8
 cellam amplius quam uni deo recte dedicari, quia si de caelo
 acta aut prodigii aliquid in ea factum esset difficilis procura-
 io foret, quod utri deo res diuina fieret sciri non posset; 9
 neque enim duobus nisi certis deis rite una hostia fieri. Ita
 addita Virtutis aedes adproperato opere; neque tamen ab

² tranquillior CR¹MBDAN¹(tnq- N)θ : tranquilliore PR (sed in P-e
satis pallida) ³ senatus consulto] s ē P: sc RM: sc CA(?) :
 s ē. BDN: sociis SpA⁷N⁶J (unde coni. ocii Rhen.): om. K: sen-
 tentiis A^vald. nec in Frob.² mutatum. Cf. § 2 et 26. 32. 8 adn.

⁴ quod B²A⁹N⁶θald. : quo πN: om. B (aliis ... esset hic omissis)
 maximeque πN.ald.: maxime θ: maximaque BD^x (nam in D
 'ittera -e- persaepe in -ε- a D^x mutatum est; de hac re alibi silemus)

⁵ fuisse ΠNK: fuisset N⁵(uix N⁴)J ⁶ Consulum ΠN
 ild. Frob. 1. 2: consul θ T. A⁷θFrob. 2: i π: om. CM⁴B^xDAN

ild. (cf. c. 22. 1 adn.) ⁷ uouisset CR²MBDA⁷ uel A⁸N^x(N⁴?)θ:
 uobis P, cf. 26. 11. 12 adn. (c): uobisset P²: uobis sed R: nouisset

A^vN ⁸ amplius quam uni deo SpA⁷N⁴ ut s. l. θFrob. 2 (quod

augustiorem pontificum sermonem melius repraesentat quam quod quis

interpolet; duobus ΠN.ald. (sc. post lineam omissam ex § 9 tractum):

duobus diis Weissenb. ex Val. Max. 1. 1. 8 ⁹ diuina RMBDAN

: diuinæ P²(-ai P)C sciri C² uel C³M²B^xA⁸θald.: scire ΠN,

f. c. 4. 13 adn. posset πA^vθald.: possent A: possit CJ

10 ipso aedes eac dedicatae sunt. Tuni demum ad exercitum quem priore anno Venusiae reliquerat cum supplemento proficiscitur.

11 Locros in Bruttii Crispinus oppugnare conatus quia magnam famam attulisse Fabio Tarentum rebatur, omne genus tormentorum machinarumque ex Sicilia arcessierat; et naues indidem accitae erant quae uergentem ad mare 12 partem urbis oppugnarent. Ea omissa oppugnatio est quia Lacinium Hannibal admouerat copias, et collegam eduxisse iam a Venusia exercitum fama erat, cui coniungi uolebat.
 13 Itaque in Apuliam ex Bruttii reditum, et inter Venusiam Bantiamque minus trium milium passuum interuallo 14 sules binis castris consederant. In eandem regionem et Hannibal rediit auerso ab Locris bello. Ibi consules ambo ingenio feroce prope cottidie in aciem exire haud dubia spe, si duobus exercitibus consularibus iunctis commisisset sese hostis, debellari posse.

26 Hannibal, quia cum Marcello bis priore anno congressus uicerat uictusque erat, ut cum eodem si dimicandum foret nec spem nec metum ex uano haberet, ita duobus consuli-

11 rebatur *PCR*: ferebatur *R¹MBDANθald.Frob.1.2*, non male exceptum uidebatur *Wachendorf*: re(-ceptum uide-)batur *Castiglionis*
Nos nihil mutandum censemus

12 Lacinium *ΠN*, cf. 28. 46. 16

laginium (uel -num) N⁶?θ (-gyn- K) a Venusia *θald.Frob.1.2*

ad uenusia *PCR*: ad uenusiam *R¹MBDAN*. *De ab et ad confusis* cf.

24. 37. 1 ; 26. 40. 4 ; 28. 7. 3 ; 30. 42. 2

13 consederant *πM⁵A*
ald.Frob.1.2 : considerant *R¹MBD*: consederunt *A⁶?θ*, cf. c. 6. 2

14 rediit *πB¹(-dd- B)N*: redit θ, cf. c. 5. 9 in aciem exire *Lov*

3 et 4, *Gron.* : in acie heare *P* (-hea- ex -mex- corrupto; de -x- et -a

cf. c. 49. 2 et 26. 37. 3) : milites in aciem excire (uel exciere, sed exire
N⁴) A⁷N⁴θald.Frob.1.2 (uox milites addita erat ut uid. in Sp ut sensum

haberet corrupta uox excire) : in acte (in hac re C²) heare CRMBD

in acie ea re *M¹ uel M²* : in *A* erasum : iacte ea re *N*: in acie ex re
N¹ : in acie stare *Weissenb.* iunctis *ΠN ald.Frob.1.2*: coniunctis

26 1 quia *ΠN.ald.Frob.1.2* : qui θ uano *ΠN.ald.Frob.1.2*

uno *A⁷θ* haberet *ΠNθ Edd.* : habebat *Gron.*, dubitanter. *Ips*

de uoce haberet dubito donec aliud exemplum inueniam ubi ex duabus

clausulis cum ut . . . ita incipientibus altera habeat huiusmodi Subiuncti

uum, altera Indicatiuum; interea habere legendum esse conicio ut tota

clausula Hannibalis sententiam exponat (sed cf. fort. etiam c. 33. 10 adn.)

Defendit haberet Johnson, uoces Hann. ‘si dimicandum sit . . . habeam

in clausula cum obliquo colore subiuncta hic repraesentari ratus (pro si

habitetur credebat)

us haudquaquam sese parem futurum censebat; itaque 2
 totus in suas artes uersus insidiis locum quaerebat. Leuia 3
 am proelia inter bina castra uario euentu fiebant. Quibus
 um extrahi aestatem posse consules crederent, nihilo minus
 ppugnari Locros posse rati L. Cincio ut ex Sicilia Locros
 um classe traiceret scribunt; et ut ab terra quoque oppug- 4
 ari moenia possent, ab Tarento partem exercitus qui in
 raesidio erat duci eo iusserunt. Ea ita futura per quosdam 5
 hurinos comperta Hannibali cum essent, mittit ad insiden-
 am ab Tarento uiam. Ibi sub tumulo Peteliae tria milia
 quitum, duo peditum in occulto locata; in quae inexplorato 6
 untes Romani cum incidissent, ad duo milia armatorum
 aesa, mille et quingenti ferme uiui capti, alii dissipati fuga
 er agros saltusque Tarentum rediere.

Tumulus erat siluestris inter Punica et Romana castra ab 7
 eutris primo occupatus, quia Romani qualis pars eius quae
 ergeret ad hostium castra esset ignorabant, Hannibal in-
 diis quam castris aptiorem eum crediderat. Itaque nocte 8
 1 id missas aliquot Numidarum turmas medio in saltu con-
 siderat, quorum interdiu nemo ab statione mouebatur ne
 ut arma aut ipsi procul consiperentur. Fremebant uolgo 9
 castris Romanis occupandum eum tumulum esse et

¹ censebat A^7N^4 ut s. l. θ, cf. 28. 37. 5: credebat $\Pi N.ald.Frob.1.2$,
² os hic sequi malit Johnson 3 oppugnari $\Pi N.ald.Frob.1.2$:
³ oppugnare $A^7\theta$, cf. c. 4. 13 adn. 4 et ut $\Pi N.ald.Frob.1.2$: ut θ
 ab (Tarento) θ (cf. § 5 ubi ab T. P.): a ΠN partem
 $N.ald.$: eam (ea J) partem A^7 (qui mox ipse eam del.)θ qui
 ignius e 'uel. lib.' : quae $\Pi N\theta ald.Frob.1.2$: qui ibi Weissenb.
 Peteliae A^v , cf. It. Dial. p. 6: petellae (uel -lle) ΠN : petil- (-tyl- θ)
⁷ θ tria milia (uel ω ω ω) equitum duo peditum (sed om. tria
 ilia MB) π: equitum duo peditum tria milia (uel -ll-) M^bAN (sed
⁸ id. N m. etiam post milia)ald.Frob.1.2 (tria milia p. duo milia eq. θ)
 6 quae (uel que) πN : q; B: quam θ ad duo milia (uel
⁹ ω ω) $PCA^7N^4\theta$: ad $RMBD$: ω (?) A: om. N ω et d. P
 : et $RMBDA?N$: mille et cc A^7 (plene)ald.Frob.1.2: m.cc. N^4 ut s.
dd. ut s. l. iii, i.e. vel tres (pro ut res) vel tres ut, quod ipse legere
nalim in $\Pi N.al$. : *om. θ* A. $\Pi N.al$, *cf. c. 35. 1: om. θ*
qui et L sq. om.) 12 per prouincias PN^4 : prouincie N
iuisa: binae Sp? A⁷ N⁴ (-ne) ut s. l. (sed diuisas N⁷) Frob. 2: diuisa ut
*iniae ald., sed cf. e.g. c. 22. 3; 28. 10. 10: dimissa (-se *AN*) ut unae*
uel -ne: uni M⁵) ΠN .

13 tres praetores, in Sicilia et Sardinia et Gallia, duas C. Terentius in Etruria, duas Q. Fuluius in Bruttiiis, duas Q. Claudius circa Tarentum et Sallentinos, unam C. Hostilius Tubulus
 14 Capuae; duae urbanae ut scriberentur. Primis quattuor legionibus populus tribunos creavit: in ceteras consules miserunt.

37 Priusquam consules proficiserentur nouendiale sacrum
 2 fuit quia Veiis de caelo lapidauerat. Sub unius prodigii, ut fit, mentionem alia quoque nuntiata: Minturnis aedem Iouis et lucum Maricae, item Atellae murum et portam de caelo
 3 tactam; Minturnenses, terribilis quod esset, adiebant sanguinis rium in porta fluxisse; et Capuae lupus nocte
 4 portam ingressus uigilem laniauerat. Haec procurata hostiis maioribus prodigia et supplicatio diem unum fuit ex decreto pontificum. Inde iterum nouendiale instauratum quod
 5 in Armilusto lapidibus uisum pluere. Liberatas religione mentes turbauit rursus nuntiatum Frusinone natum esse infantem quadrimo parem nec magnitudine tam mirandum quam quod is quoque, ut Sinuessa biennio ante, incertus
 6 mas an femina esset natus erat. Id uero haruspices ex Etruria acciti foedum ac turpe prodigium dicere: extorrem

12 et (Sardinia) *J*: in ΠN .*ald*.*Frob*.1.2: *om.* *K*

Bruttiiis, duas Q. Claudius $A^7N^4\theta$ *ald*.*Frob*.1.2: *om.* ΠN , *cf. c.* 35. 2 *e*
 26. 51. 8 *adn.* C. (Hostil.) ΠN , *cf. c.* 6. 12: *gn.* θ *13 ir*
 $N^1 uel N^2\theta$ *ald*.*Frob*.1.2: *ut in* ΠN , *cf. c.* 8. 7 *adn.* *14 ii*

37 2 ut ΠN : *uti* θ Minturnis aedem $C^4A^7N^2\theta$, *cf.* 8. 10. 9
adn. *et It. Dial.* p. 284: menturni saedem (*uel se-*) ΠN (*sed mint-AN*) scribit ment- *Pfere semper ut in* § 3 *et c.* 38. 4 tactani *CDN* *u*
 $N^2 uel N^4\theta$ *ald*.*Frob*.1.2: tacta $\pi N?$ *sed cf. e.g. c.* 23. 3

3 Minturnenses] *u.* § 2 nocte ΠN .*ald*.*Frob*.1.2: *om.* $Sp\theta$, *for recte* 4 *fuit Sp?θ*Frob*.2: *fuit ut* ΠN , *cf. cc.* 36. 14 *et* 8. 7 *adn.*
inde PSpFrob.2: *om. ald.* Armilusto $\Pi(C?)N$: armi*

lustrio $A^7N^1\theta$: *alio lustro* C^4 5 Frusinone natum $A^7N^4\theta$ *alc*
Frob.1.2 (*sed Fr. inf. nat. esse Edd. hi*): *om.* ΠN (*post -atum*), *cf. 26*
 51. 8 *adn.* esse infantem θ : infantem esse ΠN ; *rectum, ut i*
in c. 34. 3 (*ante*), *hic ordinem praebent* θ , *qui tamen ut uid. saepissim*
prauatum. Cf. *e.g. cc.* 1. 2; 1. 10; 6. 5; 6. 12; 15. 6; 19. 2; 20. 3
 30. 5; 32. 7; 33. 2; 41. 2; 42. 2; 30. 3. 4; 30. 3. 8; 30. 19. 12; 30.
 21. 2; 30. 26. 5; 30. 28. 6; 30. 34. 11; 30. 35. 9; 30. 38. 5; 30. 40.
 14. Cf. *etiam* 26. 5. 17 *adn.*, *et de P* *cf. 28. 2. 15 adn.* 6 *ex*
torrem ANθ: *extorre π*, *cf. § 2 et 26. 41. 12 adn.*: *extollere J¹ uts.*

agro Romano, procul terrae contactu, alto mergendum. Viuum in arcam condidere prouectumque in mare proiecerunt. Decreuere item pontifices ut uirgines ter nouenae ²⁷ 7 per urbem euntes carmen canerent. Id cum in Iouis Statoris aede discerent conditum ab Liuio poeta carmen, tacta de caelo aedis in Auentino Iunonis reginae; prodi- 8 giumque id ad matronas pertinere haruspices cum respondissent donoque diuam placandam esse, aedilium curulium 9 edicto in Capitolium conuocatae quibus in urbe Romana intraque decimum lapidem ab urbe domicilia essent, ipsae inter se quinque et uiginti delegerunt ad quas ex dotibus stipem conferrent; inde donum peltis aurea facta lataque ^{7.20m} 10 in Auentinum, pureque et caste a matronis sacrificatum.

Confestim ad aliud sacrificium eidem diuae ab decem- 11 iiris edicta dies, cuius ordo talis fuit. Ab aede Apollinis boues feminae albae duae porta Carmentali in urbem ductae; post eas duo ¹² signa cupressea ^{magis} Iunonis reginae portabantur; 12 um septem et uiginti uirgines, longam indutae uestem, 13 Carmen in Iunonem reginam canentes ibant, illa tempestate orsitan laudabile rudibus ingeniis, nunc abhorrens et inconlitum si referatur; uirginum ordinem sequebantur decem- 14 iri coronati laurea praetextatique. A porta Iugario uico in 14 orum uenere; in foro pompa constitit et per manus resteata uirgines sonum uocis pulsu pedum modulantes inceserunt. Inde uico Tusco Velabroque per bouarium forum 15

6 condidere ΠN .ald.: condiderunt θ 7 discerent $B^x A^6$ fort.
² ald. $Frob$. 1. 2: discederent (-cerner- N^4) Π (dec- C : desc- C^2) N , cf. c.
 o. 8 adn.: di-(uel de-)scenderent θ conditum ΠN : creditum : editum K aedis Π , cf. 26. 27. 4 adn.: edis AN : edes θ
 8 ad $CM^7 AN \theta$: om. π (post id) 9 curulum (-ulum
^{at}) edicto Val^1 ald.: cur (cur. $CB^2 K$) edicto $\Pi' A^7 \theta$: curus edito N :
 are dicto N^4 10 pureque et caste $Sp\theta Frob$. 2: pure (-re M)
 isteque (-teq. MB^1 : -taq. BN) ΠN .ald. a ΠN .ald.: om. θ
 sacrificatum ΠN (-ta θ) 13 inconditum PV (incred- N^4
 t s. l. uel potius N^9) 14 constitit et $Sp\theta Frob$. 2: constitut P
 M : constitut $CM^2 A^7$ ald.: consistet $BDAN$ (-ens AN): conspicit
 N^4 ut s. l. (quae fort. conspicitur debuit esse) incesserunt A^7
²⁰ (²⁰ (interc- ΠN , cf. § 7 et c. 20. 8 adn.) 15 bouarium ΠN^2 ?
 reum N) θ , cf. 10. 23. 3. 29. 37. 2 adn. (sed boa- P in 21. 62. 3)
 12*

in clium Publicium atque aedem Iunonis reginae perrectum. Ibi duae hostiae ab decemuiris immolatae et simulacra cupressea in aedem inlata.

- 38 Deis rite placatis dilectum consules habebant acrius intentiusque quam prioribus annis quisquam meminerat habitu; nam et belli terror duplicatus noui hostis in Italiam aduentu et minus iuuentutis erat unde scribebent milites. Itaque colonos etiam maritimos, qui sacrosanctam uacationem dicebantur habere, dare milites cogebant. Quibus recusantibus edixere in diem certam ut quo quisque iure uacationem haberet ad senatum deferret. Ea die ad senatum hi populi uenerunt, Ostiensis Alsiensis Antias Anxurnas Minturnensis Sinuessianus, et ab supero mari Senensis. Cum uacationes suas quisque populus recitaret, nullius cum in Italia hostis esset praeter Antiatem Ostiensemque uacatio obseruata est; et earum coloniarum iuniores iure iurando adacti supra dies triginta non pernoctatueros se extra moenia coloniae suaee donec hostis in Italia esset.
- 6 Cum omnes censerent primo quoque tempore consulibus eundum ad bellum—nam et Hasdrubali occurrentum esse descendentib; ab Alpibus ne Gallos Cisalpinos neue Etrurian erectam in spem rerum nouarum sollicitaret, et Hannibalem suo proprio occupandum bello ne emergere ex Bruttii atque

¹⁵ Publicium $\pi R^2 N S p ? Frob. 2$: publicum *R̄ald*.

³⁸ 1 annis $C^2 M^2 uel M^7 BDAN\theta$: anno π (sed priorib. *M*: priori M^1 -ris $M^2 uel M^7$) 2 iuuentutis ΠN : inuentum θ 3 quisque . . . populi (§ 4)] *om. D* 4 uenerunt ΠN (adu. θ) Anxurna *P̄θ*, cf. *It. Dial. p. 274*: anxuras (-roas *C*: -rias *B*) $\Pi^2 N$ post Minturnensis (*u. c. 37. 2 adn.*) add. π alsiensis : *hic nesciunt AN* 5 se $\Pi N. ald.$: se esse *S p ? \theta Frob. 2*, sed cf. *Frigell Prolegom. in Lib. 23 pp. liv-lv*, qui ex *i^{ma}* et *iii^a* decade citat *Infinitiu Futuri* (a *xvii exempla ubi pronomine adiuncto deest esse* (e.g. *c. 28. 14*), (*b*) *du* tantum *exx.* (22. 50. 4 et 28. 23. 6, sed *hic om. et esse* θ , *quos sequimus* *ubi esse adiuncto deest se*; *idem amplius lxx locos Linianos se repp* *risse dicit ubi desunt et esse et se.* (*Vide 'Making of Latin' p. 128. De Infinitiu aliorum temporum sine pronomine a Linio usurpato*), *Frigell ib. pp. xlvi-liv et u. 26. 48. 13 adn.* 6 *Alpibus CB²D₁*. $N^1 \theta$: altibus πN (alit. *N*), cf. *c. 15. 11 adn.* : aptibus *B* 7 emer gere ΠN (-ret *N⁹ \theta*)

obuiam ire fratri posset—, Liuius cunctabatur parum fidens suarum prouinciarum exercitibus: collegam ex duobus 8 consularibus egregiis exercitibus et tertio cui Q. Claudius Tarenti preecesset electionem habere; intuleratque mentionem de uolonibus reuocandis ad signa. Senatus liberam 9 potestatem consulibus fecit et supplendi unde uellent et eligendi de omnibus exercitibus quos uellent permutandique ex prouinciis quos e re publica censerent esse traducendos. Ea omnia cum summa concordia consulum acta. Volones 10 in undeuicensimam et uicensimam legiones scripti. Magni 11 roboris auxilia ex Hispania quoque a P. Scipione M. Liuio missa quidam ad id bellum auctores sunt, octo milia Hispanorum Gallorumque et duo milia de legione militum, equum mille octingentos mixtos Numidas Hispanosque; M. 12 Lucretium has copias nauibus aduexisse; et sagittariorum unditorumque ad tria milia ex Sicilia C. Mamilium nisisse.

Auxerunt Romae tumultum litterae ex Gallia allatae ab 39 L. Porcio praetore: Hasdrubalem mouisse ex hibernis et 2 am Alpes transire; octo milia Ligurum conscripta armataque oniunctura se transgresso in Italiam esse nisi mitteretur in

8 collegam . . . exercitibus] *om. K* 9 permutandique $\Pi N\theta$
f. Cic. ad Att. 15. 15. 4: permutandique et *Aldus Madv.* (*u. sqq.*)
 quos (*e*) $\pi N\theta ald.$: quo *Madv.*, *optime* (*cf. 26. 40. 14 adn.*), *nisi quod
 uae corruptelae statuenda sunt* tradueendos *scripsimus* (-cendi
IN⁰ Edd.) 10 Ea A^7N^4 uel $N^9\theta ald.$: *om. \Pi N* Volones *PC*
 I^2 uel $M^7A^7N^4$ ut s. l. θ : uoles *P*, *cf. c. 1. 11 adn.*: uolens *RMBDA*
 / 11 Magni roboris $CM^2AN^4\theta$: magni roris π (*sed magni*)
 oris *P*, *ad init. linea spatio ii litt. ob pergamentae uitium relicto*, *cf.*
 10: ma gnoris *N* a *P. Scipione M. P.^{\bar{a}p}C* (*sed -onem*): a
scipione C^xald.: apud scipionem *RMBDAN* et (duo) *\Pi N*
Id. Frob. 1. 2: ad *Sp?N⁴\theta, fort. recte* mille octingentos *Sp?Ber.*
Id. (add. ad ante mille Frob. 2, non cum Rhen.): ∞ *PCR*: x (uel \bar{x})
 $\Pi MBDAN$ (*cf. F. W. Shipley, Trans. Am. Phil. Ass. xxxiii, 1902,*
 45 *sq.*): mille x (uel *deceim*) θ 12 aduexisse *Sp?N⁴* ut s. *I*
 : adduxisse *\Pi N. ald.* $\infty \infty \infty$ *PCR^xB²*: *xxx RMBDAN*:
 uattuor milia *A⁷ald. Frob. 1. 2*

39 1 allatae *\Pi N* (-te): misse θ Porcio *BD(-tio)AN\theta*: po-
 ulo π 2 mouisse *\Pi N\theta Edd.*, *cf. e.g. § 5; c. 40. 11; 10. 4. 9 adn.*

Ligures qui eos bello occuparet; se cum inualido exercitu
 3 quoad tutum putaret progressurum. Hae litterae consules
 raptim confecto dilectu maturius quam constituerant exire
 in prouincias coegerunt ea mente ut uterque hostem in sua
 prouincia contineret neque coniungi aut conferre in unum
 4 uires pateretur. Plurimum in eam rem adiuuit opinio Han-
 nibalis quod, etsi ea aestate transitum in Italiam fratrem
 crediderat, recordando quae ipse in transitu nunc Rhodani
 nunc Alpium cum hominibus locisque pugnando per quin-
 5 que menses exhausisset, haudquaquam tam facilem matu-
 rumque transitum exspectabat; ea tardius mouendi ex-
 6 hibernis causa fuit. Ceterum Hasdrubali et sua et aliorum
 spe omnia celeriora atque expeditiora fuere. Non enim
 receperunt modo Aruerni eum deincepsque aliae Gallicae
 7 atque Alpinae gentes, sed etiam secutae sunt ad bellum; et
 cum per munita pleraque transitu fratrīs quae antea inuia-
 fuerant ducebat, tum etiam duodecim annorum adsuetudine
 peruiis Alpibus factis inter mitiora iam transibant hominum
 8 ingenia. Inuisitati namque antea alienigenis nec uidere
 ipsi aduenam in sua terra adsueti, omni generi humano in-
 sociabiles erant; et primo ignari quo Poenus pergeret
 suas rupes suaque castella et pecorum hominumque pre-
 9 dam peti crediderant; fama deinde Punici belli quo
 duodecimum annum Italia urebatur satis edocuerat uiam
 tantum Alpes esse; duas praeualidas urbes magno inter-
 se maris terrarumque spatio discretas de imperio et opibus
 certare.

3 exire in *M⁷A⁷ uel A⁸N⁴θ*: exire ad *C*: exiret (-re *B²AN*) πN
 prouincias (*uel -ti-*) $\pi A^7N^4\theta$: *om. AN* ut uterque *N⁴θ*:
 utriusque πN^1 : utriusque (uterq. *A*) ē *AN* conferre ΠN : conferri
N¹ uel N⁴ ut s. l. θ 5 maturumque *A⁷N⁴θ*: aturumque π :
 atrumque *MBDA?N* 6 aliae $\Pi N.ald.Frob.1.2$: *om. Spθ*
 7 ducebat *MN⁴ uel N⁸θ*: ducebant πN , cf. c. 17. 4 *adn.* trans-
 ibant ΠN : transibat *θald.Frob.1.2* 8 insociabiles *N⁴θFrob.2*:
 insociales $\Pi N.ald.$, cf. c. 1. 11 *adn.* 9 Italia *A⁷N⁴ ab N⁷ re-*
scriptus θ: *om. ΠN*

Hae causae aperuerant Alpes Hasdrubali. Ceterum quod 10 celeritate itineris profectum erat, id mora ad Placentiam dum 11 frustra obsidet magis quam oppugnat corruptit. Crediderat 12 campestris oppidi facilem expugnationem esse, et nobilitas coloniae induxerat eum, magnum se excidio eius urbis terrorem ceteris ratum injecturum. Non ipse se solum ea op- 13 pugnatione impediit, sed Hannibalem post famam transitus eius tanto spe sua celeriore*m* iam mouentem ex hibernis continuerat, quippe reputantem non solum quam lenta ur- 14 biūm oppugnatio esset sed etiam quam ipse frustra eandem illam coloniam ab Trebia uictor regressus temptasset.

Consules diuersis itineribus profecti ab urbe uelut in duo 40 pariter bella distenderant curas hominum, simul recordantum quas primus aduentus Hannibal's intulisset Italiae clades, simul cum illa angeret cura, quos tam propitios urbi 2 atque imperio fore deos ut eodem tempore utrobique res publica prospere gereretur? adhuc aduersa secundis pensando rem ad id tempus extractam esse. cum in Italia ad 3 Trasumennum et Cannas praecipitasset Romana res, prospera bella in Hispania prolapsam eam erexit; postea, 4 cum in Hispania alia super aliam clades duobus egregiis lucibus amissis duos exercitus ex parte delesset, multa secunda in Italia Siciliaque gesta quassatam rem publicam

12 ratum $\Pi N.ald.$: om. N^3 uel $N^4\theta$ Frob.2. De nocibus uel syllabis in Sp omissis cf. e.g. c. 50. 2 et 9; 28. 18. 2 et 8; 28. 21. 5; 28. 22. 2 t 12; 28. 29. 4 et 5; 28. 35. 7; 29. 2. 9 et 13; 29. 6. 2; 30. 1. 5: 30. 1. 1; 30. 38. 11 13 ipse se Sp? N^3 uel $N^4\theta$ Frob.2: ipse PRM: psum CBDAN.ald. oppugnatione Sp? $N^4\theta$ (sed imp- N^4J): oppugnatio ΠN (quod fort. cum ipsum nialis) impedit Sp M⁷ K: impedit $\Pi N. J.$ fort. recte, cf. c. 5. 9 adn. celeriore ΠN -ris M⁷, Luchs 1879 p. cxxxiii ex §§ 5, 6, 10)

40 2 ut $P^2CA^7N^3\theta$: urbit P: om. RMBDAN utrobique $\varphi MBDAN\theta$, cf. Neue-Wagener II p. 660 et e.g. 10. 39. 4: utruberque φCR adhuc ΠN : om. θ pensando rem $A^v\theta$: pensandorum π : pendorum BD (peno- B^2N): pensando M^5A^7 (pend-) 3 erexit πA^vK : rexisse N^3J : exisse BDAN duos $C^4N^4\theta$: duobus Π (et exercitus in -tibus mutauit M⁷): duo N multa $\Pi N.ald.$: om. θ Frob.2 quassatam rem A^x (quas atam rem A) $N^2\theta$: quassata rem PCR, cf. 26. 41. 12 adn.: quas p atarem R¹MBD: quas satarem N

5 excepisse; et ipsum interuallum loci, quod in ultimis terrarum oris alterum bellum gereretur, spatium dedisse ad respicendum. nunc duo bella in Italiam accepta, duo celeberrimi nominis duces circumstare urbem Romanam, et unum in locum totam periculi molem, omne onus incubuisse. qui eorum prior uicisset, intra paucos dies castra cum altero iuncturum. Terrebat et proximus annus lugubris duorum consulum funeribus. His anxii curis homines digredientes in prouincias consules prosecuti sunt. Memoriae proditum est plenum adhuc irae in ciues M. Liuium ad bellum proficiscentem monenti Q. Fabio ne priusquam genus hostium cognosset temere manum consereret, respondisse ubi primum hostium agmen conspexisset pugnaturum. Cum quaereretur quae causa festinandi esset, 'Aut ex hoste egriam gloriam' inquit 'aut ex ciuibus uictis gaudium meritum certe, etsi non honestum, capiam'.

Priusquam Claudius consul in prouinciam perueniret per extreum finem agri + Larinatis ducentem in Sallentinos exercitum Hannibalem expeditis cohortibus adortus C. Hostilius Tubulus incomposito agmini terribilem tumultum intulit; ad quattuor milia hominum occidit, nouem signa militaria cepit. Mouerat ex hibernis ad famam hostis Q.

5 loci ΠNK : locis $A^7?J$ 6 Italianam $\Pi NFrob.2$: italia $A^5?N^3$
 $\theta ald.$ paucos dies castra $A^7N^4\theta$: om. ΠN , linea xvi litt. ob.
 $-tra$ | -tra perdita, cf. 26. 51. 8 adn. 7 anxxii $\pi N\theta$: an duodecim
 C , cf. 26. 51. 2 adn. digredientes (uel -tis) $\pi B^2A^7N uel N^1$
(degr- $BDAN^1 uel N$: ingr- θ : egr- N^2) prouincias $A^7\theta ald.$:
prouinciam ΠN . Cf. (-m pro -s) 26. 1. 4; 26. 24. 2; 27. 26. 12; 27.
43. 1; 28. 24. 14; 28. 34. 4; 29. 17. 10; 29. 19. 7 al. (de -s pro -m u. c.
17. 1 adn.) 8 proditum est $P^2CM^{10}A^v uel A^6\theta$: proditum | st
 P : proditum sed $RMBDAN$ (pr. est sed $A^7?N^2$) cognosset π
 $S\varphi Frob.2$: cognouisset MD : nosset $AN.ald.$: cognosceret θ
10 perueniret $S\varphi Frob.2$: ueniret $\Pi N.ald.$ Larinatis P^1 ut
uid. θ : laritanis π : laritani BAN : lartiani N^1 : larinati N^3 : Vriatis
 $Madv.$ (cf. fort. *Mela* 2. 4): defendit Larinatis *S. M. Furness* (*Class. Review Tom. xxxiv p. 167 sq.*) noxes per... Larinatis *cum* pr. Claudius
... perueniret coiuungens, non cum ducentem; sed hoc, ut alia taceamus, ob verborum ordinem nobis displicet incomposito $C^2M^{10}A^7$
 $N^3\theta$: in (uel im-) posito πN (cf. c. 1. 11 adn.) agmini $Frob.2$:
agmine $\Pi N\theta ald.$

Claudius, qui per urbes agri Sallentini castra disposita habebat. Itaque ne cum duobus exercitibus simul confligeret ¹² Hannibal nocte castra ex agro Tarentino mouit atque in Bruttios concessit. Claudio in Sallentinos agmen conuertit, ¹³ Hostilius Capuam petens obuius ad Venusiam fuit consuli Claudio. Ibi ex utroque exercitu electa peditum quadra- ¹⁴ ginta milia, duo milia et quingenti equites, quibus consul aduersus Hannibalem rem gereret: reliquas copias Hostilius Capuam ducere iussus ut Q. Fulvio proconsuli traderet.

Hannibal undique contracto exercitu quem in hibernis ⁴¹ aut in praesidiis agri Bruttii habuerat, in Lucanos ad Grumentum uenit spe recipiendi oppida quae per metum ad Romanos defecissent. Eodem a Venusia consul Romanus ² exploratis itineribus contendit et mille fere et quingentos passus castra locat ab hoste. Grumenti moenibus prope ³ iniunctum uidebatur Poenorum uallum; quingenti passus intererant. Castra Punica ac Romana interiacebat campus: ⁴ colles imminebant nudi sinistro lateri Carthaginiensium, dextro Romanorum, neutrī suspecti quod nihil siluae neque ad insidias latebrarum habebant. In medio campo ab stationibus procursantes certamina haud satis digna dictu serebant. Id modo Romanum quaerere apparebat ne abire hostem pateretur: Hannibal inde euadere cupiens totis viribus in aciem descendebat. Tum consul ingenio hostis ⁶

¹³ obuius ΠN , cf. c. 51. 1 adn.: obuiam θ fuit ΠN : fit N^4 ut s. l. θ ald. *Frob.* 1. 2, *pari iure* ¹⁴ electa $CR^1N^4\theta$ ald.: electu PR : electo M : electi $BDAN$: lecta A^7 uel $A^6\theta$ quadraginta ΠN : quattuor θ duo milia *Vat* alld. *Frob.* 1. 2: duo d N^4 : duo A^7 uel $A^6\theta$: om. ΠN et quingenti A^7N^4 alld. *Frob.* 1. 2: et xx K : et Π ($A^?$) N ; cf. 29. 28. 10 adn. rem $N^3\theta$: om. ΠN : bellum A^v

⁴¹ 1 in (praesidiis) ΠN : om. θ 2 mille (uel ∞) *PCR* (*hic saltem siglum ∞ imitatus*) $A^7N^3\theta$: x *MBDAN* castra . . . passus (§ 3)] om. D locat ab hoste πN : ab hoste (urbe J) locat θ ald. *Frob.* 1. 2, fort. recte, sed cf. c. 37. 5 3 iniunctum πN : iunctum (uel uinct-) $M^2A^7\theta$ ald. *Frob.* 1. 2 4 neutrī *Frob.* 2: neutrī $\Pi N\theta$ ald. latebrarum $\Pi(A$ et $A^x)N$: latebrosum A^7 uel $A^8\theta$ 5 apparebat *PC* θ : appetebat (-per- R) R^2MBDAN (sed ape- N^1 : atpe- N) euadere $A^7N^4\theta$: om. ΠN (sed hannibale *PRMN*: corr. *P^xM¹N⁴*)

usus, quo minus in tam apertis collibus timeri insidiae poterant, quinque cohortes additis quinque manipulis nocte iugum superare et in auersis collibus considere iubet: 7 tempus exsurgendi ex insidiis et adgrediendi hostem Ti. Claudium Asellum tribunum militum et P. Claudium praefectum socium edocet, quos cum iis mittebat. Ipse luce prima copias omnes peditum equitumque in aciem eduxit. Paulo post et ab Hannibale signum pugnae propositum est clamorque in castris ad arma discurrentium est sublatus; inde eques pedesque certatim portis ruere ac palati per 9 campum properare ad hostes. Quos ubi effusos consul uidet, tribuno militum tertiae legionis C. Aurunculeio imperat ut equites legionis quanto maximo impetu possit in 10 hostem emittat: ita pecorum modo incompositos toto passim se campo fudisse ut sterni obterique priusquam instruantur possint.

42 Nondum Hannibal e castris exierat cum pugnantium clamorem audiuit; itaque excitus tumultu raptim ad hostem 2 copias agit. Iam primos occupauerat equestris terror; peditum etiam prima legio et dextra ala proelium inibat. Incompositi hostes, ut quemque aut pediti aut equiti casus 3 obtulit, ita conserunt manus. Crescit pugna subsidiis et procurrentium ad certamen numero augetur; pugnantesque

6 quo $\Pi N\theta$ Edd.: qua Thoresby Jones, sed ellipsis defendi potest ex 23.
15. 14 cohortes $KFrob.2$: cohortibus $\Pi N J.ald.$, sed cf. c. 2. 8 adn.
 collibus (considere) ΠN : uallibus $A^7N^4\theta ald. Frob.1.2$ 7 adgrediendi (uel aggr-) $N^4\theta$: adgredi (uel aggr-) ΠN (agr.), cf. c. 1. 11 adn.

8 Ipse $C^4M^2BDAN\theta$: ipsis π , cf. c. 3. 2. adn. eduxit
 ΠN : duxit θ , cf. cc. 32. 7; 42. 8 clamorque . . . est] om. N

supplet N^4 ridere $CBDAN\theta$: uere PRM 9 uidet πM
 $N.ald. Frob.1.2$: uide RM : uidit θ ; cf. c. 5. 9 adn. possit Γ

N Edd.: posset θ 10 se campo $\Pi N \theta ald.$: campo se $Frob.2$: se campos N^3 uel N^4 (qui fort. campo se ut s. l. uoluit) fudisse $\Pi N.ald$.
 $Frob.1.2$: effudisse A^7 uel A^vN^4 uel N^3 (sed efu-, u. adn. praec.) θ obterique (opt- PC) $\pi R^2N\theta ald. Frob.1.2$: opteneriqueae R : operique S

42 1 excitus PCN^2K : exercitus $RMBDANJ$ 2 equestri:
 A^7N^4 uel $N^3\theta Frob.2$: eques πR^1 : equites $RC^4ald.$: equester $Salma$ sius, non male et ob omissionem $Puteani$ defendendum, sed hac formam Ciceroniana in formulis uel, tantum (cf. e.g. 5. 7. 5) uti uidetur $Liui$ prima legio $\pi B^2N.ald.$: legio B : legio prima θ , cf. c. 37. 5. adn.

—quod nisi in ueteri exercitu et duce ueteri haud facile est—inter tumultum ac terorem instruxisset Hannibal, ni 4 cohortium ac manipulorum decurrentium per colles clamor ab tergo auditus metum ne intercluderentur a castris inieci-set. Inde pauor incussus et fuga passim fieri coepit ; 5 minorque caedes fuit, quia propinquitas castrorum breuiorem fugam perculis fecit. Equites enim tergo inhaerebant ; 6 in transuersa latera inuaserant cohortes secundis collibus uia nuda ac facili decurrentes. Tamen supra octo milia 7 hominum occisa, [supra] septingenti capti ; signa militaria nouem adempta ; elephanti etiam, quorum nullus usus in repentina ac tumultuaria pugna fuerat, quattuor occisi, duo capti. Circa quingentos Romanorum socrorumque uictores 8 ceciderunt.

Postero die Poenus quieuit : Romanus, in aciem copiis eductis postquam neminem signa contra efferre uidit, spolia legi caesorum hostium et suorum corpora conlata in unum sepeliri iussit. Inde insequentibus continuis diebus aliquot 9 ita institit portis ut prope inferre signa uideretur, donec 10 Hannibal tertia uigilia crebris ignibus tabernaculisque quae pars castrorum ad hostes uergebat et Numidis paucis qui in uallo portisque se ostenderent relictis profectus Apuliam petere intendit. Vbi inluxit, successit uallo Romana acies, 11

3 duce ueteri N^3 uel N^4 , cf. 10. 2. 14 : duci ueteri $\Pi N. ald.$: duce ueteri $A^7N^5\theta$ Frob. 2 4 decurrentium $C^4A^7N^4$ ut s. l. 6 : decursu (uel -sum) ΠN a $N^4\theta ald.$ Frob. 1. 2 : om. ΠN (non male, sed cum de loco agitur intercludo ab *Liuianum est*) 6 tergo inha-rebant (uel -her- uel -er-) ΠN et (sed in t. inh.) $ald.$ Frob. 1. 2 : in tergo habebant N^4 ut s. l. 6 7 supra septingenti *PK* (cf. *Neue-Wagener II* p. 926) : supra septingentos *Edd.*, cf. c. 14. 14 et 30. 6. 9: seclusimus supra 8 circa quingentos (sed d) *PC* : circa π^2N : et circa *Sp* ut uid. $N^4\theta ald.$: et ecce A^v : et tres *Rhen.* : om. *Frob. 1. 2* uictores ΠNJ^x ut s. l. *K* : ductores *Sp* ut uid. *J. ald.* : ducenti *Frob. 1. 2* eductis *Sp*? $A^7\theta$ *Frob. 2* : ductis ΠN , cf. c. 41. 8 uidit ΠN : uidet N^5 uel N^4 ut s. l. 6 9 continuis diebus ΠN *Edd.* : diebus continuis 6 : malim ipse continuis secludere, cf. c. 34. 3 *adn.* 10 ostenderent M^2 uel $M^1A^7\theta$: ostenderunt Π (-rat N : -ret N^5), cf. 22. 36. 3 et 30. 33. 3 *adn.* 11 inluxit (uel ill-) $\Pi N\theta$: luce N^4 ut s. l.

et Numidae ex composito paulisper in portis se ualloque ostentauere, frustatique aliquamdiu hostes citatis equis 12 agmen suorum adsequuntur. Consul ubi silentium in castris et ne paucos quidem qui prima luce obambulauerant parte ulla cernebat, duobus equitibus speculatum in castra praemissis postquam satis tuta omnia esse exploratum est, 13 inferri signa iussit; tantumque ibi moratus dum milites ad praedam discurrunt receptui deinde cecinit multoque ante 14 noctem copias reduxit. Postero die prima luce profectus magnis itineribus famam et uestigia agminis sequens haud 15 procul Venusia hostem adsequitur. Ibi quoque tumultuaria pugna fuit; supra duo milia Poenorum caesa. Inde nocturnis montanisque itineribus Poenus ne locum pugnandi daret 16 Metapontum petiit. Hanno inde—is enim praesidio eius loci praefuerat—in Bruttios cum paucis ad exercitum nouum comparandum missus: Hannibal copiis eius ad suas additis Venusiam retro quibus uenerat itineribus repetit at 17 que inde Canusium procedit. Nunquam Nero uestigiis hostis abstiterat et Q. Fulrium, cum Metapontum ipse proficisceatur, in Lucanos ne regio ea sine praesidio esset arcessierat 43 Inter haec ab Hasdrubale postquam a Placentiae obsidione abscessit quattuor Galli equites, duo Numidae cum litteris missi ad Hannibalem cum per medios hostes 2 totam ferme longitudinem Italiae emensi essent, dum Meta

11 hostes *R¹MBDAN.ald.* : hostis *C* (*iure, sed cf. Praef. § 30*) : liostis *PR*, cf. c. 44. 10: hostem *θFrob.2, fort. recte* 12 paucos *ΠN*. *ald.Frob.1.2* : passus *SpN⁴* ut s. l. : ipsos *Rhen.* 14 prima luce *ΠNEdd.* : luce prima *θ*, cf. c. 37. 5 *adn.* 15 duo milia] $\infty \infty$ *I* *CR²* : xx *RMBD* : uiginti milia (*uel* *xx*) *M²AN*: tria milia *A^v* caesa *ΠN.ald.Frob.1.2* : caesi *θ* 16 repetit *θ* *ald.Frob.1*

2, cf. c. 5. 9 *adn.* : repetiit *ΠN, fort. recte* 17 arcessierat *A* *uel A^vN³* *uel N^b* (*sed -ant*) *θ* (*sed accers-*) : arcessiebat *Π(-sseb- C)N*

43 1 a Placentiae obsidione (*uel ops-*) abscessit (*uel abc-*) *Π* *ald.Frob.1.2* : ad *Pl.* obsidionem accessit *SpN⁴* ut s. l. *θ* missi ad (*a N^x*: ab *B*) Hannibalem *πB²N*: ad Hannibalem missi *θ* *ald.Frob.1.2*, cf. c. 37. 5 *adn.* medios hostes *A^vθFrob.2* : mediostenm *P*, cf. c. 40. 7 *adn.* : mediostenm *P²R* : medium hostem *CR MBDN.ald.* : medi | hoste *A*

pontum cedentem Hannibalem sequuntur incertis itineribus Tarentum delati, a uagis per agros pabulatoribus Romanis ad Q. Claudium propraetorem deducuntur. Eum primo in certis implicantes responsis ut metus tormentorum admotus fateri uera coegit, edocuerunt litteras se ab Hasdrubale ad Hannibalem ferre. Cum iis litteris, sicut erant, signatis L. Verginio tribuno militum ducendi ad Claudium consulem traduntur; duae simul turmae Samnitium praesidii causa missae. Qui ubi ad consulem peruenerunt litteraeque lectae per interpretem sunt et ex captiuis percontatio facta, tum Claudio non id tempus esse rei publicae ratus quo consiliis ordinariis prouinciae suae quisque finibus per exercitus suos cum hoste destinato ab senatu bellum gereret—audendum ac nouandum aliquid improuisum, inopinatum, quod coeptum non minorem apud ciues quam hostes terrorem faceret, perpetratum in magnam laetitiam ex magno metu uirteret—, litteris Hasdrubalis Romam ad senatum missis simul et ipse patres conscriptos quid pararet edocet; monet ut cum in Umbria se occursurum Hasdrubal fratri scribat, egiōnem a Capua Romam arcessant, dilectum Romae habeant, exercitum urbanum ad Narniam hosti opponant. Haec senatu scripta. Praemissi item per agrum Larinatem Marrucinum Frentanum Praetutianum, qua exercitum duc-

² sequuntur *RMBDA*N⁰ (*uid. e.g. Buck Lat. Gr. p. 21*): sequontur
⁵ ^{PC} percontatio *Vat*^θ, cf. 21. 18. 1 *adn.*: percunctatio Π (-unt-
 V). Scribit *P* fere semper -cunet-, perperam, ut *e.g. in cc. 50. 9; 51. 3;*
^{8. 25. 5 al.} ⁶ ante prouinciae *add. in Wesenberg, frustra*
 ac nouandum *A⁷N⁴θald.Frob. 1.2*: om. Π(*et A²*)N quod πA⁷
⁷ *V²JFrob. 2*: ques *B*: q; si *D*: q; sed *AN*: -que quod *K. ald.*
¹ pararet Π*N. ald.*: paret *SρθFrob. 2*, sed cf. *e.g. c. 46. 7; 1. 51. 1; 24.*
^{13. 7 et u.} *App. II ad Liui lib. II Cantab. 1901 editum p. 189*, B (1).
^{13. 7 et u.} *App. II op. c.* ⁹ *senatu PCR²* (-tus *R*), cf. 9. 41. 7: *senatui π³*
¹ uel *C²N⁰*, *sed codd.* bonis antiquiore*m formam praebentibus in*
¹ *ormulis antiquis obsequimur*, cf. 26. 33. 14 *adn.* ¹⁰ item
¹ *INSp¹Frob. 2*: inde *θald.* Frentanum π, cf. 9. 45. 18 *et It. Dial.*
¹ *212* (*sed in 9. 16. 1 Ferent- ubi ad oppidum potius quam gentem res*
referenda): ferentanum *M⁷BDAN⁰* Praetutianum *ed. Mog.*
^{518, cf. It. Dial. p. 450}: practutilanum Π*N* (-tutsta- *N²* -turia- ⁶)
 qua *CR¹BDAN⁰*: quae *PRM*

turus erat, ut omnes ex agris urbibusque commeatus paratos militi ad uescendum in uiam deferrent, equos iumentaque alia producerent ut uehicularum fessis copia esset.
 11 Ipse de toto exercitu ciuium socrorumque quod roboris erat delegit, sex milia peditum, mille equites; pronuntiat occupare se in Lucanis proximam urbem Punicumque in ea praesidium uelle; ut ad iter parati omnes essent.
 12 Profectus nocte flexit in Picenum.

Et consul quidem quantis maximis itineribus poterat ad collegam ducebant, relicto Q. Catio legato qui castris praefecisset. Romae haud minus terroris ac tumultus erat quam fuerat quadriennio ante cum castra Punica obiecta Romanis moenibus portisque fuerant. Neque satis constabat animis tam audax iter consulis laudarent uituperarentne; apparebat, quo nihil iniquius est, ex euentu famam habiturum: castra prope Hannibalem hostem relicta sine duce cum exercitu cui detractum foret omne quod roboris, quod floris fuerit; et consulem in Lucanos ostendisse iter cum Picenum. et 3 Galliam peteret, castra relinquentem nulla alia re tutiora quam errore hostis qui ducem inde atque exercitus partem abisse ignoraret. quid futurum, si id palam fiat et aut insequi Neronem cum sex milibus armatorum profectum Hannibal toto exercitu uelit aut castra inuadere praedae 5 relicta, sine uiribus, sine imperio, sine auspicio? Veteres eius belli clades, duo consules proximo anno interfici terabant: et ea omnia accidisse cum unus imperator, unus exercitus hostium in Italia esset: nunc duo bella Punica

12 poterat] post itin. ΠΝ.αλδ., cf. 9. 24. 9 adn.: ante itin. θFrob.2
 44 1 haud πθ: non AN quadriennio Glareanus, recte nam cf.
 26. c. 10: biennio ΠΝθ cum ΠΝΚ: quam Ν⁴ uel Ν³ ut s. l. J
 audax iter Α⁷θαλδ.: aut audaxter P (cf. e.g. 26. 2. 7; 26. 11.
 12; 26. 22. 6; 26. 33. 3; 28. 19. 8): aut audax iter C: aut (ut BD)
 audacter RMB²A?N 3 inde ΠΝ: om. θ abisse Sp?Ν³
 uel Ν⁴ ut s. l. θFrob.2: abesset PRM: abesse π²Μ¹ uel Μ⁴Ν.αλδ.
 5 duo consules Α⁷Ν⁴θ: dilocos P (i.e. -il- pro -u-): locos π²
 Β²Ν: loco B: κος Μ⁷

facta, duos ingentes exercitus, duos prope Hannibales in Italia esse. quippe et Hasdrubalem patre eodem Hamilcare genitum, aequo impigrum ducem, per tot annos in Hispania Romano exercitatum bello, gemina uictoria insignem, duobus exercitibus cum clarissimis ducibus deletis. nam itineris quidem celeritate ex Hispania et concitatis ad arma Gallicis gentibus multo magis quam Hannibalem ipsum gloriari posse; quippe in iis locis hunc coegisse exercitum quibus ille maiorem partem militum fame ac frigore, quae miserima mortis genera sint, amisisset. Adiebant etiam periti rerum Hispaniae haud cum ignoto eum duce C. Nerone congressurum sed quem in saltu impedito deprensus forte haud secus quam puerum conscribendis fallacibus condicionibus pacis frustratus elusisset. Omnia maiora etiam uero praesidia hostium, minora sua, metu interprete semper in deteriora inclinato, ducebant.

Nero postquam iam tantum interualli ab hoste fecerat ut detegi consilium satis tutum esset, paucis milites adloquitur. Negat ullius consilium imperatoris in speciem audacius, re ipsa tutius fuisse quam suum: ad certam eos se uictoram ducere; quippe ad quod bellum collega non ante quam ad satietatem ipsius peditum atque equitum datae ab senatu copiae fuissent, maiores instructioresque quam si aduersus ipsum Hannibalem iret, profectus sit, eos ipsos quantum-

6 annos $A^7N^4\theta$: om. ΠN exercitatum $\Pi N.ald.$: exercitum θ
Frob. 2 7 et $\Pi N.ald.$ *Frob.* 1.2 : om. θ 9 eum *Crevier*: cum
 PCR : eo N^4 uel $N^2\theta$ (sed duce eo K) *Edd.* aliq. ante *Ald.*: om. C^2MB
 DAN *Aldus Frob.* 1.2, et hoc malit *Johnson*, nocem cum ex pracc. repetitam esse (cf. c. 45. 11 adn.) ratus (cf. de *Infinitiuo Futuri* c. 38. 5 adn.)
saltu $A^7N^4\theta$: alio PCR : alio R^1MBDAN elusisset M^2D
 A^7N^2 uel $N^4\theta$: elusisse πN (cf. 29. 2. 2 adn.) 10 hostium
 $CDA^7N^2\theta$: liostium πN (cf. c. 42. 11 et 28. 5. 10): lihostium B
minora CA^7N^2 uel $N^4\theta$: hinora PR : inora R^1MBAN (om. minora sua D)

45 1 postquam iam $A^7N^4\theta ald.$ *Frob.* 1.2 : postquam Π (et A^x) N
paucis $PA^v\theta$: paucos Π^2N 2 speciem $\Pi(A^?N)$: spem quidem
 $A^7\theta$: spem C^4 : spe A^x per ras. audacius $M^2BDAN\theta$: audacibus π 3 eos ipsos $AN\theta$: eo ipsos $\pi N^1ald.$ *Frob.* 1.2 (sed sic eo cum inclinaturos iungendum erat perperam): eo ipsi si *Madv.*, non male

cumque uirium momentum addiderint rem omnem inclinaturos. auditum modo in acie—nam ne ante audiatur, daturum operam—alterum consulem et alterum exercitum aduenisse haud dubiam uictoram facturum. famam bellum conficere et parua momenta in spem metumque impellere animos. gloriae quidem ex re bene gesta partae fructum prope omnem ipsos laturos ; semper quod postremum adiectum sit id rem totam uideri traxisse. cernere ipsos quo concursu, qua admiratione, quo fauore hominum iter suum celebretur.

7 Et hercule per instructa omnia ordinibus uirorum mulierumque undique ex agris effusorum inter uota ac preces et laudes ibant. Illos praesidia rei publicae, uindices urbis Romanae imperiique appellabant : in illorum armis dextrisque suam liberorumque suorum salutem ac libertatem repositam esse. Deos omnes deasque precabantur ut illis faustum iter, felix pugna, matura ex hostibus uictoria esset, damnarentur que ipsi uotorum quae pro iis suscepissent ut, quemadmodum nunc solliciti prosequerentur eos, ita paucos post dies laeti ouantibus uictoria obuiam irent. Inuitare inde pro se quisque et offerre et fatigare precibus ut quae ipsis iumentis que usui essent ab se potissimum sumerent ; benigne omnia cumulata dare. Modestia certare milites ne quid ultra usum necessarium sumerent ; nihil morari, nec ab signis

4 audiatur *Sp?A⁷θFrob.2*, cf. c. 17. 14 adn. : audiretur $\Pi N. ald.$
 5 gloriae . . . laturos] *om. B* gesta *C²B²A⁷ uel A²N¹θ* : gesta $\pi(A?)N$ partae *D* (-te) *Aldus*, cf. 30. 36. 11 adn. : partes π pares *B²AN* : partem *C²A⁸ uel A⁷θ Edd. ante Ald.* 6 fauor $\pi A^x NK$: pauore *CJ* : fauore *A* 7 ac *Sp?θFrob.2* : et $\Pi N. alda$ liberorumque *Sp?θFrob.2*, cf. 26. 11. 12 adn. (c) : liberorum π fort. recte, cf. c. 16. 6 adn. : liberum *BD* : et liberum *AN* : et liberorum *ald.* 8 iter *C¹R¹MBDAN^θ* : iterque *PCR*, cf. 26. 11. 12 adn. (a) felix *PCRSp?θFrob.2* : felixque *R¹MBDAN. ald.*
 9 ouantibus $\pi A^7 N^2$ uel *N⁶θ* : *om. BDAN* uictoria *N³* uel *N⁴* *ald.* : uictoram ΠN , cf. 26. 40. 11 adn. 10 fatigare ΠN , cf. e.g. c. 50. 5 : flagitare *SpθFrob.2* (*minus Liuianum*) 11 nec ab (u.) a signis *N⁴θald. Frob.1.2* : nec ab signis nec ΠN (*de uocibus perperar. sic repetitis* cf. c. 44. 1 et 29. 1. 23 adnn.), u. sqq.

absistere cibum capientes; diem ac noctem ire; uix quod satis ad naturale desiderium corporum esset quieti dare. Et ad 12 collegam praemissi erant qui nuntiarent aduentum percontarenturque clam an palam, interdiu an noctu uenire sese uellet, iisdem an aliis considerare castris. Nocte clam ingredi uisum est.

Tessera per castra ab Liuio consule data erat ut tribunus 46 tribunum, centurio centurionem, eques equitem, pedes peditem acciperet: neque enim dilatari castra opus esse, ne 2 hostis aduentum alterius consulis sentiret; et coartatio plurium in angusto tendentium facilior futura erat quod Claudio exercitus nihil ferme praeter arma secum in expeditionem tulerat. Ceterum in ipso itinere auctum 3 voluntariis agmen erat, offerentibus ultro sese et ueteribus miltibus perfunctis iam militia et iuuenibus, quos certatim nomina dantes, si quorum corporis species roburque uirium 4 pumpt militiae uidebatur, conscripserat. Ad Senam castra 4 alterius consulis erant, et quingentos ferme [inde] passus

11 absistere *Frob.2, cf. Caes. B.G. 5. 17. 2 ubi* ‘ab signis non absident’ nobis uidetur esse i. q. ‘nequirit pabulatoris ab s. longius bire’; hic milites ad cibum capiendum ibidem in via conserderunt: absistere $\Pi N\theta ald.$, fort. iam antiquitus -nis ab- in -nis sub- corrupto; ui alterum nec (*u. supra*) seruant, coacti sunt (aut ante aut post ab ignis) addere abire *Weissenb.*, discedere *Madv. olim*, abscedere *Madv. ostea, Luchs* (*ambo male deserendi notionem inferentes*); iidem subsistere etinent, cui add. *Madv.* nisi, quod cum subsistere paene necessarium erat

diem ac noctem $\Pi N\theta$: die ac nocte *Z, Madv. 1886*

2 percontarenturque (*uel-cunet-*, *u. c. 43. 5 adn.*) $A^7\theta ald.$: ne (re *P*) unctarenturque (-quid *R¹*) P^2CR : ne (nec *N*) cunctarentur quod *MBDA?N* sese A^7N^4 ut s. l. θ : esse *PCR*: an esse *MBDA?N*

ingredi $A^7N^4\theta$: inaredi *PC?R²*: inare redi *R*: in are *R¹* *IB*: -itare *D*: intrare *M² uel M⁷A^v*: minare *A?N* (meare *A¹?*) ost ingredi add melius $\Pi N\theta ald.$ (*cf. 27. 26. 10 adn.*): om. *SpVat. Frob. 2* 46 1 tribunus tribunum $\Pi N. ald.$ (-um -us *Sp?Frob. 2*: -i -os θ) coartatio (*uel cohar.*) *N³ uel N⁴*: cortatio *P*, *cf. c. 1. 11 adn.*: coartatio *P²R*: cohortatio *CR²MBDAN* erat ΠNSp ut uid. *ald. Frob. 2*: esset θ ferme *SpN⁴\theta Frob. 2*: fere *PCA¹ald.*: ferre *RMBD* *IN* in expeditionem *C⁴M²A^vN⁴J*: *idem sed -ne A²K*: expeditio- em ΠN (*om. in post -m*) 3 auctum A^7N^3 uel N^4 ut s. l. θ : aut um ΠN : cum *C^x* et (*ueteribus*) *J. ald.*: ex ΠN : ut *N⁵ uel N⁴*: *m. K* miltibus . . . iuuenibus $\pi A^7N^2\theta$: om. *AN* 4 ferme ide ΠN : inde ferme *Sp* ut uid. *\theta ald. Frob. 1. 2.* *Ipse* inde seclusi (*cf. 34. 3 adn.*): malit *Johnson* post ferme retinere (*cf. c. 37. 5 adn.*)

Hasdrubal aberat. Itaque cum iam appropinquaret, tectus
 montibus substitit Nero ne ante noctem castra ingrederetur.
 5 Silentio ingressi ab sui quisque ordinis hominibus in tentoria
 abducti cum summa omnium laetitia hospitaliter excipiuntur.
 Postero die consilium habitum, cui et L. Porcius
 6 Licinus praetor adfuit. Castra iuncta consulum castris
 habebat, et ante aduentum eorum per loca alta ducendo
 exercitum cum modo insideret angustos saltus ut transitum
 clauderet, modo ab latere aut ab tergo carperet agmen, ludi-
 ficatus hostem omnibus artibus belli fuerat; is tum in con-
 7 silio aderat. Multorum eo inclinant sententiae ut, dum
 fessum uia ac uigiliis reficeret militem Nero, simul et ad
 noscendum hostem paucos sibi sumeret dies, tempus
 8 pugnandi differretur. Nero non suadere modo sed summa
 ope orare institut ne consilium suum quod tutum celeritas
 9 fecisset temerarium morando facerent; errore qui non diu-
 turnus futurus esset uelut torpente Hannibalem nec castra
 sua sine duce relicta adgredi nec ad sequendum se iter in-
 tendisse. antequam se moueat deleri exercitum Hasdrubalis
 10 posse redirique in Apuliam. qui prolatando spatium hosti-
 det, eum et illa castra prodere Hannibali et aperire in Gal-
 liam iter ut per otium ubi uelit Hasdrubali coniungatur.
 11 extemplo signum dandum et exeundum in aciem abuten-
 dumque errore hostium absentium praesentiumque dum
 neque illi sciant cum paucioribus nec hi cum pluribus ei-

5 sui *A^xθ ed. Mediol.* 1505 : suis ΠΝ, cf. c. 3. 2 adn. Licinu-
N, cf. 26. 6. 1 adn. : Licinius Πθ 6 cum *A⁷N⁴θ* : om. ΠΝ
 7 inclinant ΠΝθ : inclinabant *Med.* 1 ald. *Frob.* 1. 2 paucos *A⁷N*
 8 : paruos ΠΝ pugnandi *Sp?* Ν⁴ uel Ν⁵ ut s. l. θ : pugnae Π¹
 ald., sc. -di ante dif- olim perditο 8 ope orare *A⁷N⁴θ* : operari
 πΝ: opera *M²B*: operam dare *D* 9 se (iter) *πB¹Nθ Aldus*
 om. *BSp?* *Edd.* ante *Ald. Frob.* 2 deleri *πB²NK. ald.* : dereli *B*
 delere *SpA⁷N³* uel *N⁵JFrob.* 2 exercitum Hasdrubalis posse re-
 dirique *Gron.* : idcm sed -reque *A⁷N⁴θ Edd.* ante *Gron.* : que ΠΝ, si
 duobus lineis post deleri omissis, cf. 26. 51. 8 adn. *De* -re pro -ri q
 c. 4. 13 adn. 10 et (illa) ΠΝ. *ald. Frob.* 1. 2 : om. *A⁷θ*
 11 cxeundum *A⁷N⁴θ ald. Frob.* 1. 2 : aeundum *PR* (cf. 26. 37. 3 arx
 adn.) : eundum *CR^xMB¹(cooperat x scribere B)DAN* praesenti
 umque *A⁷N⁴θ ald.* : que ΠΝ, cf. 26. 11. 12 adn. (b) : del. -que *M²*

ualidioribus rem esse. Consilio dimisso signum pugnae 12 proponitur confestimque in aciem procedunt.

Iam hostes ante castra instructi stabant. Moram pugnae 47 attulit quod Hasdrubal proiectus ante signa cum paucis equitibus scuta uetera hostium notauit quae ante non uiderat et strigosiores equos; multitudo quoque maior solita uisa est. Suspicatus enim id quod erat, receptui propere 2 cecinit ac misit ad flumen unde aquabantur ubi et excipi aliqui possent et notari oculis si qui forte adustioris coloris ut ex recenti uia essent; simul circumuehi procul castra 3 ubet specularique num auctum aliqua parte sit uallum, et ut attendant semel bisne signum canat in castris. Ea cum 4 ordine relata omnia essent, castra nihil aucta errorem faciebant; bina erant, sicut ante aduentum consulis alterius uerant, una M. Liui, altera L. Porci; neutrī quicquam quo atius tenderetur ad munimenta adiectum. Illud ueterem 5 lucem adsuetumque Romano hosti mouit quod semel in praetoriis castis signum, bis in consularibus referebant recinisse; duos profecto consules esse, et quoniam modo inter ab Hannibale abscessisset cura angebat. Minime id 6 quod erat suspicari poterat, tantae rei frustratione Hannibalem elusum ut ubi dux, ubi exercitus esset cum quo castra coniuncta habuerit ignoraret: profecto haud mediocri clade 7

47 1 uiderat *RAN⁴θEdd.*: uidebat *πR¹N*, cf. c. 31. 10 *adn.*
Suspicatus CM²A⁷N⁴ ab N⁷ rescriptus θ: suscitatus *π* (scisci- *B*):
ispitatus P⁴N enim *ΠN*: *om. θ* ubi et *ΠN⁴*: et ubi *θ*:
bi N oculis *CM²ANθ*: oculos *π* qui *C²A⁷θald.*: quit
': quid CRMB DAN 3 ut *ΠN.ald.* (cf. e.g. 38. 35. 9): *om.*
pθFrob.2 4 relata omnia *N⁴K*: omnia relata *A⁷J.ald.Frob.1.2*:
mnia ΠN neutrī *C²θald.*: naeuti *π* (cf. c. 17. 12 *adn.*): neutrī
**MBD* tenderetur *ΠN*, cf. c. 46. 2: tenderentur *M¹θ*
hosti ΠN.ald.: hoste *θ* praetoriis *C⁴θald.*: praetoris *ΠN*
uos profecto consules esse A⁷N⁴θald.Frob.1.2 (*sed praefecto N⁴*):
m. ΠN, sc. lineam unam si cos pro consules steterat, cf. 26. 51. 8 *adn.*
6 tantae CM¹DAN¹θ: antae *PMN(-te RB)* coniuncta
17J, cf. e.g. 3. 69. 9: iuncta *K*: conlata (uel coll.) *ΠN.ald.Frob.1.2*,
uos sequi malit Johnson (u. e.g. 26. 12. 14) habuerit *ΠN.ald.*:
aberet SpθFrob.2, sed tutatur habuerit constans Liui in O. O. temporum
*sus (cf. c. 17. 14 *adn.*)*; scil. potuit scribi 'ignorabat Hasdr. id quod
'at; neuera ita elusus est Hann. ut ignoraret ubi dux esset cum quo... abuit'

absterritum insequi non ausum ; magno opere uereri ne perditis rebus serum ipse auxilium uenisset Romanisque eadem
 8 iam fortuna in Italia quae in Hispania esset. interdum litteras suas ad eum non peruenisse credere interceptisque iis consulem ad sese opprimendum accelerasse. His
 anxius curis, exstinctis ignibus, uigilia prima dato signo ut
 9 taciti uasa conligerent, signa ferri iussit. In trepidatione et nocturno tumultu duces parum intente adseruati, alter in destinatis iam ante animo latebris subsedit, alter per uada nota Metaurum flumen tranauit. Ita desertum ab ducibus agmen primo per agros palatur, fessique aliquot somno ac uigiliis sternunt corpora passim atque infrequentia relin-
 10 quunt signa. Hasdrubal dum lux uiam ostenderet ripa fluminis signa ferri iubet, et per tortuosi amnis sinus flexus-
 que cum errorem uoluens haud multum processisset, ubi prima lux transitum opportunum ostendisset transiturus erat.
 11 Sed cum, quantum a mari abscedebat, tanto altioribus coercentibus amnem ripis non inueniret uada, diem terendo spatium dedit ad insequendum sese hosti.

48 Nero primum cum omni equitatu aduenit : Porcius deinde adsecutus cum leui armatura. Qui cum fessum agmen carperent ab omni parte incursarentque, et iam omissio itinere

9 intente *Sp? A⁷θ Frob. 2* : inte π, cf. c. 1. 11 adn. : iter *C⁴BDAN* : intenti iter *Ven. ald.* adseruati (uel ass-) *Sp? A⁷θ* : adseruat Π (sed -nt *C²BA* et *A^vN*) : asseruare *ald.* tranauit πθ (transn- D θ) : transnatauit *AN* fessique π*N. ald. Frob. 1. 2* : fessisque *B* fessi θ somno ac uigiliis] *pessime haec temptauerunt emenda-*
tores ; cf. *Hor. Carm. 3. 4. 11* 10 uiam *A⁷N⁴θ Aldus* : iam Π*N* uiam iam *M¹⁰ Edd. ante Ald.* ostenderet ripa fluminis *A⁷N* (ostenderet ut s. l. tantum praebens, ceteris sine dubio additis) θ*ald.* ostendentis Π : ostentis *N* ferri *A⁷θ ald.* : ferre Π*N*, cf. c. 4. 13 adn. errorem π(*C?*) : errore *C* uel *C²DAN Sp* ut uid. θ*ald.* orbem *Weissenb.* : errore iter re- *Riemann* ; *difficilis sane locutio es* errorem uoluens, sed ut credimus *Liuiana* erat *Sp* ut uid. *A⁷N* θ *Edd. ante Gron.* : om. Π*N* (*spatio iv litt. ante Sed in PR relicto*) unde del. cum supra *Gron.* et processit pro -ssisset legit, add. substitui ante ubi *Sartorius*, non male 11 a mari *A⁷N⁴* ut s. l. θ*ald.* mare Π*N*, cf. § 10 et c. 4. 13 adn. terendo *AN⁴θ* (terr- *J*) ferendo π*N* (diff- *A^v* ut s. l.)

quod fugae simile erat castra metari Poenus in tumulo super fluminis ripam uellet, aduenit Liuius peditum omnibus 3 copiis non itineris modo sed ad conserendum extemplo proelium instructis armatisque. Sed ubi omnes copias 4 coniunixerunt directaque acies est, Claudius dextro in cornu, Liuius ab sinistro pugnam instruit: media acies praetori tuenda data. Hasdrubal omissa munitione castrorum 5 postquam pugnandum uidit, in prima acie ante signa elephantos conlocat: circa eos laevo in cornu aduersus Clau- dium Gallos opponit, haud tantum iis fidens quantum ab hoste timeri eos credebat: ipse dextrum cornu aduersus M. 6 Liuium sibi atque Hispanis—et ibi maxime in ueteri milite spem habebat—sumpsit: Ligures in medio post elephantos 7 positi. Sed longior quam latior acies erat; Gallos promi- nens collis tegebat; ea frons quam Hispani tenebant cum 8 sinistro Romanorum cornu concurrit: dextra omnis acies extra proelium eminens cessabat; collis oppositus arcebat ne aut a fronte aut ab latere adgredierentur.

Inter Liuium Hasdrubalemque ingens contractum certa- 9 nen erat, atroxque caedes utrumque edebatur. Ibi duces 10 umbo, ibi pars maior peditum equitumque Romanorum, ibi Hispani uetus miles peritusque Romanae pugnae, et Ligures lurum in armis genus. Eodem uersi elephanti, qui primo impetu turbauerant antesignanos et iam signa mouerant

48 2 fugae $C^2A^7N^3$ uel N^4 ut s. l. θ : fuga ΠN **3** itineris
iten- R) ΠNSp ? : itineri $A^x\theta ald$, quod retinet Frob. 2 **4** directa-
ue $R^2MBDA\theta$, cf. 2. 49. 11 adn. et e.g. 30. 33. 3 : derectaque $PCRN$,
inus recte nisi fort. ut Verg. in G. 2. 281 Liuius hic aciei utriusque
rontem in priinis uolebat indicare: decertaque N^2 uel N^4 ut s. l. Cf.
iam 28. 22. 13; 29. 27. 12; 29. 33. 4 **5** conlocat (uel coll-)
 $\Pi N. ald$: locat $Sp\theta Frob. 2$. fort. recte (cf. Luchs 1879 p. lxxxvi)
intum P^4 uel $P^6CM^1A^7N^2$ uel $N^4\theta$: iantum $\pi(A?)N$ (om. haud tant.
.. ipse (§ 6) D) fidens $CM^2A^7N^2$ uel $N^4\theta$: fidene $\pi(A?)N$
5-6 credebat: ipse dextrum A^7 et A^v (sed i A^7 : ipse A^v) $N^4\theta ald$.
rob. 1. 2: credebatur se (sed C) dextrum PC: credebatur (credebat
l²) sen-(sin- $MBA?N$) istrum π^2 uel π^3 , cf. § 14 adn.: sinistrum D
8 ea $\Pi N. ald. Frob. 1. 2$: et θ a $A^7N^4\theta Edd$. : om. ΠN
o Romanorum . . . peritusque $\pi A^7N^2\theta$: om. $BDAN$ antesign-
anos $PP^2A^vN^2$ (arios θ): ante signa romanos Π^2N , cf. 28. 8. 4 adn.

11 loco; deinde crescente certamine et clamore impotentius iam regi et inter duas acies uersari uelut incerti quorum essent,
 12 haud dissimiliter nauibus sine gubernaculo uagis. Claudio
 ‘Quid ergo praecipi tam longum iter emensi sumus?’
 clamitans militibus cum in aduersum collem frustra signa
 13 erigere conatus esset, postquam ea regione penetrari ad hostem non uidebat posse, cohortes aliquot subductas e dextro cornu, ubi stationem magis segnem quam pugnam
 14 futuram cernebat, post aciem circumducit, et non hostibus modo sed etiam suis inopinantibus in sinistrum (euectus in dextrum) hostium latus incurrit; tantaque celeritas fuit ut cum ostendissent se ab latere mox in terga iam pugnarent.
 15 Ita ex omnibus partibus, ab fronte, ab latere, ab tergo, trucidantur Hispani Liguresque; et ad Gallos iam caedes
 16 peruenerat. Ibi minimum certaminis fuit; nam et pars magna ab signis aberant nocte dilapsi stratique somno passim per agros, et qui aderant itinere ac uigiliis fessi, in
 17 tolerantissima laboris corpora, uix arma umeris gerebant; et iam diei medium erat, sitisque et calor hiantes caedendos capiendosque adfatum praebebat.

49 Elephanti plures ab ipsis rectoribus quam ab hoste interfici. Fabrile scalprum cum malleo habebant; id, ubi saeuire beluae ac ruere in suos cooperant, magister inter aures positum ipsa in compage qua iungitur capiti ceruix quanto maximo poterat ictu adigebat. Ea celerrima uia mortis ir

14 sinistrum (euectus in dextrum) *scripti*, (cf. 26. 6. 16 *adn.*): sinistrum π⁴Νθαλδ. *Frob.* 1. 2: sistrum *PRM*: dextrum *Glareanus*, quem sequi malit *Johnson* errorem codicum fort. *ex -us* in *bis scripto* ortum esse ratus (cf. etiam § 6 *adn.*) Certe nusquam appetat maior scribarum (an *Liui?*) socordia quam in proeliorum ratione, cf. e.g. 8. 8. 4; 22. 47.

ab (latere) ΠΝ.αλδ.: in *SpθFrob.* 2 15 trucidantur Πι
 αλδ. *Frob.* 1. 2: trucidabantur *Aθθ* (-arentur *Sp*) 16 gerebant *S*
θFrob. 2: gestabant ΠΝ.αλδ. (*hic minus aptum quam e.g. in* 10. 26. 11)

49 1 id πΒ²Ν: *om. B*: et θ ipsa in compage qua Ν⁴ s. l. (*qui primo scripti q. mox ipse se corrigens* ♀) θαλδ. *Frob.* 1. 2: ipso articulo quo (*om. quo N*) ΠΝ, pari iure, sed fort. *glossematis magi proprium*

tantae molis belua inuenta erat ubi regendi spem ui uicissent, primusque id Hasdrubal instituerat, dux cum saepe alias memorabilis tum illa praecipue pugna. Ille pugnantes 3 hortando pariterque obeundo pericula sustinuit; ille fessos abnuentesque taedio et labore nunc precando, nunc castigando accedit; ille fugientes reuocauit omissamque pugnam aliquot locis restituit; postremo cum haud dubie fortuna 4 hostium esset, ne superstes tanto exercitu suum nomen secuto esset concitato equo se in cohortem Romanam immisit; ibi, ut patre Hamilcare et Hannibale fratre dignum erat, pugnans cecidit.

Nunquam eo bello una acie tantum hostium interfectum 5 est, redditaque aequa Cannensi clades uel ducis uel exercitus interitu uidebatur. Quinquaginta septem milia hostium 6 occisa, capta quinque milia et quadringenti; magna praeda alia cum omnis generis tum auri etiam argentique; ciuium 7 etiam Romanorum qui capti apud hostes erant supra quattuor alia capitum recepta. Id solatii fuit pro amissis eo proelio militibus. Nam haudquaquam incruenta uictoria fuit: octo erme milia Romanorum sociorumque occisa, adeoque etiam 8 ictores sanguinis caedisque ceperat satias ut postero die

a inuenta *CD A⁷ N²* uel *N⁴θ*: inuenta πN regendi spem ui
icissent *N³* uel *N⁴* (*et sic ald. sed -set*), cf. I. 58. 5: regendi spem
icissent *Sp? A⁷ N⁷* (*ui illud perstringens*) θ *Frob. 2*, *quod ex codd. testi-*
monio probabilius credit Johnson: regendis peruicissent $\Pi(A?)N$:
rectores (*uel* regentes) peruicissent *dett. aliq.* : regentis spreuiscent
Zeissenb. : regendi spem perdidissent *Kindscher* : *alia alii, sed de re-*
regendi spem cf. e.g. *Verg. A. 5. 590* dux *CM¹ A⁷ N²* uel *N⁴* ut
I. K *Edd.* : dua π , cf. 26. 37. 3 *adn.* : *om. D* : quia *AN* : dux qui *J*
3 et labore $\Pi N \theta$: laborem *Madv. Em. p. 402, frustra* (*ut ipse*
dit postea), cf. e.g. 6. 24. 9 4 dubie (-iae *B*) πN : dubia *C*
1 ut s. I. θald. Frob. 1. 2 5 superstes . . . esset *P* et *P²* *Sp? A⁷* et
6 *uoluit N⁴* (*qui -esbet ante tanto eradere ut uid. oblitus est*) θ *Frob. 2* :
supereset *P²* (*deleto esbet post secuto quem seq.* *CM²* (*an -se?*) *B² A^v* et
?N): superest (*sine esbet infra*) *RMBD* 7 clades *A^v θald.* :
ade (-de) *ΠN* (*cf. c. 17. 12 adn.*) 6 septem *A⁷θ* : sex *ΠN*
d. Frob. 1. 2 (*cf. Oros. 4. 18, cui satisfecimus quoad licuit*) 8 quat-
or milia *A⁷θald. Frob. 1. 2*: ∞ ∞ ∞ *PC*: xxx *RMBAN* (*hi duo*
ene): \overline{xxx} *M⁷* uel *M²D*: triginta *M. N⁴*. Cf. *Oros. 1. c.*
satias *SpFrob. 2* (*cf. 25. 23. 16; 30. 3. 4*): satietas (*saci-* *RM*: sati-
2: *saoi- B*) *ΠN. θald.*

cum esset nuntiatum Liuio consuli Gallos Cisalpinos Liguresque qui aut proelio non adfuerint aut inter caedem effugissent uno agmine abire sine certo duce sine signis sine ordine 9 ullo aut imperio; posse, si una equitum ala mittatur, omnes deleri; 'Quin supersint' inquit 'aliqui nuntii et hostium cladis 50 et nostrae uirtutis.' Nero ea nocte quae secuta est pugnam (profectus in Apuliam) citatiore quam inde uenerat agmine, 2 die sexto ad statua sua atque ad hostem peruenit. Iter eius frequentia minore—nemo enim praecesserat nuntius—laetitia uero tanta uix ut compotes mentium prae gaudio 3 essent celebratum est. Nam Romae neuter animi habitus satis dici enarrarie potest, nec quo incerta exspectatione euentus ciuitas fuerat nec quo uictoriae famam accepit.

4 Nunquam per omnes dies ex quo Claudiu[m] consulem proiectum fama attulit ab orto sole ad occidentem aut senator quisquam a curia atque ab magistratibus abscessit aut 5 populus e foro; matronae quia nihil in ipsis opis erat in preces obtestationesque uersae per omnia delubra uagae super 6 pliciis uotisque fatigare deos. Tam sollicitae ac suspensae

8 Liguresque M^2 uel M^1B^2AN (-risque π^2): ligur quo P : et ligures θ signis ΠN : signo θ ullo aut ΠN : ullo sine θ : si non (an sine?) uallo N^2 9 posse] ante si ΠN . ald. Frob. 1. 2: ant omnes A^7N^4 ? (erasum) θ , cf. c. 37. 5 adn. deleri; 'Quin Gron.: delerique $\pi(A^7)$, sed -q; M: deleri qui $C^1M^4DA?N$: deleri A $N^4\theta$ Edd. ante Gron. et sic malit Johnson, cf. 26. 11. 12 adn. (a): cap delerique Castiglioni inquit 'aliqui A^7N^4 (uel N^1 et N^4 sed alii θ : alii qui ΠN ; de Indicatio inquit cf. 4. 28. 4

50 1 nocte $\Pi^2N\theta$: nec te P profectus in Apuliam Rossbac (iam proiectus Sartorius) optime, cf. 26. 6. 16 adn.: silent $\Pi N\theta$ Eda uet.: regressus Madv. 1879 (proiectus 1886) ad (hostem) N^4 ald. Frob. 1. 2, cf. Drak. ad 6. 28. 6: om. ΠN , non male, cf. e.g. 6. 28. 6 ubi praep. repetita deest in opt. codd. 2 nemo enim Sp θ Frob. 2 quia nemo ΠN . ald. prae ΠN . ald.: om. Sp θ Frob. 2 3 enarrarie ΠN . ald.: narrarie Sp θ Frob. 2 fuerat . . . accepit ΠN . ald. (sed -perit ald.): fuerit . . . acceperit Sp ut uid. N^2 u N^4 (sed hic -pit non mutat) θ Frob. 2, pari iure, u. 28. 5. 6 adn. 4 e (foro) ΠN . ald., et in Frob. 2 retentum: om. Sp θ 5 in (preces) $A^7\theta$ ald.: inter ΠN suppliciis θ ald. Frob. 1. 2, cf. 22. 51. 5 supplices ΠN (suppl-) fatigare ΠN . ald.: fatigauere Sp θ N^1 Frob. 2

civitati fama incerta primo accidit duos Narnienses equites in castra quae in faucibus Vmbriae opposita erant uenisse ex proelio nuntiantes caesos hostes. Et primo magis auribus 7 quam animis id acceptum erat, ut maius laetiusque quam quod mente capere aut satis credere possent; et ipsa celeritas fidem impediebat quod biduo ante pugnatum dicebatur. Litterae deinde ab L. Manlio Acidino missae ex castris 8 adferuntur de Narniensium equitum aduentu. Hae lit- 9 terae per forum ad tribunal praetoris latae senatum curia exciuerunt; tantoque certamine ac tumultu populi ad fores curiae concursum est ut adire nuntius non posset, sed traheretur a percontantibus uociferantibusque ut in rostris prius quam in senatu litterae recitarentur. Tandem summoti et 10 coerciti a magistratibus, dispensarique laetitia inter impotentes eius animos potuit. In senatu primum, deinde in 11 contione litterae recitatae sunt; et pro cuiusque ingenio aliis iam certum gaudium, aliis nulla ante futura fides erat quam legatos consulmuae litteras audissent. Ipsos deinde 51 adpropinquare legatos allatum est.

Tunc enim uero omnis aetas currere obuii, primus quisque oculis auribusque haurire tantum gaudium cupientes. Ad 2 Muluum usque pontem continens agmen peruenit. Legati 3

7 Et $\Pi N.ald.Frob.1.2$: om. (cum id sq.) θ fidem A^7 uel A^v
 N^1 uel N^4 ab N^6 rescriptus θ : idem ΠN 8 Acidino πR^1B^1A et
 A^v (acci- R : aciu- B), cf. 26. 23. 1 : accindio N : accuidino N^2 : acci-
uino $A^7\theta$ 9 praetoris latae $Sp?A^7\theta Frob.2$: perlataes P , cf. 26.
2. 7 adn.: perlatae $\Pi^1N.ald.$ curia $\Pi N.ald.Frob.1.2$: in curiam
 $N^4\theta$ sed traheretur $SpVat$: traheretur π (sed post -set omitted):
trahereturque $AN\theta ald.Frob.1.2$ percontantibus $\Pi N\theta$ (sed -cunct-
 ΠN : -cont- $A^x\theta$, cf. c. 43. 5 adn.): cunctantibus Sp (qui praec. a om.
ut uid.) J^1 ut s. l. 10 dispensarique ΠNJ^1 (-atiq.) $Edd.$: dis-
sertarique Sp : disserariq. (-atiq.) J θ inter impotentes (uel
-tis) $Sp\theta ald. Madv. 1886$: inter ponentis ΠNJ^1 : inter potentes $Madv.$
olim, scite sed frigidius 11 aliis iam $BANJ.ald.Frob.1.2$: alias
iam π : iam K : om. Sp : del. N^4 (an $N^2?$) gaudium $\Pi N\theta Edd.$:
gaudio Sp

51 1 Tunc $\Pi N\theta ald.$, cf. 2. 36. 6: tum *Ven Drak.* obuii Π
(A^7) $N.ald.$: obuiam $Sp?A^7\theta Frob.2$, fort. recte, sed cf. c. 40. 13 adn.
primus $\Pi N.ald.$: primum θ, cf. c. 30. 12 2 Muluum PCM^1 uel
 $M^2A^7\theta$: miluui-(uel -lui-)um $RMA^7?N^4$ ut s. l. (mol- $BDAN$)

—erant L. Veturius Philo P. Licinius Varus Q. Caecilius Metellus—circumfusi omnis generis hominum frequentia in 4 forum peruenerunt, cum alii ipsos, alii comites eorum quae acta essent percontarentur ; et ut quisque audierat exercitum hostium imperatoremque occisum, legiones Romanas in- columes, saluos consules esse, extemplo aliis porro impertie- 5 bant gaudium suum. Cum aegre in curiam peruentum esset, multo aegrius summota turba ne patribus misceretur, litterae in senatu recitatae sunt. Inde traducti in contionem 6 legati. L. Veturius litteris recitatis, ipse planius omnia quae acta erant exposuit cum ingenti adsensu, postremo etiam clamore uniuersae contionis cum uix gaudium animis 7 caperent. Discursum inde ab aliis circa templa deum ut grates agerent, ab aliis domos ut coniugibus liberisque tam 8 laetum nuntium impertirent. Senatus quod M. Liuius et C. Claudius consules incolumi exercitu ducem hostium legionesque occidissent supplicationem in triduum decreuit. Eam supplicationem C. Hostilius praetor pro contione edixit, 9 celebrataque a uiris feminisque est. Omnia templa per totum triduum aequalem turbam habuere, cum matronae amplissima ueste cum liberis perinde ac si debellatum foret omni- 10 solutae metu deis immortalibus grates agerent. Statum quo- que ciuitatis ea uictoria mouit, ut iam inde haud secus quam


3 Philo *ald.*, cf. c. 22. 5 : philus πΝ¹ uel Ν⁴θ : philu A?N
 Caecilius Vat *ald.* Frob. 1. 2 : om. ΠΝθ *ut saepe Liuius*, cf. e.g. c. 36. 8
 (*et contra c. 36. 9*) : *u. sis e.g. 'Vergilian Age'*, p. 58
 (ipsos) π^xM¹ et M⁴N⁴ uel N²θ : aliis PRMN (*om. ipsos N*: add.
 Ν⁴ uel N²) essent ΠN. *ald.* : sint Sp?θFrob. 2, sed cf. App. II
 ad Liui lib. II Cantab. editum p. 189 B (1) et c. 17. 14 adn.
 percontarentur] -cunct- Π, cf. c. 43. 5 adn. im-(uel in-)pertie-
 bant A⁷θ (-part- K) : im-(uel in-)pertierant ΠN, cf. c. 42. 17 adn.
 4 alii
 5 peruentum esset ΠN. *ald.* : peruenissent Sp?θFrob. 2 Inde
 traducti PCSpθFrob. 2, cf. 45. 2. 6 : intraducti RM (introd- BDAN) :
 inde introducti *ald.* : inde producti Siganus 6 ipse planius Π
 Ν¹(-nus N)θEdd. : om. Sp 8 C. (Hostilius) Aldus, cf. c. 36. 13 :
 a (uel aulus) Πθ : q N in ras. pro contione A⁷θald. : om. ΠN
 celebrataque Ν⁴θFrob. 2 : celebrata ΠN. *ald.*, cf. 26. 11. 12
 adn. (c) est ΠN. *ald.* : om. θFrob. 2 9 Omnia ΠN. *ald.* : omnia
 que Ν⁴θFrob. 2 10 uictoria mouit ut iam A⁷Ν⁴θald. : uictoriam
 ΠN (-ria)

in pace res inter se contrahere uendendo, emendo, mutuum dando argentum creditumque soluendo auderent.

C. Claudius consul cum in castra redisset, caput Hasdrubalis quod seruatum cum cura attulerat proici ante hostium stationes, captiuosque Afros uinctos ut erant ostendi, duos etiam ex iis solutos ire ad Hannibalem et expromere quae acta essent iussit. Hannibal tanto simul publico familiari- 12 que ictus luctu, adgnoscere se fortunam Carthaginis fertur dixisse ; castrisque inde motis ut omnia auxilia quae diffusa 13 latius tueri non poterat in extremum Italiae angulum Bruttios contraheret, et Metapontinos ciuitatem uniuersam excitos sedibus suis et Lucanorum qui suae dicionis erant in Bruttium agrum traduxit.

10 emendo, mutuum dando *A⁷N⁴θald.* : om. ΠΝ, cf. 26. 51. 8 adn.
 creditumque *SpA⁷ uel A^vJFrob.2* : creditum ΠΝΚ.ald., cf. § 8
 et 26. 11. 12 adn. (c) 11 uinctos Π^{1?}(scripsit P ipse inter uin- et
 -c- duas litt. nunc erasas)Ν: uincti *Spθ* ex πΒ¹Ν.ald. : om. Β:
 de θ 13 ut ΠΝ.ald. *Frob.1.2* : om. *N⁴θ* contraheret ΠΝ
ald.Frob.1.2 : contrahit *N⁸(an N⁴?)θ* sedibus *A⁷ uel A^vN² uel*
N⁴ ut s. l. θ: seditionibus ΠΝ, cf. c. 20. 8 adn.

Subscriptio in P titi liuii ab urbe condita liber xxvii explic incipit
 liber xxviii feliciter : *in ceteris sim.*



T. LIVI
AB VRBE CONDITA
LIBER XXVIII

CVM transitu Hasdrubalis quantum in Italiam declinauerat belli tantum leuatae Hispaniae uiderentur, renatum ibi subito par priori bellum est. Hispanias ea tempestate sic habebant Romani Poenique: Hasdrubal Gisgonis filius ad Oceanum penitus Gadesque concesserat: nostri maris ora omnisque ferme Hispania qua in orientem uergit Scipionis Romanae dicionis erat. Nouus imperator Hanno in oculum Barcini Hasdrubalis nouo cum exercitu ex Africa ransgressus Magonique iunctus cum in Celtiberia, quae nedia inter duo maria est, breui magnum hominum numerum armasset, Scipio aduersus eum M. Silanum cum decem audi amplius milibus militum, equitibus quingentis misit. Silanus quantis maximis potuit itineribus—impediebat utem et asperitates uiarum et angustiae saltibus crebris, ut vleraque Hispaniae sunt, inclusae—tamen non solum nuntios ed etiam famam aduentus sui praegressus, ducibus indidem

1 Italia θ Frob.2: italia ΠN .ald., cf. 26. 41. 12 adn. declauerat ΠN .ald.Frob.1.2: inclauerat (uel indau-) Sp: inclinauerat N^4 t.s. l. θ ibi M^1 et $M^4AN\theta$: ubi π , cf. 27. 5. 2 adn. priori $\sharp N^4$ ut s. l. θ : priore ΠN , cf. 27. 4. 13 adn. est ΠN : et θ : st et $A^7N^4?$ (rursus erasum) 2 Hispanias A^7 uel A^8N^4 ut l. θ : hispania πN , cf. 27. 17. 12 adn.: hispaniac M^2 : in hispania C^4 sic $A^2N^4\theta$: signa $\Pi(A?)N$, cf. 27. 20. 8 adn. 3 in A^7 θ : om. ΠN , cf. 26. 13. 7 adn. 4 hominum A^7N^3 uel $N^4\theta$: n. ΠN 5 decem haud amplius milibus *scripsimus* (x haud us m. Gron.), cf. e.g. c. 2. 11: decemiliau plus millibus P (cf. c. 18. 1): decem (dece P²) inilia (milibus C^4A^1 : mille M^1) seu plus Π^2N^2 : decem milia N^2 : decem milibus A^7N^3 uel N^4ald .Frob.1.2 illitum ΠN : peditum A^8 uel $A^7\theta$ (cf. 26. 19. 10 adn.)

7 ex Celtiberia transfugis ad hostem peruenit. Eisdem auctori-
bus compertum est cum decem circiter milia ab hoste abes-
sent bina castra circa uiam qua irent esse; laeuia Celtiberos
nouum exercitum, supra nouem milia hominum, dextra
8 Punica tenere castra; ea stationibus uigiliis omni iusta
militari custodia tuta et firma esse: illa altera soluta neglecta-
que, ut barbarorum et tironum et minus timentium quod in
sua terra essent.

ne alicunde

9 Ea prius adgredienda ratus Silanus signa quam maxime
ad laeuam iubebat ferri, necunde ab stationibus Punicis con-
spiceretur; ipse praemissis speculatoribus citato agmine ad
2 hostem pergit. Tria milia ferme aberat, cum haudum quis-
quam hostium senserat; confragosa loca, et obsiti uirgultis
2 tegebant colles. Ibi in caua ualle atque ob id occulta con-
sidero militem et cibum capere iubet; interim speculatores
3 transfugarum dicta adfirmantes uenerunt· tum sarcinis in
medium coniectis arma Romani capiunt acieque iusta in
pugnam uadunt. Mille passuum aberant, cum ab hoste
conspecti sunt trepidarique repente coeptum; et Mago ex
castris citato equo ad primum clamorem et tumultum aduehi-
4 tur. Erant in Celtiberorum exercitu quattuor milia scutata
et ducenti equites; hanc iustam legionem—et id ferme robo-

6 Celtiberia $CB^2A^xN^3\theta$: celliberia P (*sed recte in c. 2. 4 et 7, al.*):
celliberia (-am RD) P^2RM (celti-)D: celtiberiam BAN
transfugis $C^4M^7(uix M^2)N^4\theta$: transfugit $\pi(C?)$, cf. 27. 3. 7 adn.:
transfuga A (-gia N) 7 cum $\Pi N. ald. Frob. 1. 2$: quod A^7N^4 ut
s. l. θ hominum ΠN : om. θ 8 ea ΠN : om. θ iusta
 $\Pi N\theta$: iuxta N^1 (*uix N⁴ ut s. l.*) 9 citato P^x per ras. M^1B^2DA
 $N\theta$: scitato π (*sed fort. sicitato M*: scitato M^1 et fort. M^4)

2 1 obsiti πB^2 (*sed ops- PB²*): obsita $C^4AN\theta$ (*sed ops- AN*:
 $A^7\theta$)ald.*Frob. 1. 2*: oppositi B tegebant Kreyssig, optime: tene-
bant $A^9N^4\theta$ ald.: tenebat ΠN 2 interim $A^7N^4\theta$ ald.*Frob. 1. 2:
om. ΠN 3 cum P^x per ras. CR^2 uel $R^1M^2AN\theta$: eum π
et (Mago) ΠN : om. θ ald.*Frob. 1. 2 4 Celtiberorum $A^8\theta$ *Frob. 2. 2:
celtibero $\Pi N. ald.$ quattuor milia (uel $\infty \infty \infty \infty$) PCA^8 uel***

$A^7\theta$: $\overline{xL} RMDAN$: $\overline{xL} M^2$: $\overline{xxxx} B$: $\overline{xL} N^2$ $\overset{M}{scutata}$ $\pi A^7N^4\theta$
ald.*Frob. 1. 2*: scuta AN : scutati *Gron.*, *quod malit Johnson*
ferme $\Pi Sp\theta$ *Frob. 2*: ferme quod $A^7N. ald.$

ris erat—in prima acie locat: ceteros leuem armaturam in subsidiis posuit. Cum ita instructos educeret e castris, uix- 5 dum in egressos uallo [eos] Romani pila coniecerunt. Sub- 6 sidunt Hispani aduersus emissam tela ab hoste, inde ad mit-
tenda ipsi consurgunt; quae cum Romani conferti, ut solent,
densatis excepissent scutis, tum pes cum pede conlatus et
gladiis geri res copta est. Ceterum asperitas locorum et 7
Celtiberis, quibus in proelio concursare mos est, uelocitatem
inutilem faciebat, et haud iniqua eadem erat Romanis ~~stabilis~~
pugnae adsuetis, nisi quod angustiae et ~~internata~~ uirgulta 8
ordines dirimebant et singuli binique uelut cum paribus con-
serere pugnam cogebantur. Quod ad fugam impedimentoa 9
hostibus erat, id ad caedem eos uelut uinctos praebebat; et 10
iam ferme omnibus scutatis Celtiberorum interfectis leuis
armatura et Carthaginienses, qui ex alteris castris subsidio
uenerant, perculsi caedebantur. Duo haud amplius milia 11
peditum et equitatus omnis uix inito proelio cum Magone
effugerunt: Hanno alter imperator cum eis qui postremi
iam profligato proelio aduenerant uiuus capitur. Magonem 12
fugientem equitatus ferme omnis et quod ueterum peditum

4 ceteros $\pi Sp\theta$ Frob.2: ceterum AN: om. ald. in subsidiis
 A^vN^4 ut s. l. θ : insidias PCR, cf. 27. 1. 11 adn.: insidiis MBD: in
 nsidiis C^4M^2AN 5 e πN (castrix N: castris N^4) ald. (cf.
 f. 24. 13): om. θ Frob.2 in egressos $C^1 uel C^2 ald.$ Frob.1.2: in
 egressus PCR (cf. 30. 36. 8 adn.): in gressus (uel -os M) MBAN:
 om. D: egressos $M^7A^7 uel A^8\theta$ eos ΠN : in eos $M^7A^xN^4\theta$:
 om. ald. Frob.1.2, quos sequimur eos secludentes 6 Romani Px
 per ras. $M^1B^xAN\theta$: romanis π , cf. 26. 40. 14 adn. et gladiis A^8
 $uel A^7\theta$: est cladiis P: est cladiis $\pi^2 uel \pi^1$: est gladiis CAN?: est et
 gladiis N^4 7 et (Celtiberis) $A^8 uel A^7\theta$ Frob.2: om. ΠN . ald.,
 f. c. 13. 10 et 26. 11. 12 adn. (c) iniqua eadem erat RMB (sed
 n: -quae ademerat) $A^8 uel A^7N^2 uel N^4$ ut s. l. θ : iniquae | demerat
 8: inique ademerat CDAN Romanis $C^4M^2 uel M^7AN\theta$: ro-
 nani π 8 binique Px per ras. $A^8 uel A^7N^2 uel N^4\theta$: libidinique
 Rz, cf. 27. 20. 8 adn.: libidinique CRN 9 id ad (caedem) $\Pi N\theta$
 Edd.: om. Sp spatio relicht: et ad Rhen. dubitanter 11 Duo
 dut A) haud (uel aut) amplius $\pi A^v\theta$ ald. Frob.1.2: haud amplius tria θ
 initio $\pi^2\theta$ ald.: initio P et fort. M^3 (qui i infra -t- add.): mixto θ
 aduenerant M^2AN . ald. Frob.1.2: aduenerat π : aduenerunt θ
 auen- K) 12 fugientem $M^2AN\theta$: fugientes π , cf. 27. 17. 1 adn.

erat secuti, decimo die in Gaditanam prouinciam ad Hasdrubalem peruerunt: Celtiberi nouus miles in proximas dilapsi siluas inde domos diffugerunt.

13 Peropportuna uictoria nequaquam tantum iam conflatum bellum, quanta futuri materia belli, si licuisset iis Celtiberorum gente excita et alios ad arma sollicitare populos, op*14* pressa erat. Itaque conlaudato benigne Silano Scipio spem debellandi si nihil eam ipse cunctando moratus esset natus, ad id quod reliquum belli erat in ultimam Hispaniam *15* aduersus Hasdrubalem pergit. Poenus cum castra tum forte in Baetica ad sociorum animos continendos in fide haberet, signis repente sublatis fugae magis quam itineris *16* modo penitus ad Oceanum et Gades ducit. Ceterum, quoad continuisset exercitum, propositum bello se fore ratus, antequam freto Gades traiceret exercitum omnem passim in ciuitates diuisit ut et muris se ipsi et armis muros tutarentur.

3 Scipio ubi animaduertit dissipatum passim bellum, et circumferre ad singulas urbes arma diutini magis quam magni *2* esse operis, retro uertit iter. Ne tamen hostibus eam relin-

13 quanta *A⁷* uel *A^vθald* Frob. 1. 2 : quantum ΠN *materia A⁸*
uel A⁷θ : memoria ΠN (*sed bella* ΠN : belli *C²M¹*) *alius C²A⁷*
uel A^vN⁴ *ut s. l. θ* : alias ΠN *oppressa (-raesa M)* erat πA^7
(in ras.) N.Aldus : oppresserat (*-raese-* M^1) $M^1N^4\theta$ Frob. 2 : oppres-
sum erat Edd. ante Ald. *14 eam ipse* ΠN : *eam spem ipse* θ :
ea spe ipse N² *15 tum* $\pi(A \text{ et } A^v)N.ald.$: sua *SpA⁸ uel A¹N* *materia A⁸*
(sed tum expunxerat N²)\theta Frob. 2 : *om. D* *forte C¹AN et N⁴Spt*
ald. : *fore* πN^2 *ad sociorum animos]* *hic SpN⁸θ ed. Basil.* 1554
ante in Baetica $\Pi N.ald.$ *et sic* Frob. 2 : *om. N².* *De ordine Putean*
corrupto cf. adn. sq. et e.g. 26. 20. 3; 27. 11. 11; 27. 13. 9; 27. 18. 8
27. 23. 6; 27. 27. 11; 28. 3. 2 (infra); 28. 17. 10; 28. 22. 13; 28.
37. 6; 28. 46. 13; 29. 1. 24; 29. 12. 16(?); 29. 13. 1; 29. 20. 2; 30.
5. 10; 30. 20. 5 (u. etiam 27. 2. 6 adn.) *magis quam ANθald.*
quam magis π, cf. adn. praec. *16 exercitum . . . traiceret* Π
VatθEdd. : *om. Sp ob ὥπ. (fort. iv lineis), cf. cc. 3. 14; 14. 12; 19. 2*
19. 16; 25. 6; 26. 51. 7; 29. 6. 2; 29. 10. 8; 29. 19. 8 et 10; 29. 36
8; 30. 2. 1; 30. 6. 5; 30. 10. 3; 30. 13. 14 (bis); 30. 37. 3 (cf.
contra 26. 51. 8 adn.) *diuisit πN.ald.* : *dimisit DSpN⁴ ut s. l. 1.*
Frob. 2 *ipsi M⁷A⁷N² uel N⁴ ut s. l. θ* : *ipse* ΠN *2 tamen hostibus*
3 1 et PCN² uel N⁴θ : *om. RMBDAN* *Frob. 2* : *hostibus tamen* $\Pi N.ald.$, *cf. c. 2. 15 adn.*

queret regionem, L. Scipionem fratrem cum decem milibus peditum, mille equitum ad oppugnandam opulentissimam in iis locis urbem—Orongin barbari appellabant—mittit. Sita in Maesessum finibus est, Hispanae gentis; ager 3 frugifer; argentum etiam incolae fodunt. Ea arx fuerat Hasdrubali ad excursiones circa mediterraneos populos facientes. Scipio castris prope urbem positis, priusquam 4 circumuallaret urbem misit ad portas qui ex propinquuo ad-loquio animos temptarent suaderentque ut amicitiam potius quam uim experirentur Romanorum. Vbi nihil pacati 5 respondebatur, fossa duplique uallo circumdata urbe in tres partes exercitum diuidit ut una semper pars quietis interim duabus oppugnaret. Prima pars cum adorta † op- 6 pugnare est, † atrox sane et anceps proelium fuit; non subire, non scalas ferre ad muros prae incidentibus telis acile erat; etiam qui erexerant ad murum scalas, alii furcis 7 id id ipsum factis detrucebantur, in alios lupi superne ferrei niecti ut in periculo essent ne suspensi in murum extra-ierentur. Quod ubi animaduertit Scipio nimia paucitate 8 uorum exaequatum certamen esse et iam eo superare hostem quod ex muro pugnaret, duabus simul partibus

a mille A^{θ} : om. ΠN (sed equitumque N) cf. 29. 28. 10 adn.
 urbem $\pi\theta$: urbem quam AN .^{ald.}*Frob.* 1.2 3 Sita in Maesessum
 maess- BM) finibus est πSp (*hic melessum?*): in mesesum (maessessū
 $A^{\theta}N$: mesesū A^{θ} : meless- $ald.$) finibus sita est $AN\theta$ ^{ald.} (cf. 26. 5. 17
 dn.) Hispanae πN (-ie uel -iae $BD\theta$): Bastetanae *Weissenb.*
 x Zonara 9. 8, doctissime, sed cf. adn. ad 2. 10. 6 (H. gentis fort. i. q.
 gentis indigenae' est) frugifer PCA^{γ} uel A^{θ} et sic uoluit N^x :
 fructifer *RMBDAN* Ea arx fuerat ΠN (sed ea ar M : ea ars
 Π pleniore cal.: in eā arxque AN : ea arxque N^2 ; ea arx A^{γ} ^{ald.}:
 a arx fuit $Sp\theta$ *Frob.* 2 circa ΠN : circa in Sp : in θ
 circumdata urbe ΠN .^{ald.}*Frob.* 1.2: circumdat urbem SpN^4
 res Sp^{θ} ('treis' *Rhen.*) A^{θ} : tris P : tribus $\Pi^2(A?)N$, cf. 27. 2. 8 adn.
 partes SpA^{θ} : portis ΠN : partibus N^2 (*non* N^4)
 oppugnare (om. op- R : add. R^1) est $\Pi N\theta$: pro est conicit esset
Riemann constanti usui Liuiano obtemperans; uix autem placet nobis
 ppugnare post oppugnaret (§ 5); quod fort. perperam ex pracc. linea
petitum causa fuit corruptela; sensui sane sufficit adorta esset
 ferrei $C^x AN\theta$: ferret π : ferrent D 8 et iam $\pi N\theta$ ^{ald.}:
 tiam $Sp^{\theta} BD$ *Frob.* 2 eo $\pi\theta$: eos DAN

9 prima recepta urbem est adgressus. Quae res tantum pauoris iniecit fessis iam cum primis pugnando, ut et oppidani moenia repentina fuga desererent et Punicum praesidium metu ne prodita urbs esset relictis stationibus in unum se conligeret.

10 Timor inde oppidanos incessit ne, si hostis urbem intrasset, sine discriminē Poenus an Hispanus esset obuii
 11 passim caederentur; itaque patefacta repente porta frequentes ex oppido sese eiecerunt, scuta prae se tenentes ne tela procul conicerentur, dextras nudas ostentantes ut gladios
 12 abiecisse appareret. Id utrum parum ex interuallo sit conspectum an dolus aliquis suspectus fuerit incomptum est; impetus hostilis in transfugas factus, nec secus quam
 13 aduersa acies caesi; eademque porta signa infesta urbi inflata. Et aliis partibus securibus dolabrisque caedebantur portae et refringebantur, et ut quisque intrauerat eques, ad forum occupandum—ita enim praeceptum erat—citato
 14 equo pergebat. Additum erat et triariorum equiti praesidium; legionarii ceteras partes urbis peruidunt. Direp-

9 unum $\Pi(A \text{ et } A^v)N$, cf. e.g. 25. 35. 6: unum locum $SpA^7\theta$ (sed unum se coll. loc. K , cf. 27. 34. 3 adn.) 10 ne, si $AN\theta$: nisi π sine $PA\theta$: siue π^2N discriminē $A^8N^4\theta$: di P : om. Π^2N
 11 itaque A^8N^4 ut s. l.: adque P : atque $CRMB DAN$ scuta . . . conicerentur] om. N : supplet N^4 conicerentur P^4 (coic.
 Π)ald.Frob.1.2 (conic- fere constanter praebent codd. *Liuiani* quam- quam coic- hic et in 30. 27. 2 π . Cf. *Neue-Wagener II* p. 864 sqq.): proicerentur $N^4\theta$ 12 aliquis $\Pi N\theta$ alid.Frob.1.2: aliqui Sp , fort. recte, cf. e.g. 7. 13. 8 caesi alid.Frob.1.2: caesa ΠN : est caesa
 $N^3 uel N^4\theta$ 13 urbi $M^2A^7\theta$ alid.: urbē P : urbe $Px?$ et $CRMB$ (-be) DAN : in urbem *Gron.* et refringebantur] hic N^4 : ante portae $A^7\theta$ (-frig- *J*)ald.Frob.1.2 et sic malit Johnson: om. ΠN , sc. lineam xvi litt., cf. 26. 51. 8 adn. 14 erat et triariorum (om. et C) ΠN^2 (-riarum N) θ (trianorum *J*)ald.Frob.1.2: caetratorum *Madv.*, leuissimum certe 'praesidium', neque alibi ut uid. apud *Liuium* pro Romanis pugnant caetrati *Hispanienses*. Displacet tamen Johnsonio legionarii illud sic uoci triariorum oppositum, qui ueretur ne ante ceteras exciderit aliquid uelut legionarii (ceteri dispersi in) ceteras . . . (cf. 26. 6. 16 adn.) ceteras partes urbis *Luchs* (sed partis, sat recte sed cf. Praef. § 30): ceteram (uel -rā) partis (-tes C) ΠN , cf. 27. 40. 7 adn.: ceteram partem C^2 : ceteram partem urbis SpA^7 uel A^8N^4 ut s. l. θ Frob.2: ceteras parteis alid.

tione et caede obuiorum, nisi qui armis se tuebantur, abstinuerunt. Carthaginienses omnes in custodiam dati sunt, oppidanorum quoque trecenti ferme qui clauserant portas; ceteris traditum oppidum, suae redditae res. Ceciderunt in urbis eius oppugnatione hostium duo milia ferme, Romanorum haud amplius nonaginta.

Laeta et ipsis qui rem gessere urbis eius expugnatio fuit et imperatori ceteroque exercitui; et speciosum aduentum suum ingentem turbam captiuorum praesente agentes fecerunt. Scipio conlaudato fratre cum quanto poterat uerborum honore Carthagini ab se captae captam ab eo Orongin aequasset, quia et hiemps instabat ut nec temptare Gades nec disiectum passim per prouinciam exercitum Hasdrubalis consecutari posset, in citeriorem Hispaniam omnes suas copias reduxit; dimissisque in hiberna legionibus L. Scipione fratre Romam misso et Hannone hostium imperatore ceterisque nobilibus captiuis ipse Tarraconem concessit.

Eodem anno classis Romana cum M. Valerio Laeuino proconsule ex Sicilia in Africam transmissa in Vticensi Carthaginiensique agro late populationes fecit. Extremis finibus Carthaginiensium circa ipsa moenia Vticae praedae actae

¹⁴ abstinuerunt (aps- P) ΠN.ald.: om. Spθ et Frob.2 (qui post peruadunt non interpuxit, pessime Liuum interpretatus)
¹⁵ quoque trecenti A⁸?N⁴θ : con P, sc. pro ccc (cf. 26. 51. 2 adn.), corrupto fort. iam antea quoque in q., ut in 27. 14. 13 : om. Π²N
¹⁶ amplius LXXX (LXXX CM?) πM⁴N.ald.: plus xc Sp?Frob.2: plus cxθ

⁴ i et (speciosum) ΠN.J: om. Sp ut uid. K.ald.Frob.1.2
² conlaudato (sed coll-) M²A⁷ uel A^vθ : conlaudat (uel coll-) ΠN (fratrem CM⁶B²DAN) captam P⁴ uel P^bC⁴A⁷ uel A⁸θ : capiam P (cf. c. 6. 11 adn.): copiam Π²N Orongin] sic P in c. 3. 2: orongim C²A^v: oroncim πN⁴sed -cima equasset R¹B¹DAN)J: oronica (-ima D^x) BD^x: orocim K 3 hiemps] sic cum P scribimus, f. 30. 39. 3 adn. posset ΠN.ald.Frob.1.2: poterat θ omnes (uel omnis) suas (sua P) copias reduxit Π¹ uel Π²(sed redix- D)Nθald.: recipit exercitum SpVatFrob.2: supra exerc. Hasdr. scripsit N⁴ in citeriorem hispaniam recipit (uel recipitur) quod mox rasum est; fort. recipitur exercitus in marg. olim stabat + ipse ΠN.ald.Frob.1.2: om. Spθ

6 sunt. Repentibus Siciliam classis Punica—septuaginta erant longae naues—occurrit; septemdecim naues ex iis captae sunt, quattuor in alto mersae; cetera fusa ac fugata 7 classis. Terra marique uictor Romanus cum magna omnis generis praeda Lilybaeum repetit. Tuto inde mari pulsis hostium nauibus magni commeatus frumenti Romam subiecti.

5 Principio aestatis eius qua haec sunt gesta P. Sulpicius proconsul et Attalus rex cum Aeginae sicut ante dictum est hibernassent, Lemnum inde classe iuncta—Romanae quinque et uiginti quinqueremes, regiae quinque et triginta 2 —transmiserunt. Et Philippos ut, seu terra seu mari obuiam eundum hosti foret, paratus ad omnes conatus esset, ipse Demetriadem ad mare descendit, Larisam diem ad 3 conueniendum exercitui edixit. Vnde ab sociis legationes 4 Demetriadem ad famam regis conuenerunt. Sustulerant enim animos Aetoli cum ab Romana societate tum post 5 Attali aduentum finitosque depopulabantur; nec Acarnanes solum Boeotique et qui Euboeam incolunt in magno metu erant, sed Achaei quoque, quos super Aetolicum bellum Machanidas etiam Lacedaemonius tyrannus haud procul 6 Argiorum fine positis castris terrebat. Hi omnes suis quisque urbibus quae pericula terra marique portenderentur 7 memorantes auxilia regem orabant. Ne ex regno quidem

6 septemdecim] decem et septem *P* et *sic* (*uel* x et vii *uel* xvii) ceteri, sed *u.* 26. 49. 3 *adn.* 7 magna πA^7 *uel* A^8N^2 *uel* N^4 *ui* *s. l. θ*: *om. AN* *Toto ΠN.ald.*: *toto SpN⁴* *ut s. l. θ Frob. 2, fort. recte*

5 i Aeginae A^8N^2 *uel* N^4 (*sed* egine): reginae π : regie *AN*: egie N^1 (*non* N^4) Lemnum $\pi N.ald.$: lemnē (*sic*) *B*: leuinum $A^x\theta$ *Romanae PM* *uel* M^7 (*rursus erasum*) $A^vN^2\theta$: romana π^v M^1 *uel* MN erant *add. post* quinqueremes *Madv.*, *ante transmisserunt Ussing, uix necess., cf. e.g. 31. 27. 6* 2 *ut A⁷N⁴θ* *om. ΠN, cf. 27. 17. 10 adn.* Larisam ΠN : larissam θ *3 regis πA⁷θ*: *om. AN* 5 *nec* Acarnanes θ : *nec* arnanes *P*: *nec* carnanes *C*: *nec* arnes *RB*: *ne* carnes *MDA?N*: *nec* acarnes A^k *uel A⁷*: *nec* acarnaes $N^2?$ (*non* N^4) Argiorum ΠN : argorum *Sp?θ* 6 *portenderentur Sp?A⁷J* (*portenderentur . . . regem om. K*) *Frob. 2*: *portendebantur ΠN.ald.*, *cf. 27. 50. 3 adn. sed structura haec paulo secus*

ipsius tranquillae nuntiabantur res : et Scerdilaedum Pleuratumque motos esse, et Thracum maxime Maedos, si quod longinquum bellum regem occupasset, proxima Macedoniae incursuros. Boeoti quidem et interiores Graeciae populi 8 Thermopylarum saltum, ubi angustae fauces coartant iter, fossa valloque intercludi ab Aetolis nuntiabant ne transitum ad sociorum urbes tuendas Philippo darent.

Vel segnem ducem tot excitare tumultus circumfusi poterant. Legationes dimittit pollicitus prout tempus ac res sine-
ret omnibus laturum auxilium. In praesentia quae maxime 10
urgebat res, Peparethum praesidium urbi mittit, unde allatum erat Attalum ab Lemno classe transmissa omnem circum urbem agrum depopulatum. Polyphantam cum modica manu 11 in Boeotiam, Menippum item quendam ex regiis ducibus cum mille peltatis—pelta caetrae haud dissimilis est—Chalcidem mittit ; additi quingenti Agrianum ut omnes insulae partes 12

7 ipsius θ : ipsi ut ΠΝ : ipsi in Δ : ipsius ut Α⁸ uel Α⁷Ν² (*non Ν⁴*) Pleuratumque Π(*sed pler- C*: plur- *D*)Ν : et pleuratum Ν¹ uel

N²θ motos πΝ : motus CD : moturos Ν¹ uel Ν² (*an motus ?*)θ Maedos (*praeante Aldo*) *Sigoniū ex Polyb.* 10. 41. 4 : medos

ΠΝθ : bellum medos Ν² quod C¹ uel C²Μ⁵Α⁷θαλδ. : quo ΠΝ regem M² (*an M¹?*)Α⁷Ν²θ : regum πR²N : regum R² : om. C (*et bellum omissō*) 8 saltum θ : saltus ΠΝ. αλδ. *Frob.* 1. 2, cf. 27.

17. 1 adn. nuntiabant ΠΝθαλδ. : nuntiarunt Sp?(-ci-?)*Frob.* 2

9 legationes Α⁸ uel Α⁷θαλδ. : legiones ΠΝ, cf. 27. 1. 11 adn. res sineret Sp?Α⁸ uel Α⁷Ν⁴ ut s. l. θ*Frob.* 2 : resideret π (resed- B) : res daret C⁴M² : res se daret AN. αλδ. *Drah.*

laturum Sp?θ*Frob.* 2, cf. 27. 38. 5 adn. : laturum se ΠΝ αλδ. laturum Sp?θ*Frob.* 2, cf. 27. 38. 5 adn. : laturum se ΠΝ αλδ.

10 urgebat ΠΝ : urgebant θαλδ. *Frob.* 1. 2 res Peparethum duce

Sigonio Gron. ex Polyb. 10. 43. 7 : resperaret | lium P (cf. 27. 44. 10 -li- pro -h-) : respiraret (res pararet M²) limnum (lem- B) π²R et R² (*spat. post -ret ab R relicto*) : res iraret limnum Ν¹ : res irarent tum

?Ν⁴ (*nisi irarent litum uoluit*) : res pararent tum Α⁸ uel Α⁷ (*an -ret ?*) θαλδ. *Frob.* 1. 2 11 Polyphantam (poli- *DJ*) Dθ, cf. 27. 32. 10 et

Polyb. 10. 42. 2 : poly- (poli- C) pantham π (-phan- B) : poliphantem (-pan- N) AN peltatis (pelth- K) ΠΝθ : peltatis *Iac. Gron.*, sed -tat- in *Ou. Am.* 2. 14. 2 et *Mart.* 9. 102. 5 ; in 31. 36. 1 et 33. 4. 4

braebet Bamb. peltas tantum idque ut *Graecum nomen* Chalcidem Α⁷θ (*sed calch- A⁷*) : calehidam π (chalchi- RM : chalchy- B) :

om. AN 12 quingenti (uel d) ΡΑ⁷Ν²θ : om. Π²N (cf. 29. 28. 10 adn.) Agrianum *Sigoniū ex Polyb.* 10. 42. 2 : aenianum ΠΝθ

(eni- D : heni θ)

lla - Steel shield in iron

stra - Spanish shield

tueri posset. Ipse Scotussam est profectus eodemque ab
 13 Larisa Macedonum copias traduci iussit. Eo nuntiatum est
 concilium Aetolis Heracleam indictum regemque Attalum
 14 ad consultandum de summa belli uenturum. Hunc con-
 uentum ut turbaret subito aduentu, magnis itineribus Hera-
 15 cleam duxit. Et concilio quidem dimisso [iam] uenit;
 segetibus tamen, quae iam prope maturitatem erant, maxime
 in sinu Aenianum euastatis Scotussam copias reducit. Ibi
 exercitu omni relicto, cum cohorte regia Demetriadem sese
 16 recepit. Inde ut ad omnes hostium motus posset occurrere,
 in Phocidem atque Euboeam et Peparethum mittit qui loca
 17 alta eligerent unde editi ignes apparerent: ipse in Tisaeo
 —mons est in altitudinem ingentem cacuminis editi—specu-
 lam posuit ut ignibus procul sublatis signum, ubi quid moli-
 rentur hostes, momento temporis acciperet.

18 Romanus imperator et Attalus rex a Peparetho Nicaeam
 traicerunt; inde classem in Euboeam ad urbem Oreum tra-
 mittunt, quae ab Demetriaco sinu Chalcidem et Euripum
 19 petenti ad laeuam prima urbum Euboeae posita est. Ita
 inter Attalum ac Sulpicium conuenit ut Romani a mari, regi
 6 a terra oppugnarent. Quadriduo postquam adpulsa classis

12 Scotussam $A^8\theta$ Gron. et sic K in § 15 (ubi -tys- P, -tos- A^7N^4
 -tus- J, -tiss- celeri) et in c. 7. 3 (ubi -tusam ΠNJ): scopyssam P(u
 uid.)M: scopussam $P^2?C$ (-piss-)RB^x: copissam BAN (scotusa in
 codd. Plin. e.g. 4. 42) copias $C^3?M^2$ (an M^7)Nθ: copia ΠN, cf
 27. 17. 12 adn. 14 hunc conuentum... aduentu A^8 uel A^7N
 in marg. θald. Frob. 1. 2: om. ΠN, duobus lineis post uenturum usqu
 ad aduentu m- deperditis (u. adn. sq.), cf. 26. 51. 8 adn. magni
 $\Pi^2N\theta$: agnis P duxit $\pi A^8N^2\theta$: dixit AN 15 concilio
 $N^4\theta$: consilio ΠN (cf. 27. 35. 4 adn.) iam uenit ΠNθEdd.: iam
 seclusimus ut ex clausula sq. omissum et hic perperam restitutum, cf
 27. 2. 6 adn. iam (prope) $A^7N^4\theta$ Edd.: om. ΠN Scotus
 sam] u. § 12 adn. reducit $\Pi N^2Sp^2\theta$ Frob. 2: reduxit N. ald.
 recepit ΠNJ. ald.: recipit Sp?KFrob. 2, cf. 27. 5. 9 adn. 16 Pe
 parethum, cf. § 10: pepharetem ΠN (in § 18 peparrh- Π)
 18 tramittunt π, cf. 27. 5. 9 adn. (transm- $CB^2AN\theta$) 19 a terr
 oppugnarent π (sed regia t. RMBD: regi et a t. $M^2?$): am terrar
 oppugnarent AN (i.e. regiam t.): oppugnarent a terra θ, cf. 27. 37.
 adn.

6 i quadriduo PR: quadrivio CMBDANθ

est, urbem adgressi sunt. Id tempus occultis cum Platore, qui a Philippo praepositus urbi erat, conloquiis absumptum est. Duas arces urbs habet, unam imminentem mari; altera ² urbis media est. Cuniculo inde uia ad mare dicit, quam a mari turris quinque tabulatorum egregium propugnaculum cludebat. Ibi primo atrocissimum contractum est certamen, et turre instructa omni genere telorum et tormentis machinisque ad oppugnandam eam ex nauibus expositis. Cum omnium animos oculosque id certamen auertisset, ⁴ porta maritimae arcis Plator Romanos accepit momentoque arx occupata est. Oppidani pulsi inde in medium urbem ad alteram tendere arcem; et ibi positi erant qui fores portae ⁵ obicerent. Ita exclusi in medio caeduntur capiunturque. Macedonum praesidium congregatum sub arcis muro stetit, ⁶ nec fuga effuse petita nec pertinaciter proelio inito. Eos ⁷ Plator uenia ab Sulpicio impetrata in naues impositos ad Demetrium Phthiotidis exposuit; ipse ad Attalum se recepit.

Sulpicius tam facili ad Oreum successu elatus Chalci- ⁸ dem inde protinus uictri classe petit, ubi haudquaquam ad spem euentus respondit. Ex patenti utrumque coactum in ⁹ angustias mare speciem intuenti primo gemini portus in ora duo uersi praebuerit; sed haud facile alia infestior classi

² media π, cf. e.g. 42. 58. 9 et fort. 10. 2. 15 (adn.): medio AN.ald. Frob.1.2, fort. recte, cf. e.g. 5. 41. 2 quam ΠΝθEdd.: qua N⁴ a mari M²A^vθ: a mare πB¹N, cf. 27. 4. 13 adn.: ad mare B: mare N¹ 5 portae N⁴A⁸ uel A⁷θ: portas Π et A^vN ⁶ pertinaciter Sp ut uid. RMBDANθ: perunaciter P: perniciter P²: perniciter C proelio inito Sp?θFrob.2: proelium initium π (scd in P-i-postremum satis pallidum est): proelium initium P^xC^xM¹B²A N: proelio iterato ald. 7 ab Ven: b P: a Π² uel Π¹N⁰

Demetrium SpθFrob.2: demetriacum πN.ald.: demetria R Phthiotidis Aldus: phtiotidis π: thiotidis Sp: theotidis ANθ se πθFrob.2: sese AN.ald. 8 Oreum] sic P in c. 5. 18 (cf. c. 7. 10 adn.): oraeum M²A⁷ uel A⁸ (hor-): orae eum π: horae (-re D) eum BD: hoream A²N: orreum θ uictri P⁴M² A⁸ uel A⁷N⁴θ: uicti π, cf. 27. 1. 11 adn.: uicta N: uicta C³ 9 mare ΠN.ald.: mare ut Sp?A⁷N⁴θFrob.2 praebuerit Sp?A⁷ N⁴JFrob.2: praebuere ΠN, cf. 29. 2. 2 adn.: praebuit K.ald.

nume book
for

10 statio est. Nam et uenti ab utriusque terrae praealtis montibus subiti ac procellosi deiciunt, et fretum ipsum Euripi non septiens die, sicut fama fert, temporibus statis reciprocat, sed temere in modum uenti nunc huc nunc illuc uerso mari, uelut monte praecipiti deuolutus torrens rapitur. Ita nec 11 nocte nec die quies nauibus datur. Cum classem tam infesta statio accepit, tum et oppidum, alia parte clausum mari, alia ab terra egregie munitum praeedioque ualido firmatum et praecipue fide praefectorum principumque, quae fluxa et uana apud Oreum fuerat, stabile atque inexpugnabile fuit.

12 Id prudenter, ut in temere suscepta re, Romanus fecit quod circumspectis difficultatibus ne frustra tempus tereret celesteriter abstitit incepto classeque inde ad Cynum Locridis —emporium id est urbis Opuntiorum mille passuum a mari sitae—traiecit.

7 Philippum et ignes ab Oreo editi monuerant sed serius Platoris fraude ex specula elati; et impari tum maritimis

10 deiciunt (*uel* deiic-) $\Pi N\theta$, scil. ‘classem’, cf. e.g. 23. 40. 6 (*et de praesidio c. 7. 3; 4. 53. 9*): se deiciunt *Gron.*, *quod malit Johnson* se pos-si excidisse ratus statis $\Pi A^7\alpha\lambda\delta.Frob.1.2$: statutis $AN\theta$

11 tam $AN\theta\alpha\lambda\delta.Frob.1.2$: iam πA^x , cf. c. 4. 2 et 26. 6. 4 *adn.* firmatum $\pi N^2(uix N^4)\theta\alpha\lambda\delta$: firmatum fuit AN et (praecipue) $\Pi N\theta$: *delcre uoluit Gron.*, *optime nisi (ut nos distinximus)* et praeedio que *et* fide *uoci* firmatum *subiungas* fuerat $Sp?N^4 uel N^8\theta Frob.2$ fuerant $\Pi N.\alpha\lambda\delta$, cf. 27. 17. 4 *adn.* stabile (-li C) atque $\pi N\theta$ stabiili *Gron.* dubitanter, minus bene 12 suscepta M^5 (*sed* susceta quod per err. in suscetap mutauit M^8 *uel* M^x) $A^7 uel A^8\alpha\lambda\delta.Frob.1.2$ suspecta ΠN Romanus $PCM^2A^7 uel A^v\theta$: romanos *RMBDAI* (-nis N^4) quod $\theta\alpha\lambda\delta.Frob.1.2$: quo ΠN id est $\Pi N.\alpha\lambda\delta$ $Frob.1.2$: inde $A^7?VatK$: idem $A^8?N^4$ urbis Opuntiorum $N^4\alpha\lambda\delta$. cf. c. 7. 8 *adn.*: opuntiorum urbis *VatFrob.2*: opuntiorum urbem $A^7\theta$ orbis et pontiorum ΠN : orbis pontiorum N^2 : opuntiorum N^8 mille $\Pi(mile B)N\theta$: MM duce *Wesselingio Drak.* ex *Strab.* 9. 4. 2, se u. *Weissenb.* ad loc. sitae πN (-te): sitam $A^8\theta\theta$: sita PN^1 ut s. i.

7 1 ignes $CM^2A^9\theta\theta$: ignos πN (*ignosa boreo D*): ingens N^7 (*no N⁴*) editi monuerant $A^8 uel A^v$: editim monuerant M^2 : edit mouerant N^4 (*sed* editi $N^7\theta\alpha\lambda\delta.Frob.1.2$: editi (*uel -tim*) minuerant π : edit imminuerant C: editi minuerant AN specula elati $C^1MB^2A^7N^1$ ut s. l. θ : speculae lati *RM* (-le B): specule lati *DA?* specule elati N impari tum maritimis $A^7 uel A^8N^4$ ab N^6 re scriptus, *ald.*: impari maritumis *Sp\theta Frob.2*, et (*sine tum*) *malit Johnson* inparitumuis π , cf. 27. 1. 11 *adn.*: impari tum AN

uiribus haud facilis erat in insulam classi accessus; ita re 2 per cunctationem omissa ad Chalcidis auxilium, ubi signum accepit, impigre est motus. Nam et ipsa Chalcis, quamquam eiusdem insulae urbs est, tamen adeo arto interscinditur freto, ut ponte continent iungatur terraque aditum faciliorem quam mari habeat. Igitur Philippus ab Demetriade Sco- 3 tussam, inde de tertia uigilia profectus, deiecto praesidio fusisque Aetolis qui saltum Thermopylarum insidebant cum trepidos hostes Heracleam compulisset, ipse uno die Phocidis Elatiā milia amplius sexaginta contendit. Eodem ferme 4 die ab Attalo rege Opuntiorum urbs capta diripiebatur— concesserat eam regi praedam Sulpicius, quia Oreum paucos ante dies ab Romano milite, expertibus regiis, direptum fue- rat. Cum Romana classis Oreum sese recepisset, Attalus 5 ignarus aduentus Philippi pecuniis a principibus exigendis terebat tempus, adeoque improuisa res fuit ut, nisi Creten- 6 sum quidam forte pabulatum ab urbe longius progressi agmen hostium procul conspexissent, opprimi potuerit.

2 re *A^rθAldus*: om. ΠΝ: res *Sp?Edd. ante Ald.Frob.2* ponte *C²N⁴* ut s. l. θald.: ponto ΠΝ terraque ΠΝ¹θald.: terra *SpFrob.2* (*cf. § 3* fusis): terram *N* 3 Igitur ΠΝθ: Rediit igitur *M. Müller* ab (*sed u. adn. sq.*) Demetriade . . . profectus] *haec omnia post uoces deiecto (di-π) . . . insidebant cum praebent ΠΝθald.*: *huc transposuit Madv. Crevierium paene secutus, qui tamen et uocem cum um priorib. post Philippus conlocare uoluit; Madvigiū sequimur et quia oncinnius stat cum post Participium et quia sic intellegi potest tres lineas xlviij litt.) post Philippus usque ad profectus ob δμ. omissas esse, tum perperam (post lxiv uel lxvi litt. i.e. iv lineas) restitutas. Cf. 27. 2. 6 idn. ab (Dem.) N⁴θ: ad π: a P^xC^xM¹AN Scotussam]* *i. e. 5. 12 adn.* de ΠΝ: om. *N⁴(uel fort. e N⁴: del. N⁷)θald.* *Frob.1.2* deiecto *RANK.ald.*: deiecto *J*: diiecto *πR^x* usisque (-quae *PRB*) ΠΝθald.: fusis *SpFrob.2*, *cf. § 2* con- endit *P⁵* (*an manus recentior?*) et *CRMBANθ*: contedit *PD*; cum Romana classis Oreum sese recepisset *A⁶* uel *A⁷N⁴*: cum ro- nana classis eo se cepisset *πN* et sic (*sed recep-*) *CM⁷ald.*: romana classis oreum sese receperat et *SpA⁸θFrob.2* (*sed cum retinet A⁸*), *pro- antibus Luchsio et Madv. 1886. Voces Oreum . . . direptum fuerat ad es a Rom. in e. 6. 1-7 gestas referunt: contra uoces cum . . . recepisset significant i. q. ‘cum iam Rom. Cyno (u. c. 6. 12) relicto (unde, si man- issent, Attalo auxilium iam ferre poterant) rursus Oreum rediissent’*

7 Attalus inermis atque incompositus cursu effuso mare ac naues petit, et molientibus ab terra naues Philippus super-
8 uenit tumultumque etiam ex terra nauticis praebuit. Inde Opuntem rediit, deos hominesque accusans quod tantae rei
9 fortunam ex oculis prope raptam amisisset. Opuntii quoque ab eadem ira increpiti quod, cum trahere obsidionem in ad-
uentum suum potuissent, uiso statim hoste prope in uolun-
tarium ditionem concessissent.

Compositis circa Opuntem rebus Toronen est profectus.
10 Et Attalus primo Oreum se recepit; inde, cum fama accidisse
Prusian Bithyniae regem in fines regni sui transgressum,
omissis Romanis rebus atque Aetolico bello in Asiam traiecit.
11 Et Sulpicius Aeginam classem recipit, unde initio ueris pro-
fectus erat. Haud maiore certamine quam Opuntem Attalus
12 ceperat, Philippus Toronen cepit. Incolebant urbem eam
profugi ab Thebis Phthioticis; urbe sua capta a Philippo
cum in fidem Aetolorum perfugissent, sedem iis Aetoli eam

7 effuso *Sp? A⁶ uel A⁷θFrob.2*: effusu *P*: effusus *Π²N.ald.*
petit *Π(A et A^v)ald.Frob.1.2*: petiit *A⁷N⁴θ*, cf. 27. 5. 9 adn. (petiit
... naues om. *N*: add. *N⁴*) superuenit *ΠN.ald.*: aduenit *Spθ*
Frob.2 tumultumque *ΠN.ald.*: metumque *SpA⁷N⁴ ut s. l. θFrob.2*

8 Opuntem *A⁷N⁴(opon-)θ*: pontem *P*: pontum *Π²N*; sed in
§ 9 opuntem *πK*: opuntem *CA⁷J*; in § 11 opunt- *P*: opont- *P²*; in
c. 6. 12 supra pont- *P*; in c. 8. 12 oppugnatorum *π* (cf. 27. 20. 8 adn.)
pro oppuntiorum (*A⁷N⁴θ*) tantae rei *πA⁷N⁴θ*: tantae regi *BD*
tanti regis *AN* 9 potuissent *CANθ*: posuissent *π*
Opuntem] u. § 8 Toronen *πN¹Frob.2* (-nem *ANθald.* sed -rr- J
th- *K*); idem codd. in § 11; in § 13 turone *πN* (tor- *θ*): conicciū Thro-
nium *Glareanus*, sed notandum recepta in § 13: si quid mutandum
Thronen in promptu est 10 Oreum *N⁴A⁹J*, cf. c. 6. 8: oraeum
C¹?: orreum *K*: oratum *ΠN* se recepit *N⁴θald.Frob.1.2*: es
profectus *ΠN*, sc. ex § 9 repetitum: seclusit *Gron.* Prusian *C⁴θ²*
prysian *π* (pris- *CBD*): prusiam *A(-iā)N(psiam)θ(prux- K)*
Romanis rebus *SpN⁴A⁷θFrob.2*: rebus *ΠN*: romanis *ald.*

11 recipit *SpN⁴Frob.2*: recepit *ΠNθald.*, fort. recte, cf. 27. 5. 9 adn
ceperat *A⁷N⁴θald.Frob.1.2*: decertat *π*: decertans *AN*: dele-
tum malimus, Puteani decertat ex -RE (uocis maiore) et certa- (uoci
certamine) repetitis ortum esse rati Toronen] u. § 9 12 Phthio-
ticis *A*: phthioticis *π* (phi- *CR*) *N*: phthiotici *Sp* ut uid. *A⁷N⁴θ(se-*
phot- θ)ald. perfugissent *ΠN.ald.Frob.1.2*: peruenissent *SpA*
(-set?)*N⁴ ut s. l. θ* sedem iis (uel his uel hiis) *A⁷N³ uel N⁴θ*
sedememiis *P*: sedem eiis *π¹* et *π²N*: sed me iis (his *D*) *BD*: seder-
ei iis *A*: sedc mei is *N*: del. *N⁷*

dederant urbis uastae ac desertae priore eiusdem Philippi bello. Tum ab Torone, sicut paulo ante dictum est, recepta 13 profectus Tithronion et Drumias, Doridis parua atque ignobilia oppida, cepit. Inde Elatiam iussis ibi se opperiri Ptolomaei Rhodiorumque legatis uenit. Vbi cum de finiendo 14 Aetolico bello ageretur—adfuerant enim legati nuper Heraclae concilio Romanorum Aetolorumque—nuntius adfertur Machanidam Olympiorum sollemne ludicrum parantes Eleos adgredi statuisse. Praeuertendum id ratus legatis cum be- 15 nigno responso dimissis—se neque causam eius belli fuisse nec moram, si modo aequa et honesta condicione liceat, paci 16 facturum—cum expedito agmine profectus per Boeotiam Megara atque inde Corinthum descendit, unde combeatibus sumptis Phliunta Pheneumque petit. Et iam cum Heraeam 17 uenisset, auditio Machanidam fama aduentus sui territum refugisse Laecedaemonem, Aegium se ad concilium Achaeorum recepit, simul classem Punicam, ut mari quoque aliquid posset accitam, ibi ratus se inuenturum. Paucis ante diebus 18 inde +Oxeas traiecerant Poeni, inde portus Acarnanum

12 uastae *SpoFrob.2*, cf. e.g. 24. 3. 11 : uastata *P*: uastata π^2 :
uastatae (*sed -te*) *CAN.ald.* (-tae) eiusdem *ΠNθald.* : quidem
SpFrob.2 13 Torone] *u. § 9* paulo *N³* uel *N⁴θEdd.* : *om.*
14 *Tithronion Ruperti* : *uthronon P*: *uturonon (uth- RMBD*
4) *Π²* : *ut choronon N* : *tithronon N⁴(tri-)θ Madv. 1886*
Drumias *ΠNθ* Doridis *A⁷N⁴θ* : *dori ΠN* opperiri *Med. 2*
ald. (ope- *A⁷?N³* uel *N⁴θFrob.2*) : *operire (opp- P)* *ΠN*, cf. 27. 4. 13
dn. Rhodiorumque *A⁷N⁴(rod-hi)θ* : *rriliediorunq. P*: *diorumq.*
15 Machanidam] *u. 27. 29. 9 adn.* Elcos] *u. 27. 31.*
16 *adn.* 15 dimissis se *A⁷N⁴ rescriptus θ* : *dimissee P*, cf. 27. 1.
17 *adn.* : dimissis *Π²N* paci facturum *N⁴ ut s. l. Aldus* : pacem
acturum *ΠNEdd.* *ante Ald.* : *pacificaturum N⁶θ* 16 cum *ΠN*
ld.Frob.1.2 : *quam Spθ* Phliunta *Sabellicus*, cf. e.g. *Polyb. 2.*
2. 2 : phleiumta *ΠN*: *alia aliī* petit *ΠNEdd.* : petiit *A⁷θ*, cf. 27.
. 9 *adn.* 17 Heraeam *Sigomius*, cf. e.g. *Polyb. 4. 77. 5* : he-
aeum (uel -reum) *ΠNθ et sic in c. 8. 6* audito *A⁷ Rhen. Frob.2* :
udita *SpN²* uel *N⁴* : audit *ΠNθ ald.* Aegium *SpFrob.2* : aegium-
ue *ΠNθ*, cf. 26. 11. 12 *adn. (a)* concilium *N⁴θ* : consiliorum (con-
PCN²) *ΠN* : consilium se *A^x* : consilium *A⁷?* Achaeorum *ald.*
rob.1.2 : actolorum πN^4 (etol-) : etholorum *DANθ* posset *θ*
ld.Frob.1.2 : possit *ΠN*, cf. 27. 17. 14 *adn.* 18 Oxeas *Crevier*,
Strab. 10. 2. 19 : uaeas *πN* (cf. de -x- et -a- 26. 37. 3 *adn.*) : ut eas
1 : phoceas *A⁷θ*

petierant, cum ab Oreo profectum Attalum Romanosque audissent, ueriti ne in se iretur et intra Rhium—fauces eae sunt Corinthii sinus—opprimerentur.

8 Philippus maerebat quidem et angebatur cum ad omnia ipse raptim isset nulli tamen se rei in tempore occurrisse, et rapientem omnia ex oculis elusisse celeritatem suam fortunam; in concilio autem dissimulans aegritudinem elato animo disseruit, testatus deos hominesque se nullo loco nec tempore defuisse quin ubi hostium arma concrepuissent eo 3 quanta maxima posset celeritate tenderet: sed uix rationem iniri posse utrum a se audacius an fugacius ab hostibus geratur bellum. sic ab Opunte Attalum, sic Sulpicium ab Chalcide, sic eis ipsis diebus Machanidam e manibus suis 4 elapsum. sed non semper felicem esse fugam nec pro diffi- cili id bellum habendum in quo, si modo congressus cum 5 hoste sis, uiceris. quod primum esset, confessionem se hostium habere nequaquam pares esse sibi: breui et uictori- 6 quam spe pugnaturos.

6 Laeti regem socii audierunt. Reddidit inde Achaeis

18 in se θ ald. Frob. 1.2 (cf. e.g. 2. 6. 8) : ad se ΠN , fort. recte si cursu- tantum describitur (delet ad se iretur N^3 : add. in seriretur ut nunc uid. N^4 ? sed supra add. nescio quid N^x) et $A\bar{\theta}$ ald. Frob. 1.2 : om. 1 (cf. c. 2. 7 et 26. 11. 12 adn. (c)), unde post se add. si Weissenb. intra Rhium π (sed in 27. 29. 9 Rhion π) : intra hrium AN : in tha- 7 ciūm N^2 : in tanchium θ

8 a nullo . . . tempore Gron. : nullo . . . temporī ΠN , cf. 27. 4. 1 adn. : nulli . . . temporī (-re J) $A^1\theta$ Edd. ante Gron., Philip. rhetorici- mentientem et postea se corrigentem (; quin . . . tenderet) perperam pin- gentes 3 uix $\Pi N\theta$ ald. Frob. 1.2 : id SpN^4 ut s. l. : haud Rhen. an ΠN . ald. Frob. 1.2 : quam SpA^7N^4 ut s. l. θ fugacius PCRA K (-tius $MBDA^xN^4J$) : fugatis AN ab (Chalcide) ΠN : a ald. om. $Sp\theta$ Frob. 2 4 modo Sp ut uid. $A^x\theta$ ald. : mo P: nemo Π^2N de erroribus ‘architectonicis’ a P^2 ortis, cf. cc. 24. 16; 25. 11; 26. 26. 3 27. 7. 4; 27. 20. 3; 27. 28. 13; 27. 30. 17; 27. 48. 10; 30. 6. 4 et 6 30. 14. 2 et (ut conicit Johnson) 30. 42. 2. Cf. etiam 27. 20. 8 adn. 9 hoste $Sp\theta$ Frob. 2 : hostibus ΠN . ald. sis, uiceris $\pi A^7\theta$ suis uicerit AN 5 pares esse Sp ut uid. $A^7\theta$ ald. : parese π , et 27. 1. 11 adn. : par \overline{ee} C: par esse N : pares C^2 sibi ΠN : eo $Sp\theta$ Frob. 2 : eos sibi Med. 3 ald. spe N^1 uel $N^2A^7\theta$: ope ΠN

Heraeam et Triphuliam, Alipheram autem Megalopolitis quod suorum fuisse finium satis probabant restituit. Inde 7 nauibus acceptis ab Achaeis—erant autem tres quadriremes et biremes totidem—Anticyram traiecit. Inde quinqueremis 8 septem et lembis uiginti amplius, quos ut adiungeret Carthaginiensium classi miserat in Corinthium sinum, proiectus ad Eruthras Aetolorum, quae prope Eupalium sunt, ascensionem fecit. Haud sefellit Aetolos; nam hominum 9 quod aut in agris aut in propinquis castellis Potidaniae atque Apolloniae fuit in siluas montesque refugit: pecora quae 10 inter festinationem abigi nequierant sunt direpta et in naues compulsa. Cum iis ceteraque praeda Nicia praetore Achaeorum Aegium misso cum Corinthum petisset, pedestres inde copias per Boeotiam terra duci iussit: ipse ab Cenchreis 11 praeter terram Atticam super Sunium nauigans inter medias proprie hostium classes, Chalcidem peruenit. Inde conlaudata 12 ide ac uirtute quod neque timor nec spes flexisset eorum nimos, hortatusque in posterum ut eadem constantia permanerent in societate si suam quam Oritanorum atque Opuntiorum fortunam mallent, ab Chalcide Oreum nauigat, 13

6 Heraeam] *u. c. 7. 17 adn.* Triphuliam *J(typh- K)*: tri-
try- *B*phyl- (-phil- *C*: -pil- *D*: -pyl- *AN*) ΠN Alipheram *C*
I²A⁷θ: aliphera *πN* (*cf. 26. 41. 12 adn.*) fuisse *P⁴ uel P⁵M²*
I⁴θ: uisse *π*: jusse *D*: uis esse *C⁴A*: uix esse *N*: iure esse *A⁶*

8 adiungeret *N⁴θEdd.*: adiungerent *ΠN*, *cf. 27. 17. 4 adn.*

Eruthras (-tras *CAN*) *π*: ae iruthras *B* (*del. i- B¹*): erithras : heritras *K* Eupalium *B.ald.*: euphalium *πB²N*: eupallum : cumpalum *K* escensionem] esc- *π*: exc- *N⁴*: exsc- *SpA⁷*
rob.2: desc- *A⁷ald.*: asc- *M²*: sc- *AN*; *cf. 27. 5. 8 adn.*

sefellit Aetolos (athol- *P*: aethol- *P²*: atehol- *M²*) *PCM²A⁷N¹θ*:

felicitate holos *RM*: felicitate holos *BDAN* Potidaniae *ald.*

rob.1.2: potidanias *ΠN*: post idonie *θ* 10 in naues *C⁴?M¹*

el M³A⁷θ: inanes *ΠN* 11 ab Cenchreis *Sp?Frob.2*: a chencris

I⁷θ: ab aenotris *ΠN.ald.*: cenchrs tris *N⁴*, *qui ab et aeno- delet, -tris*

slichto terram Atticam (-cen *A⁷*) *ΠN.ald.*: atticen *SpJ(-cem)*

rob.2: athicensem *K* super Sunium (syni- *P*: sini- *CR¹MBA*

I: sin- *RDJ*) ΠN : per sunium *Sp?*: sinum *K* 12 flexisset

Nθald.: flexissent *Sp?Frob.2* in posterum . . . Oritanorum

que] om. *ΠN*, *Ixxiv ferme litteris* (*i.e. iv uel v lineis*) *ob -usque |*

im atque deperditis, *cf. 26. 51. 8 adn.*: *supplent A⁷N⁴θEdd.*

puntiorum] u. c. 7. 8 adn.

principumque iis qui fugere capta urbe quam se Romanis tradere maluerant summa rerum et custodia urbis permissa ipse Demetriadem ab Euboea, unde primum ad opem feren-
 14 dam sociis profectus erat, traiecit. Cassandreae deinde centum nauium longarum carinis positis contractaque ad effectum eius operis multitudine fabrorum naualium, quia res in Graecia tranquillas et profectio Attali fecerat et in tempore laborantibus sociis latum ab se auxilium, retro in regnum concessit ut Dardanis bellum inferret.

9 Extremo aestatis eius qua haec in Graecia gesta sunt, cum Q. Fabius Maximus filius legatus ab M. Liuio consule Romam ad senatum nuntiasset consulem satis praesidii Galliae prouinciae credere L. Porcium cum suis legionibus esse,
 2 decedere se inde ac deduci exercitum consularem posse, patres non M. Liuium tantum redire ad urbem sed collegam
 3 quoque eius C. Claudium iusserunt. Id modo in decreto interfuit quod M. Liui exercitum reduci, Neronis legiones
 4 Hannibali oppositas manere in prouincia iusserunt. Inter consules ita per litteras conuenit ut, quemadmodum uno animo rem publicam gessissent, ita quamquam ex diuersis regionibus conuenirent uno tempore ad urbem accederent;

13 principumque $C^xM^1A^7N^1\theta$: principiumque ΠN : principisque M^2 (*nisi ibq. uoluit*) urbe quam $\Pi A^vN^x\theta$: quam urbe AN , cf. 29. 3. 10 adn. primum $\Pi N. ald.$: primo $Sp\theta Frob. 2$ sociis A^8 uel $A^7N^4\theta ald. Frob. 1. 2$: copiis ΠN 14 in Graecia $\Pi N\theta$: ingrauauerat N^8 tranquillas et P et P^x per ras. $A^7N^2(uix N^4)\theta$: tranquilla esset π^2 : tranquillas esse C : tranquilla se M^1 ut $A^xN^4\theta ald.$: aut ΠN Dardanis $A^7N^4\theta ald.$: dicionis ΠN (-iti- RMBDAN) inferret $A^7N^4\theta ald.$: ferret ΠN (cf. 26. 13. 7 adn.)

9 1 gesta sunt (*sed gestas uni PRMD*) $\pi M^2 N. ald.$: sunt gesta θ *Frob. 2*, cf. 27. 37. 5 adn. Q. ΠN (*sed -que*): qui N^1 Maximus filius Alan, cf. 27. 29. 4 (*fort. hic maximus delendum*): maximi p (*uel p̄*) π : maxim' \bar{p} A : maximus pre N : maximus C^2A^x $Sp\theta$: Maximus praetor *Edd. ante Gron.*: Maximi filius *Gron.*, negligens *Fastorum normam* (*i.e.* Q. Fabius Q. Fab. Max. f.) post senatum *praebent missus* $A^7N^4\theta ald. Frob. 1. 2$, *quod rectissime ignorant* ΠN 2 patres $\Pi N\theta ald. Frob. 1. 2$: om. Sp 3 Liuī π^2 : liuī $AN\theta$: liuite P 4 consules (*uel cōs uel cōns*) $PCA^7N^2(non N^4)\theta$: quos RMBDAN, cf. c. 40. 8 adn. uno (tempore) $\pi N^2(non N^4)$ $Sp\theta Frob. 2$: unoq. AN : uno quoque *ald.*

Praeneste qui prior uenisset, collegam ibi opperiri iussus. Forte ita euenit ut eodem die ambo Praeneste uenirent. 5 Inde praemisso edicto ut triduo post frequens senatus ad aedem Bellonae adesset, omni multitudine obuiam effusa ad urbem accessere. Non salutabant modo uniuersi circum- 6 fusi, sed contingere pro se quisque uictrices dextras consulum cupientes, alii gratulabantur, alii gratias agebant quod eorum opera incolumis res publica esset. In senatu cum more 7 omnium imperatorum expositis rebus ab se gestis postulas- sent ut pro re publica fortiter feliciterque administrata et dis immortalibus haberetur honos et ipsis triumphantibus urbem inire liceret, se uero ea quae postularent decernere 8 patres merito deorum primum, dein secundum deos consulum responderunt; et supplicatione amborum nomine et 9 triumpho utriusque decreto, inter ipsos, ne cum bellum com- muni animo gessissent triumphum separarent, ita conuenit, quoniam et in prouincia M. Liui res gesta esset et eo die 10 quo pugnatum foret eius forte auspiciuム fuisse et exercitus Liuianus deductus Romam uenisset, Neronis deduci de pro- uincia non potuisset, ut M. Liuium quadrigis urbem ineun- tem milites sequerentur, C. Claudius equo sine militibus nueheretur.

Ita consociatus triumphus cum utriusque, tum magis ei qui 11 quantum merito anteibat tantum honore collegae cesserat, gloriari auxit. Illum equitem aiebant sex dierum spatio 12

5 multitudine *C⁵A⁷N¹θald.* (-ni ΠΝ) 6 circumfusi ΠΝθald.: *m. Frob.2, et delere malit Johnson ut gloss. quo extrusum est contingere* contingere *A⁷θald. Frob.1.2: om. Π*: prospicere *N* pro *e CA⁷θald.* : pro π(*A⁷*)*N* opera π*A⁶K.ald.* *Frob.1.2: ope A* *Sp*: opere *NJ* 7 cum Π²Νθ : ium *P*: tum ?*P¹* feliciterque *ΙN.ald.* : fideliterq. *SpA⁷θFrob.2* 8 dein secundum (-do *N²?*) Π¹*N.ald.* : *PCR* : diis *MBDANθ* 9 *eindecundum P*: deinde secundum *θ* 10 *ante quoniam add.* t ΠΝθald. : om. *SpFrob.2* et (in) ΠΝ.ald. : om. *SpθFrob.2* et eo ΠΝ.ald. *Frob.1.2: eo Spθ* fuisse et ΠΝ.ald. : *uisset SpθFrob.2* deduci de pr. non potuisset π*SpN* (*correctura ostea erasa*): deduci non potuisset de pr. *AN*, cf. 29. 3. 10 adn. : de r. deduci non potuisset θald. *Frob.1.2, cf. 27. 37. 5 adn.* 1, 12 auxit. Illum *A⁷N⁴θald.* : auxilium ΠΝ

transcurrisse longitudinem Italiae, et eo die cum Hasdrubale
 in Gallia signis conlatis pugnasse quo eum castra aduersus
 13 sese in Apulia posita habere Hannibal credidisset. ita unum
 consulem pro utraque parte Italiae aduersus + duos duces +
 duos imperatores hinc consilium suum hinc corpus oppo-
 14 suis. nomen Neronis satis fuisse ad continendum castris
 Hannibalem; Hasdrubalem uero qua alia re quam aduentu-
 15 eius obrutum atque exstinctum esse? itaque iret alter con-
 sul sublimis curru multiugis si uellet equis: uno equo per
 urbem uerum triumphum uehi, Neronemque etiamsi pedes
 incedat uel parta eo bello uel spreta eo triumpho gloria
 16 memorabilem fore. Hi sermones spectantium Neronem
 usque in Capitolium prosecuti sunt. Pecuniae in aerarium
 17 tulerunt sestertium triciens, octoginta milia aeris. Militibus
 M. Liuius quinquagenos senos asses diuisit; tantundem
 C. Claudius absentibus militibus suis est pollicitus cum ac-
 18 exercitum redisset. Notatum est eo die plura carmina mili-
 taribus iocis in C. Claudiu[m] quam in consulem suum iactata

12 quo $A\bar{N}\theta$: quod π 12, 13 credidisset. ita unum *CBA*
 N^1 uel $N^4\theta$: bis scribunt πN , cf. 29. 1. 23 adn. duos duces duo
 imperatores $\Pi N\theta$, quod non displicuit *Weissenbornio*: duas acies duo
 imp. Koch, *Madv.* 1886 (cf. e.g. cc. 25. 6; 28. 9): duos duces sum-
 mos imp. *Rossbach*, optime: alia alii: uoces duos imp. possis secluderi
 tanquam ex uoce duos perperam repetita orto pleonasmo, sed anaph-
 ram hic nescioquam latere credit Johnson, cf. 27. 44. 5 14 con-
 tinendum C^1 uel $C^2 A\bar{N}\theta$ (-dis π , cf. 27. 17. 1 adn.) 15 itaq.
 $A^7 N^4 \theta ald.$: que πN : qua C : quare A^x uno equo $C^2 Sp^2 A$
 $N^4 \theta Frob. 2$: unde quo π : un' equo A : unus equo N : unius equo ale-
 Neronemque (-que C) π^1 uel $\pi^2 NSp\theta Frob. 2$: ronemque P
 nerонемкі θ : nerонкі $ald.$ parta eo $C^2 SpFrob. 2$: part
 (uel -tem) ea π : parta eo A^7 (ut uid.) θ : eo N : parte (-tae N^x) e
 $A^? N^x$: partem incedat ea D : parto eo $ald.$ spreta eo SpN^x
 $Frob. 2$: spreto P : spreto $\pi^2 N. ald.$: preto B : preto D : spretā e
 $A^7 \theta$ gloria $C^2 SpFrob. 2$: gloriam $\Pi \theta ald.$: groriam N
 16 pecuniae P ut uid. $Sp^2 A^7 \theta Frob. 2$: pecuniam $\pi^2 ald.$: pecunia BD .
 octoginta $\Pi NSp^2 ald. Frob. 1. 2$: nonaginta A^7 in marg. ut s. l.
 VIII Vat: d. cccc θ 18 Notatum est $A^7 N^4 \theta$: notatum $\pi N. ald.$
 $Frob. 1. 2$: notandum D iocis $C^2 A^7 \theta ald.$: locis ΠN
 (cons.) $C^4 A\bar{N}\theta ald.$: om. π , cf. 26. 13. 7 adn. suum $\Pi(A$
 $A^x) N$: liuim $A^5 \theta$ iactata $\Pi N. ald.$: iacta N^2 (*uix N⁴*): om. 6
 iactasse C^4

equites L. Veturius et Q. Caecilium legatos magnis tulisse 19 laudibus hortatosque esse plebem ut eos consules in proximum annum crearent; adiecissem equitum praerogatiuae 20 auctoritatem consules postero die in contione quam forti fidelique duorum praecipue legatorum opera usi essent com- memorantes.

Cum comitiorum tempus appeteret et per dictatorem 10 comitia haberi placuisse, C. Claudius consul M. Liuium collegam dictatorem dixit, Liuius Q. Caecilium magistrum equitum. A M. Liuio dictatore creati consules L. Veturius 2 Q. Caecilius, is ipse qui tum erat magister equitum. Inde 3 praetorum comitia habita; creati C. Seruilius M. Caecilius Metellus Ti. Claudius Asellus Q. Mamilius Turrinus, qui tum aedilis plebis erat. Comitiis perfectis dictator, magistratu 4 abdicato dimissoque exercitu, in Etruriam prouinciam ex senatus consulto est profectus ad quaestiones habendas qui 5 Etruscorum Vmbrorumue populi defectionis ab Romanis ad Hasdrubalem sub aduentum eius consilia agitassent qui- que eum auxiliis aut commeatu aut ope aliqua iuuissent. Haec eo anno domi militiaeque gesta. 6

Ludi Romani ter toti instaurati ab aedilibus curulibus Cn. Seruilio Caepione Ser. Cornelio Lentulo; item ludi 7 plebeii semel toti instaurati ab aedilibus plebis M. Pomponio Mathone et Q. Mamilio Turrino.

Tertio decimo anno Punici belli L. Veturio Philone et 8 ~~206~~ Q. Caecilio Metello consulibus, Bruttii ambobus ut cum

10 a Q. (Caecilius) CA⁷Nθ: que (uel -q. uel -q;) π 3 Ti.
Claudius) Siganus ex 27. 41. 7 (P): t. ΠNK: titus J Mamilius
Siganus ex §§ 7 et 9: manilius ΠNJ: manilius K 4 est pro-
ectus . . . Etruscorum (§ 5) ΠN⁴ in marg. θ: om. N 5 aduentum
INSp?θFrob.2 (et in § 12): aduentu Vat ald. (et in § 12); cf. 27. 15. 8
idn. 6 domi Π² uel Π¹θ: domo N: mi domi P gesta C²
Sp?(certe sine et) A^xθFrob.2: gestae π: gesta et AN.ald.: om. D
7 Mamilio (sed -ll- RMBD) ΠNJ: manlio K 8 Bruttii π
A⁷N: brutti PC²: brutii DS²A⁷θFrob.2: om. ald. ambobus
C² uel C¹SpA⁷N⁴Vatθ: amboposi P: ambo pulsi Π²N? (an ambobus
uulsi? N): ambo N⁸

9 Hannibale bellum gererent prouincia decreta. Praetores exinde sortiti sunt M. Caecilius Metellus urbanam, Q. Mamilius peregrinam, C. Seruilius Siciliam, Ti. Claudio Sardiniam.
 10 Exercitus ita diuisi: consulum alteri quem C. Claudio prioris anni consul, alteri quem Q. Claudio propraetor—eae binae 11 legiones erant—habuisset exercitum: in Etruria duas uolonus legiones a C. Terentio propraetore M. Liuius pro 12 consul, cui prorogatum in annum imperium erat, acciperet, et Q. Mamilius ut collegae iurisdictione tradita Galliam cum exercitu cui L. Porcius praetor praefuerat obtineret decre- 13 tum est, iussusque populari agros Gallorum qui ad Poenos sub aduentum Hasdrubalis defecissent. C. Seruilio cum Cannensibus duabus legionibus, sicut C. Mamilius tenuerat, 14 Sicilia tuenda data. Ex Sardinia uetus exercitus, cui A. Hostilius praefuerat, deportatus; nouam legionem quam Ti. Claudio traiceret secum conscriperunt.
 15 Q. Claudio ut Tarentum, C. Hostilio Tubulo ut Capuam prouinciam haberet prorogatum in annum imperium est.
 16 M. Valerius proconsul, qui tuendae circa Siciliam maritimae orae praefuerat, triginta nauibus C. Seruilio praetori traditis cum cetera omni classe redire ad urbem iussus.

9 Metellus (-lius D) ΠΝ(hic urbis: urbana N⁴) Edd. : om. N⁴θ, fort. recte, sed fort. statuas Metellus quasi partem nominis gentilis factam esse, cf. Schulze Lat. Eigenn. p. 293 Mamilius, cf. § 3: ḡ. amilius P: ḡ. aemilius (uel em-) Π²Ν: manlius A⁷θ peregrinam A⁷θ: peregrina N⁴: pereg. π: peregrinus AN 10 habuisset K.ald.Frob.1.2: habuissent ΠΝJ (uix cum exercitum probabile: cf. d.-rent pro -ret 27. 17. 4 adn.) 11 a C. M²A⁷ in ras. N¹θ: ac π (A?)N: a P²: ab C 12 Mamilius J. H. Voss: mamilio ΠΝJ manlio N²K ut ΠΝ.ald.Frob.1.2: om. N² uel N⁴θ Galliam N⁴θald.: gallia ΠΝ, cf. 26. 41. 12 adn. 13 praetor Pighius cf. 27. 36. 11: pro pī. ΠΝθ aduentum] u. § 5 14 cui A. I (mamilius) Glareanus, cf. 27. 36. 11: p. (uel p̄.) ΠΝθ 14 cui A. I (cuia uel cuiā ?) CA⁷: cui iam RMBDAN: cui am R² Ti. B. Sigonius, cf. § 3: t. (uel titus) πΒ^xΝθ 15 ut (Capuam) ΠΙ ald.(uti)Frob.2: om. θ haberet ΠΝθ: haberent M¹ uel M²A⁶ cf. § 10 adn. 16 praetori traditis Weissenb., optime: praeditis ΠΙ (-dict-), cf. 27. 1. 11 adn.: traditis C³A⁷N⁴θald.Frob.1.2: redditis M uel M⁷ cetera CM³ uel M⁷ANθ: cetero π

In ciuitate tanto discrimine belli sollicita cum omnium **ii**
secundorum aduersorumque causas in deos uerterent, multa
prodigia nuntiabantur: Tarracinae Iouis aedem, Satrici **2**
Matris Matutae de caelo tactam; Satricanos haud minus
terrebant in aedem Iouis foribus ipsis duo perlapsi angues;
ab Antio nuntiatum est cruentas spicas metentibus uisas
esse; Caere porcus biceps et agnus mas idem feminaque **3**
natus erat; et Albae duo soles uisos ferebant et nocte
Fregellis lucem obortam; et bos in agro Romano locutus et **4**
ara Neptuni multo manasse sudore in circo Flaminio dice-
batur; et aedes Cereris Salutis Quirini de caelo tactae.
Prodigia consules hostiis maioribus procurare iussi et suppli- **5**
cationem unum diem habere—ea ex senatus consulto facta
—: plus omnibus aut nuntiatis peregre aut uisis domi pro- **6**
digiis terruit animos hominum ignis in aede Vestae extinc-
tus, caesaque flagro est Vestalis cuius custodia eius noctis
fuerat iussu P. Licini pontificis. Id quamquam nihil por- **7**
tendentibus dis ceterum neglegentia humana acciderat,
tamen et hostiis maioribus procurari et supplicationem ad
Vestae haberri placuit.

Priusquam proficiscerentur consules ad bellum moniti a **8**

ii **2** post Matris *om.* ΠN *omnia ad Satri-* sc. *haud minus xxiii*
litteras, sed -canos in P primam incipit nouae paginae lineam quae xiv
tantum litt. habet: supplent A⁷N⁴θald.Frob.1.2; cf. 26. 51. 8 adn.
perlapsi ΠN (*prael-* A⁶θ : *prol-* ald.Frob.1.2, cf. 26. 2. 7;
27. 8. 19 adnn.) **3** *idem feminaque A⁷ uel A⁶θ (ordine uere*
Liuiano, cf. e.g. 30. 1. 5): idemque femina ΠN .ald.Frob.1.2 : *uoluit*
-que delere N^x *duo π (sed duos oles BD): duos P⁴RM¹AN^θ*
ferebant ΠN .ald. : *referebant θFrob.2* *obortam C²A⁷*
N⁴θ : oportat π : apertam AN : obortanti (an -tē?) C **4** *manasse*
sudore ΠN .ald. : *sudore manasse θFrob.2, fort. recte, sed rhetorico huius*
capitis colori conuenit ille ordo (et cf. 27. 37. 5 adn.) **5** *Prodigia*
(sed -dicia P: -dicia P²) $\Pi^2N\theta$: *hacc prodigia Luchs* **6** *caesa-*
que (uel ces-) ΠN : *ob quam causam caesa A⁷N⁴θald.Frob.1.2*
flagro CA⁷N⁴θ: fragro πB²: frago BN **cuius M⁷A⁷θ: uiis π:**
cuius (an cuus?) C¹: uius A²N **eius noctis** ΠN .ald. : *noctis*
eius θFrob.2, cf. 27. 37. 5 adn. **7** *dis, cf. c. 28. 11 adn. : deis πN:*
iiis A⁷θ: de his D **Vestae PS²Frob.2: uesta P²RD: uestam**
CMBθ: uestem AN (male silent A⁷N⁴): uestae aram ald.
3 *moniti* ΠN .ald. : *admoniti Sp?A⁷θFrob.2*

senatu sunt ut in agros reducendae plebis curam haberent : deum benignitate summotum bellum ab urbe Romana et Latio esse et posse sine metu in agris habitari ; minime conuenire Siciliae quam Italiae colendae maiorem curam esse.

9 Sed res haudquaquam erat populo facilis et liberis cultoribus bello absumptis et inopia seruitiorum et pecore direpto uillisque dirutis aut incensis ; magna tamen pars auctoritate 10 consulm compulsa in agros remigravit. Mouerant autem huiusce rei mentionem Placentinorum et Cremonensium legati querentes agrum suum ab accolis Gallis incursari ac uastari, magnamque partem colonorum suorum dilapsam esse, et iam infrequentes se urbes, agrum uustum ac desertum 11 habere. Mamilio praetori mandatum ut colonias ab hoste tueretur : consules ex senatus consulto edixerunt ut qui ciues Cremonenses atque Placentini essent ante certam diem in colonias reueterentur.

Principio deinde ueris et ipsi ad bellum profecti sunt.

12 Q. Caecilius consul exercitum ab C. Nerone, L. Veturius a
Q. Claudio propraetore accepit, nouisque militibus quos ipse 13 conscripserat suppleuit. In Consentinum agrum consules exercitum duxerunt, passimque depopulati, cum agmen iam graue praeda esset, in saltu angusto a Bruttiis iaculatori- 14 busque Numidis turbati sunt ita ut non praeda tantum sed

8 ab (ad *PR*, cf. 27. 25. 12) urbe Romana *PCRM²* uel *M⁷A⁷N⁴θ* : ad (at *M*) urbem romanam *R²MBDAN* et posse sine *SpA⁷N⁴θ* *Frob.²* : posse sine *πald.* : sine *C* (non *C⁴* uel *C⁵*) : possessione *AN* (*sed* possessione *N* : posse sione (*sic*) *N¹*, *fort.* -o- *delere oblitus*) metu in agris habitari ; minime *A⁷N⁴θ* (*sed* habitare *θ*) : om. *ΠN*, *oculis ab -ine me- ad -inime uersis*, cf. 26. 51. 8 *adn.* 9 et (liberis) *A⁷N⁴θald.* : om. *ΠN*, cf. 26. 11. 12 *adn.* (c) *absumptis el* (*uel aps-*) *ΠNθ* : absumpsisset *N²* uel *N⁹* (*non N⁴*) *consulm* *πA⁷N⁴* uel *N²θ* : om. *AN* 10 *accolis N⁴θald.* *Frob.^{1.2}* : *aecolis P* : *incolis Π²N* 11 *edixerunt ut A⁷N⁴θald.* *Frob.^{1.2}* : *direxerunt* *Π* : *dixerunt N* 12 *Veturius CBDANθ*, cf. c. 10. 2 : *ueterioris PRM* 13 *passimque πA⁷N²θald.* : *passim AN* *iaculatori* busque *A⁷N²* (*uel N⁴* *cum punctis ab aliquo rescriptis*) *θald.* *Frob.^{1.2}* *iaculatoribus Sp* : *iugulatoribusq.* (*iugarat-* *M* : *iugalat-* *B*) *ΠN* *Numidis ΠNθald.* *Frob.^{1.2}* : *mundis Sp* 14 *tantum θald.* *Frob.^{1.2}* : *tamen A⁷N⁴* : om. *ΠN*

armati quoque in periculo fuerint. Maior tamen tumultus quam pugna fuit, et praemissa praeda incolumes legiones in loca culta euasere. Inde in Lucanos profecti; ea sine 15 certamine tota gens in dicionem populi Romani rediit.

Cum Hannibale nihil eo anno rei gestum est. Nam neque 12 ipse se obtulit in tam recenti uolnere publico priuatoque neque lacessierunt quietum Romani; tantam inesse uim etsi omnia alia circa eum ruerent in uno illo duce censebant. Ac nescio an mirabilior aduersis quam secundis rebus fuerit, 2 quippe qui cum in hostium terra per annos tredecim, tam 3 procul ab domo, uaria fortuna bellum gereret, exercitu non suo ciuili sed mixto ex conluiione omnium gentium, quibus non lex, non mos, non lingua communis, aliis habitus, alia 4 uestis, alia arma, alii ritus, alia sacra, alii prope di essent, ita quodam uno uinculo copulauerit eos ut nulla nec inter ipsos nec aduersus ducem seditio extiterit, cum et pecunia 5 saepe in stipendum et commeatus in hostium agro deesset, quorum inopia priore Punico bello multa infanda inter duces militesque commissa fuerant. Post Hasdrubalis uero exerci- 6 tum cum duce in quibus spes omnis reposita uictoriae fuerat deletum cedendoque in angulum Bruttium cetera Italia concessum, cui non uideatur mirabile nullum motum in castris factum? Nam ad cetera id quoque accesserat ut ne alendi 7

14 legiones *A^xN² uel N⁴θ*: et legiones *ΠN*, cf. 27. 4. 12 adn.
cultu *ΠNK* Edd.: occulta *N² uel N⁴J* 15 inde *N² uel N⁴θald.*:
om. ΠN

12 i uolnere (*sed uul-*) *A⁷N⁴θ*: uoluntatere *P*, cf. 27. 20. 8 adn.: uoluntate *Π² uel Π¹*: luctu *M⁷A^x*: calamitate *C⁴* lacessierunt *P²?Vatθ*: lacesteterunt *P* (cf. adn. *praec.*): lacess. (*sic*) *C*: lacesse-
runt *RMBD(-rant)AN* tantam *C⁴M¹?A⁷N⁴Vatθ*: tantum *Π* (*A?**N*) ruerent *P⁴CR²A⁷N²K*: rueren *PR*: reuerent *BD*: ruerentur *AN* (reu-): tuerent *J* 3 quippe qui cum *Lov.* 1: tulerit *ΠN* 3 quippe qui cum *Lov.* 3 et 5 *ald. Frob. 1.2*: quippe et *Π(A?)N*: quippe cum (eum θ) *A⁷?N² uel N⁴θ* ciuili *CA⁷N⁴ ut s. l. θald.*: ciuile *Π(A?)N* 4 di, cf. c. 28. 11 adn.: dei *PCR*: dii *R²MBDAN⁰* uinculo *CRMBDANθ*: uincinculo *P*: icinculo *P²* (*sed uinc- uoluit*) 5 deesset *Πald.*: deessent *NθFrob. 2. fort. recte* 6 cum duce *A⁷N⁴ ut s. l. θald.*: duce *π*: ducis *A⁷N*: ducemque *C³*

quidem exercitus nisi ex Bruttio agro spes esset, qui ut
omnis coleretur exiguis tamen tanto alendo exercitui erat;
8 tum magnam partem iuuentutis abstractam a cultu agrorum
bellum occupauerat et mos uitio etiam insitus genti per
9 latrocinia militiam exercendi; nec ab domo quicquam mit-
tebatur, de Hispania retinenda sollicitis tamquam omnia
prospera in Italia essent.

10 In Hispania res quadam ex parte eandem fortunam, qua-
dam longe disparem habebant; eandem quod proelio uicti
Carthaginienses duce amisso in ultimam Hispaniae oram
11 usque ad Oceanum compulsi erant, disparem autem quod
Hispania non quam Italia modo sed quam ulla pars terrarum
bello reparando aptior erat locorum hominumque ingenii.
12 Itaque ergo prima Romanis inita prouinciarum, quae quidem
continentis sint, postrema omnium nostra demum aetate
13 ductu auspicioque Augusti Caesaris perdomita est. Ibi tum
Hasdrubal Gisgonis, maximus clarissimusque eo bello secun-
dum Barcinos dux, regressus ab Gadibus rebellandi spe,
adiuuante Magone Hamilcaris filio dilectibus per ulteriorem
Hispaniam habitis ad quinquaginta milia peditum, quattuor
14 milia et quingentos equites armavit. De equestribus copiis
ferme inter auctores conuenit: peditum septuaginta milia
15 quidam adducta ad Silpiam urbem scribunt. Ibi super

8 tum $\Pi N S \rho J Frob. 2$: tamen K : cum ald. per P^x (sed par
rursus restituit) A^x ald.: par ΠN : inter $Sp? N^4$ ab N^6 *scriptus* θ $Frob. 2$
9 retinenda . . . in Hispania (§ 10) om. ΠN , *lxiii* litt. (iii
lineis) ob $\delta\mu.$ *deperditis*, cf. 26. 51. 8 adn.: *supplent* $N^3 A^7$ uel $A^8 \theta$ ald.
 $Frob. 1.2$ 12 inita $A^x N^4 \theta$: initia πB^1 (-icia) N : indicia B
prouinciarum (uel -ti-) ΠN . ald. $Frob. 1.2$: prouincia $A^x N^2$ uel $N^3 \theta$
13 Gisgonis $\pi \theta$: gisgonis filius AN . ald. *De gloss. codicum AN pro-*
priis, cf. e.g. 27. 10. 10; 27. 26. 9; 29. 5. 1; 29. 12. 15; 29. 25. 8; 30.
9. 4; 30. 17. 9 (*bis*); 30. 31. 5 maximus clarissimusque $A^7 \theta$ ald.
 $Frob. 1.2$: clarissimus maximusque N^4 : maximusque ΠN , cf. 26. 11.
12 adn. (b) Barcinos, cf. 21. 2. 4 adn.: barchinos (burth- C)
 $\Pi N \theta$ (brach- K) dilectibus $P^x C^x$ (dilectibus \equiv ctibus *nunc stat in C*):
directibus π : directus AN : delectibus $A^7? N^4$ *ut s. l.* (di- tamen primo
scribens) θ 14 conuenit ΠN . ald. $Frob. 1.2$: conueniat $N^4 \theta$
Silpiam ΠN : salapiam θ : Ilipam *Schweighaueser ad Polyb. II. 20. 1*
(*ubi ἡλίγγας codd.*); *in Polybio potius quam hic contra codd. legendum*
est

campos patentes duo duces Poeni ea mente ne detractarent certamen consederunt.

Scipio cum ad eum fama tanti comparati exercitus perlata 13 esset, neque Romanis legionibus tantae se parem multitudini ratus ut non in speciem saltem opponerentur barbarorum auxilia, neque in iis tamen tantum uirium ponendum ut 2 mutando fidem, quae cladis causa fuisse patri patruoque, magnum momentum facerent, praemisso Silano ad Culcham, 3 duodetriginta oppidis regnante, ut equites peditesque ab eo quos se per hiemem conscripturum pollicitus erat acciperet, ipse ab Tarracone profectus protinus ab sociis qui 4 accolunt uiam modica contrahendo auxilia Castulonem peruenit. Eo adducta ab Silano auxilia, tria milia peditum et 5 quingenti equites. Inde ad Baeculam urbem processum cum omni exercitu ciuium, sociorum, peditum equitumque quinque et quadraginta milibus. Castra ponentes eos Mago 6 et Masinissa cum omni equitatatu adgressi sunt, turbassentque munientes ni abditi post tumulum opportune ad id positum ab Scipione equites improuiso in effusos incurrisse. Ii 7 promptissimum quemque et proxime uallum atque in ipsos munitores primum inuestum uixdum proelio inito fuderunt: cum ceteris, qui sub signis atque ordine agminis incesserant,

15 detract-] cf. 27. 2. 5 adn. consederunt *B²ANθFrob.2*: considerunt παλδ., cf. 9. 37. 7 adn. (ubi contra codd. -sed- legimus) et Neue-Wagener III p. 414 sqq. (in his duobus tantum locis -sid- in codd. nostris inuenitur)

13 1 parem *SpFrob.2*: fore (-em D) parem (-re N) πΝ² uel Ν⁴: parem fore *Vatθ*; cf. 27. 34. 3 adn. ut non ΠΝ *Edd.*: ut θ, sensum perperam interpretati opponerentur (obp- *B*) Π²Νθ: opponentur *P*, cf. 27. 1. 11 adn. 2 momentum ΠΝ⁴θ: uel (*del.* Ν²) monumentum Ν 3 Culcham *PRM*, cf. 33. 21. 7 et 8 (ubi culch- *Bamb.*: culc- *Mog.*): sculcham (-cam *CDA*) π²Ν: scolcham (-cam *J*: -team *K*) *A⁷θ*. *Hic regulius in Polyb.* (e.g. 11. 20. 3) Κολίχας appellatur 5 quingenti Ν⁴θαλd. *Frob.1.2* (sed post eq. ald.): om. ΠΝ (cf. 29. 28. 10 adn.) processum cum *Sp?Frob.2*, cf. e.g. 25. 21. 5: progressus π: progressus cum *ANθ*αld., non male, sed facilius pro glossemate habeas quam processum: *delere uolebat Gron.*, sc. cum ponentes sq. coniungens peditum *A⁷θ Edd.*: om. ΠΝ

8 longior et diu ambigua pugna fuit. Sed cum ab stationibus
 primum expeditae cohortes, deinde ex opere deducti milites
 atque arma capere iussi plures usque et integri fessis subi-
 rent magnumque iam agmen armatorum a castris in proelium
 9 rueret, terga haud dubie uertunt Poeni Numidaeque. Et
 primo turmatim abibant, nihil propter pauorem festina-
 tionemue confusis ordinibus; dein, postquam acrius ultimis
 incidebat Romanus neque sustineri impetus poterat, nihil
 iam ordinum memores passim qua cuique proximum fuit in
 10 fugam effunduntur. Et quamquam eo proelio aliquantum
 et Romanis aucti et deminuti hostibus animi erant, tamen
 nunquam per aliquot insequentes dies ab excursionibus
 equitum leuisque armaturae cessatum est.

14 Vbi satis temptatae per haec leuia certamina uires sunt,
 prior Hasdrubal in aciem copias eduxit, deinde et Romani
 2 processere; sed utraque acies pro uallo stetit instructa, et
 cum ab neutrīs pugna copta esset, iam die ad occasum in-
 clinante a Poeno prius, deinde ab Romano in castra copiae
 3 reductae. Hoc idem per dies aliquot factum. Prior semper
 Poenus copias castris educebat, prior fessis stando signum
 receptui dabat; ab neutra parte procursum telumue missum
 4 aut uox ulla orta. Mediam aciem hinc Romani illinc Car-
 thaginienses mixti Afris, cornua socii tenebant—erant autem
 utrisque Hispani—; pro cornibus ante Punicam aciem ele-

7 longior ΠN Edd.: longe $N^2\theta$ 8 usque $Sp? \theta$ Frob. 2 (sed hic
 et usque): om. ΠN .ald. subirent $A^7 uel A^8 N^x$ (an $N^2?$) (sed
 hic fessi) θ ald.: om. ΠN magnumque $\pi N^4\theta$: magnum AN
 9 propter θ ald. Frob. 1.2: praeter ΠN (cf. 27. 13. 2 adn.) incidebat
 $P^6 M^2 uel M^7 A^7 N^4$ (sed ut s. l., -ced- relinquens) θ : incidebant π
 (inced- AN) qua cuique $A^7 N^4\theta$: quacumque πB^2 (ex quec-
 ab B incepto) 10 et (Rom.) $A^7 N^2 \theta$ ald.: om. ΠN , cf. 26. 11. 12
 adn. (c) nun-(sed num-)quam $Sp A^7 N^x$ uel $N^4 \theta$ ald.: om. ΠN
 per aliquot insequentes (uel -is) Rhen. Frob. 2: prelio quod insequentis
 $SpVat$: plioquo insequentis N^x uel N^4 : aliquot insequentis θ ald.:
 aliquotiensequentis P : aliquotiens (uel -ies) sequentis (uel -tes) CRM
 BDAN

14 1 et (Rom.) ΠN .ald.: om. θ
 $N^1 \theta$ ald. Frob. 1.2

4 utrisque ΠN : utrimque

phantis castellorum procul speciem praebebant. Iam hoc in 5
 utrisque castris sermonis erat, ita ut instructi stetissent
 pugnaturos; medias acies, Romanum Poenumque, quos
 inter belli causa esset, pari robore animorum armorumque
 concursuros. Scipio ubi hoc obstinate credi animaduertit, 6
 omnia de industria in eum diem quo pugnaturus erat mutauit.
 Tesseram uesperi per castra dedit ut ante lucem uiri equique 7
 curati pransi essent, armatus eques frenatos instratosque
 teneret equos.

Vixdum satis certa luce equitatum omnem cum leui arma- 8
 tura in stationes Punicas immisit; inde confestim ipse cum
 graui agmine legionum procedit, praeter opinionem destina- 9
 tam suorum hostiumque Romano milite cornibus firmatis,
 sociis in medium aciem acceptis. Hasdrubal clamore equi- 10
 um excitatus ut ex tabernaculo prosiluit tumultumque ante
 pallum et trepidationem suorum et procul signa legionum
 fulgentia plenosque hostium campos uidit, equitatum omne
 extemplo in equites emittit; ipse cum peditum agmine castris 11
 greditur, nec ex ordine solito quicquam acie instruenda
 nat. Equitum iam diu anceps pugna erat nec ipsa per 12
 decerni poterat quia pulsis, quod prope in uicem fiebat,
 aciem peditum tutus receptus erat; sed ubi iam haud 13

4 speciem *Sp?θFrob.2*: speciem ui π: speciem sui C: speciem
 spic- N) uisu AN¹: speciem uisi *Drak. dubitanter, sed ui in P ex -m*
uplicato ortum est 5 Iam A^{8?θ} Edd.: am PR; nam C: tām (*uel*
umen) R²MBDA?N utrisque CRMBDANθ: utriusque P (*cf.*
7. 17. 12 adn.) erat ita N² uel N^{4?θ}ald. *Frob.1.2*: ita erat ΠN (*cf. c.*
15 adn.) pugnaturos (-ri A^xJ) Π(sed -tores B)N: dimicatueros K
 6 hoc . . . credi θ: haec . . . eredita ΠN.ald. *Frob.1.2*, sed cum uoce
 obstinate *Praesens aptius cohaeret, et -ta in P pluribus modis oriri potuit*
f. de haec pro hoc c. 16. 14 adn.) 7 uesperi M⁷B²A⁷N^{4θ}: uesteri
 tiri M) π: ueteri (-re C: -ra C⁸) P²AN (*quod. del. cum per N²*)
 curati π (-te AN), *cf. 27. 16. 6 adn.*: om. *Sp?θFrob.2*: cum
 ptim Aldus: cum Edd. ante Ald.: curati et *Lipsius, fort. recte*
transi essent ΠNθ Rhen. Edd.: pransissent *Sp?Vat* instratos-
 que P (*sed instat-*): istratosque P²: stratosque RMBDANθ Edd.
utile Gron. 10 prosiluit πθ (-liuit MAN) 11 acie πNSp?θFrob.2:
 iem R²BD (*ec- R*): in acie Med. 1 ald. 12 ipsa . . . poterat ΠNθ
ed ips. dec. pot. per se K) Edd.: om. *Sp et (cum quia) Vat, cf. c. 2. 16*
ln. fiebat ΠNθ: fiebant *Sp?*

plus quingentos passus acies inter sese aberant, signo
receptui dato Scipio patefactisque ordinibus equitatum
omnem leuemque armaturam in medium acceptam diui-
14 samque in partes duas in subsidiis post cornua locat. Inde
ubi incipiendae iam pugnae tempus erat, Hispanos—
15 ea media acies fuit—presso gradu incedere iubet; ipse e
dextro cornu—ibi namque praeerat—nuntium ad Silanum
et Marcium mittit ut cornu extenderent in sinistram partem
16 quemadmodum se tendentem ad dextram uidissent, et cum
expeditis peditum equitumque prius pugnam consererent
17 cum hoste quam coire inter se mediae acies possent. Ita
diductis cornibus cum ternis peditum cohortibus ternisque
equitum turmis, ad hoc uelitibus, citato gradu in hostem
18 ducebant sequentibus in obliquum aliis; sinus in medio
erat, qua segnius Hispanorum signa incedebant.

19 Et iam conflixerant cornua cum quod roboris in acie
hostium erat, Poeni ueterani Afrique, nondum ad teli coniec-
tum uenissent, neque in cornua ut adiuuarent pugnantes
discurrere auderent ne aperirent medium aciem uenienti ex
20 aduerso hosti. Cornua ancipiti proelio urgebant; eques
leuisque armatura <ac> uelites circumductis alis in latera
incurrebant: cohortes a fronte urgebant ut abrumperent
15 cornua a cetera acie; et cum ab omni parte haudquaquam
par pugna erat, tum quod turba Baliarium tironumque

13 quingentos ΠNSp ut uid. J: cc K sese $\pi SpJFrob.2$: se
K: sese diuise (uel -sae) AN.ald., cf. c. 12. 13 adn. 15 e ΠN Edd.:
om. Sp?θ sinistram partem $\Pi N\theta$ ald. (-tra -te SpFrob.2)
18 qua $\Pi N\theta$: quia Edd. ante Crevierium incedebant C^5M^7BAN
(-cid- π) 19 conflixerant (-runt BD) π^2 uel $\pi^1N\theta$: conflexerant F
hostium] hic ΠN Edd.: ante acie θ (cf. 27. 37. 5 adn.)

discurrere $A^5\theta$ Edd.: discedere A^5 ut s. l.: discernere ΠN ne
aperirent $A^7N^4\theta$ Edd.: om. ΠN 20 Cornua $PRA^6?N^2$ uel N
ut s. l. θ : cornu $\pi^2(an P^1?)N$ ac Madv. Em. p. 409: et ald
Frob.1.2 (quod malit Johnson): om. $\Pi N\theta$, probante Gron., sed cf. c
15. 5 alis B^xN^1K : aliis ΠNJ cornua a $PM^2(M^1?)A^6$
Edd.: cornua a (uel cornua) $\pi^2(an P^1?)NK$

15 1 pugna (purga P) erat tum $\pi^2N\theta$: pugnae ration C turb
θald.Frob.1.2: pugna ΠN Baliarium PR, cf. c. 46. 7 et 27. 18.
adnn.

Hispanorum Romano Latinoque militi obiecta erat. Et 2 procedente iam die uires etiam deficere Hasdrubalis exercitum cooperant, oppressos matutino tumultu coactosque priusquam cibo corpora firmarent raptim in aciem exire; et 3 ad id sedulo diem extraxerat Scipio ut sera pugna esset; nam ab septima demum hora peditum signa cornibus incucurrerunt; ad medias acies aliquanto serius peruenit pugna, 4 ta ut prius aestus a meridiano sole laborque standi sub armis et simul fames sitisque corpora adficerent quam manus cum hoste consererent. Itaque steterunt scutis 5 nnixi. Iam super cetera elephanti etiam tumultuoso genere pugnae equitum uelitumque et leuis armaturae consternati cornibus in medium aciem sese intulerant. Fessi igitur 6 corporibus animisque rettulere pedem, ordines tamen serantes haud secus quam si imperio ducis cederet integra cies.

Sed cum eo ipso acrius ubi inclinatam sensere rem uictores 7 e undique inueherent, nec facile impetus sustineri posset quamquam retinebat obsistebatque cedentibus Hasdrubal 8 b tergo esse colles tutumque receptum si modice se recipie- ent clamitans, tamen uincente metu uerecundiam cum 9

¹ Latinoque $A^7N^4\theta$ Edd.: -que ΠN , cf. 26. 11. 12 adn. (b)

Et $\pi N^2Sp\theta Frob.2$: om. AN.ald. die uires etiam A^7 et $A^8N^4\theta$ Edd.: om. ΠN (sc. ob $\delta\mu$) 3 et (ad) N^4Vat : om. $\Pi N\theta ald. Frob.$

.2 ante cornibus ($\Pi N\theta$) add. a Madv. 1886, uix necess.

incucurrerunt πN : incucurrerunt B.ald.: concucurrerunt $Sp\theta Frob.2$ et sed concuc-) Riemann 4 ita ut $Sp\theta A^7N^4\theta Frob.2$: ui P: ut P^2 $M^1N^2ald.$: uit (i.e. pugnauit) $RMBDA?N$ sole $CA^7N^1 ucl$ $\theta ald.$: solet (uel sol et) π : sol AN 5 Itaque $A^7N^4\theta ald. Frob.$

.2: ita ΠN Iam Weissenb.: nam $\Pi N\theta$, fort. recte, sc. ad § 2 ires deficere respiciens; similiter in 27. 14. 13 et e.g. 22. 28. 1 uox nam $ngius$ respicit; contra de nam et iam confusis cf. 26. 7. 3 adn. cederet $\theta ald. Frob.1.2$: cederent ΠN , cf. 27. 17. 4 adn. integra $\theta ald.$: integre AN acies $\Pi N\theta ald.$: acie Weissenb. (cum cede- ent) 7 sensere rem Gron.: senserem P, cf. 27. 1. 11 adn.: sen- cere $\Pi^2N\theta$ facile $M^1N^1A\theta ald.$: fragile π : fragile P^2 : fragile $uile N$ impetus $\Pi N.ald. Frob.1.2$: om. θ

proximus quisque hostem cederet, terga extemplo data, at
 10 que in fugam sese omnes effuderunt. Ac primo consistere
 signa in radicibus collium ac reuocare in ordines militem
 cooperant cunctantibus in aduersum collem erigere aciem
 Romanis; deinde ut inferri impigre signa uiderunt, in-
 11 tegrata fuga in castra pauidi compelluntur. Nec procul
 uallo Romanus aberat; cepissetque tanto impetu castra nisi
 ex uehementi sole, qualis inter graues imbre nubes effulget,
 tanta uis aquae deiecta esset ut uix in castra sua receperint
 se uictores, quosdam etiam religio ceperit ulterius quicquam
 12 eo die conandi. Carthaginienses, quamquam fessos labore
 ac uolneribus nox imberque ad necessariam quietem uocabat,
 13 tamen quia metus et periculum cessandi non dabat tempus
 prima luce oppugnaturis hostibus castra, saxis undique circa
 ex propinquis uallibus congestis augent uallum, munimento
 14 sese quando in armis parum praesidii foret defensuri; sed
 transitio sociorum fuga ut tutior mora uideretur fecit.
 Principium defectionis ab Attene regulo Turdetanorum fac-
 15 tum est; is cum magna popularium manu transfugit; inde

9 proximus $\pi A^7 N^1 \theta ald.$ *Frob.* 1. 2: proximi *Sp*: proximo *AN* (*qu*
ambo quisque . . . primo (§ 10) *omittunt*: *supplent* $A^8 N^4$)
 hostem $\pi A^8 N^4$: hoste *M*: hosti *M¹*, *Weissenb.* (*ut codd. in 8. 32. 12*)
sed cf. 29. 7. 6; 35. 27. 9; Tac. Ann. 15. 15. 6 cederet $\pi A^8 N^4 \theta$
 caderet *Madv.*: primus cederet *Weissenb.*: caederetur *Luchs* 1889: au-
 caderet *legendum esse* (*cf. de errore e.g. 29. 31. 11*) aut cedentes suo-
 nimis urḡeret uel sim. credit Johnson, cui in *receptu omnium* (*pos*
Hasdr. monitum ut modice se reciperent) *mera uox* cederet *hic nimi*
insulsa uidetur esse 10 consistere $\Pi N \theta$: constituere *Duker*, *ui-*
minus dure, et Nom. signa (*hic paene i.q. signiferi*) *uoci* reuocare for-
adiungas signa *N¹ uel N⁴ \theta ald.*: siuna π : sicuna *AN* (*sig-*
 cooperant π (*caep- C*): ceperant *DANK*: ceperat *N¹ uel N⁴ J*
 deinde ut *Sp? A^8 N^4 \theta Frob 2*: de ut inde *P*: inde $\Pi^2 N$: inde ut *ald.*
 integrata θ *Edd. ante Gron.*: integra ΠN : iterata *Gron.* 11 cepis-
 setque *AN \theta ald.*: cepissentque (*coep- C*) π (*et aberant P, quod corr. P²*
 nisi *P⁴ R A⁷ N² uel N⁴ \theta ald.*: ni se π : nisi se *Sigonius* (*cum deie-*
cisset) deiecta esset *N⁴ \theta ald.* *Frob.* 1. 2.: deiecisset ΠN re-
 ceperint $\Pi J. ald.$: reciperen *Sp? NKFrob. 2* (*cf. c. 19. 15 adn.*)
 ceperit $\pi N J. ald.$: cooperit *CRB*: ceperat *SpFrob. 2, non male*: cepit 1
 14 Attene (*ath- D*) $\pi A? N?$: attenē *C*: attenē *N¹*: tenne *A*
 (-ne) θ Turdet- $\pi^2 N$, *cf. 21. 6. 1*: turnet- *P*: tudit- θ factur
C³ M¹ N¹ \theta: factus ΠN , *cf. 27. 17. 1 adn.*

duo munita oppida cum praesidiis tradita a praefectis Romano; et ne latius inclinatis semel ad defectionem animis serperet res, silentio proximae noctis Hasdrubal castra mouet.

Scipio, ut prima luce qui in stationibus erant rettulerunt praefectos hostes, praemisso equitatu signa ferri iubet; adeo que citato agmine ducti sunt ut, si uia recta uestigia sequentes ssent, haud dubie adsecuturi fuerint: ducibus est creditum preuius aliud esse iter ad Baetim fluuium ut transeuntes ad- gredenterur. Hasdrubal clauso transitu fluminis ad Ocea- num flectit, et iam inde fugientium modo effusi abibant; taque ab legionibus Romanis aliquantum interualli fecit. Eques leuisque armatura nunc ab tergo nunc ab lateribus occurrendo fatigabat morabaturque, sed cum ad crebros tumultus signa consisterent et nunc equestria nunc cum uelitis auxiliisque peditum proelia consererent, superuenerunt regiones. Inde non iam pugna sed trucidatio uelut peco- um fieri donec ipse dux fugae auctor in proximos colles um sex millibus ferme semermium euasit; ceteri caesi aptique. Castra tumultuaria raptim Poeni tumulo editis- imo communuerunt, atque inde cum hostis nequ quam ibire iniquo adscensu conatus esset haud difficulter sese itati sunt. Sed obsidio in loco nudo atque inopi uix in aucos dies tolerabilis erat; itaque transitiones ad hostem ebant. Postremo dux ipse nauibus accitis—nec procul

16 a ante ducibus *praebent* sed *AN.ald.*, quod nesciunt $\pi Sp\theta Frob.2$.
3 flectit *CM²* uel *M⁷B²AN⁰*: plectit π itaque *PN*:
 que *N⁴θald. Frob.1.2*, non male aliquantum] hic *PN.ald.*: ante
θFrob.2, cf. 27. 37. 5 *adn.* 5 sed $\pi N\theta ald. Frob.1.2$, sc.
 sed mox hostes grauiora passi sunt quia': et *C. Madv.* crebros
M² uel *M⁷B²AN⁰*: crebro π , cf. 27. 17. 12 *adn.* 6 semermium]
 27. 1. 15 *adn.* ceteri caesi *Π²N⁰*: celeri caeci *P* 7 hostis
 tiis *D*) $\pi N.ald.$: hostes *SpN⁴*(ut s.l., quam del. mox ipse) $\theta Frob.2$
 matus esset *PN.ald.*: conati essent *SpθFrob.2* 8 hostem
NSpFrob.2: hostes *θald.* dux ipse *PN.ald.*: ipse dux *θFrob.2*,
 27. 37. 5 *adn.* accitis *Wissenborn*: accipitis *P*, cf. 27. 20.
adn.: acceptis *Π²N⁰ald.*

inde aberat mare—nocte relicto exercitu Gades perfugit.
 9 Scipio fuga ducis hostium audita decem milia peditum mille
 10 equites relinquit Silano ad castrorum obsidionem; ipse cum
 ceteris copiis septuagensimis castris, protinus causis regulorum
 ciuitatumque cognoscendis ut praemia ad ueram meritorum
 aestimationem tribui possent, Tarraconem rediit.
 11 Post profectionem eius Masinissa cum Silano clam congressus, ut ad noua consilia gentem quoque suam oboedientem
 12 haberet cum paucis popularibus in Africam traiecit, non tam
 euidenti eo tempore subitae mutationis causa quam documento post id tempus constantissimae ad ultimam senectam
 13 fidei ne tum quidem eum sine probabili causa fecisse. Mago
 inde remissis ab Hasdrubale nauibus Gades petit; ceteri
 deserti ab ducibus, pars transitione, pars fuga dissipati per
 proximas ciuitates sunt, nulla numero aut uiribus manus
 insignis.
 14 Hoc maxime modo ductu atque auspicio P. Scipionis puls Hispania Carthaginienses sunt, quarto decimo anno pos bellum initum, quinto quam P. Scipio prouinciam et exer
 15 citum accepit. Haud multo post Silanus debellatum referent
 16 Tarraconem ad Scipionem rediit. L. Scipio cum multi
 nobilibus captiuis nuntius receptae Hispaniae Romam es
 2 missus. Et cum ceteri laetitia gloriaque ingenti eam ren
 uolgo ferrent, unus qui gesserat, inexplebilis uirtutis ueraequ
 laudis, paruum instar eorum quae spe ac magnitudine anim

9 audita *A^xN¹* uel *N⁶θald.*: indita Π(-dict- *D*)*N* 10 ciuitatumque Π*N* ut e.g. in 2. 6. 5, cf. Neue-Wagener I. 409 (-tumque *BDA*
 0) 12 eo *N⁴θald.* *Frob.* 1. 2: om. Π*N*: illo *Weissenb.*
 constantissimae . . . fidei Π*Nθ*: constantissima . . . fidei *Duker*
 13 petit Π*N.ald.* *Frob.* 1. 2, cf. 27. 5. 9 *adn.*: petuit θ 14 pars fug
A⁸N⁴θald.: fuga Π*N* manus] *hic πA⁷θ*: post nulla *AN.ald.*
Frob. 1. 2 14 Hoc *C^xANθald.*: haec (uel hec) *π* (cf. c. 14. 6 *adn.*)
 P. (Scipionis) *B²S^p?* *Frob.* 2: 1 *π* (auspicior *D*): om. *CAN*: procor
 sulis *A⁸θ ald.* quinto Π*Nθ*: quintum *N⁴* (an *N¹?*) quam *πK*
 postquam *ANS^p* ut uid. *J.ald.* P. Scipio *S^p?* *Frob.* 2: recipio *F*
 recipi Π²(*A?*): recepit *C*: proconsul Scipio *S^pA⁷* uel *A⁸N⁴θ*: on
 ald.
 17 1 captiuis Π*NK.ald.* *Frob.* 1. 2: captis *S^pJ* 2 Et Π*Nθald.*
 sed *Madv.* (quare?)

concepisset receptas Hispanias ducebat. Iam Africam mag- 3
 namque Carthaginem et in suum decus nomenque uelut con-
 summatam eius belli gloriam spectabat. Itaque praemoli- 4
 endas sibi ratus iam res conciliandosque regum gentiumque
 animos, Syphacem primum regem statuit temptare. Masaesu- 5
 iorum is rex erat. Masaesulii, gens adfinis Mauris, in regionem
 Hispaniae maxime qua sita Noua Carthago est spectant.
 Foedus ea tempestate regi cum Carthaginiensibus erat, quod 6
 haud grauius ei sanctiusque quam uolgo barbaris, quibus ex
 fortuna pendet fides, ratus fore, oratorem ad eum C. Laelium 7
 cum donis mittit. Quibus barbarus laetus et quia res tum 8
 prosperae ubique Romanis, Poenis in Italia aduersae in
 Hispania nullae iam erant, amicitiam se Romanorum acci-
 ere adnuit: firmandae eius fidem nec dare nec accipere
 isi cum ipso coram duce Romano. Ita Laelius in id modo 9
 de ab rege accepta tutum aduentum fore, ad Scipionem
 edidit.

Magnum in omnia momentum Syphax affectanti res 10
 Africae erat, opulentissimus eius terrae rex, bello iam ex-
 ertus ipsos Carthaginenses, finibus etiam regni apte ad
 Hispaniam quod freto exiguo dirimuntur positis. Dignam 11
 aque rem Scipio ratus quae, quoniam non aliter posset,
 agno periculo peteretur, L. Marcio Tarracone M. Silano

4 praemoliendas sibi (*sed ibi Edd. uet.*) . . . res θald. *Frob. 1.2 :*
 aemolienda sibi . . . re ΠΝ (-dam sibi . . . rem *Gron.*)
 Masaesuliorum] *u. adn. sq.* Masaesulii (*sed -li*) ΠΝ (masses-
AN) et sic supra (*sed -syliorum PRM : -silorum A : -sulorum θ*) *codd.*,
 29. 30. 10 et 29. 32. 14 6 regi cum πΑ⁸ uel Α⁶θ : regium Ν⁴ :
 i (*res AN*) cum *BDAN* 7 sanctiusque ΠΝ (*sant-*) θald. *Frob. 1.2 :*
 tiquiusque Ν⁴ ut s. l. 7 oratorem *M⁵Α⁷Ν⁴θald. Frob. 1.2 :*
 ationem ΠΝ 8 Poenis *BSp?θFrob. 2 :* poenis autem πΒ²Ν
 l., cf. 27. 26. 10 *adn.* iam ΠΝ⁴ald. *Frob. 1.2 :* etiam θ : tam Ν
 accipere] *hic ΠΝ Edd. : ante Rom. θ* firmandae *P⁴M⁶*
 1 ut s. l. θ : firmandas π (-dam *AN*) 9 redit ΠΝ.ald., cf.
 5. 9 *adn.* : redit *Sp?θFrob. 2* 10 res ΠΝθ *Edd. : rex Ν⁴?*
 Africæ erat θ *Frob. 2 :* erat africæ ΠΝ.ald., cf. c. 2. 15 *adn.*
 rex *Sp?Α⁷ uel Α⁸θFrob. 2 :* om. ΠΝ.ald. 11 non aliter
 Θald. *Frob. 1.2 :* aliter non *Vat. fort. recte* Tarracone M. π (*sed*
em uel -nē) *Sp?θ* (*tara-* K) *Frob. 2 :* tarracone *C²M²AN.ald.*

Carthagine Noua, quo pedibus ab Tarracone itineribus
 12 magnis ierat, ad praesidium Hispaniae relictis ipse cum
 C. Laelio duabus quinqueremibus ab Carthagine profectus
 tranquillo mari plurimum remis, interdum et leni adiuuante
 13 uento, in Africam traiecit. Forte ita incidit ut eo ipso
 tempore Hasdrubal, pulsus Hispania, septem triremibus
 portum inuestus, ancoris positis terrae applicaret naues
 14 cum conspectae duae quinqueremes, haud cuiquam dubio
 quin hostium essent opprimique a pluribus priusquam
 portum intrarent possent, nihil aliud quam tumultum ac
 trepidationem simul militum ac nautarum nequiquam
 15 armaque et naues expedientium fecerunt. Percussa enim
 ex alto uela paulo acriori uento prius in portum intulerunt
 16 quinqueremes quam Poeni ancoras molirentur; nec ultra
 tumultum ciere quisquam in regio portu audebat. Ita
 in terram prior Hasdrubal, mox Scipio et Laelius egress
 18 ad regem pergunt. Magnificumque id Syphaci—nec era
 aliter—uisum duorum opulentissimorum ea tempestatis
 duces popolorum uno die suam pacem amicitiamque pe
 tentes uenisse.

2 Vtrumque in hospitium inuitat, et quoniam fors eos sub un
 tecto esse atque ad cosdem penates uoluisset, contrahere i
 conloquium dirimendarum simultatium causa est conatus
 3 Scipione abnuente aut priuatim sibi ullum cum Poen

12 adiuuante ΠΝ.αλδ.: iuuante *SpθFrob.2* 13 portum ΠΝ
 Sigae portum *Wesenberg ex Plin. 5. 19, nimis docte* 14 cor
 spectae Ν⁴θαλδ.*Frob.1.2*: consecuae (-sēc- ?P²) π: confecte *D*: con
 sequae *C²A*: consente *N* haud cuiquam *A⁷ uel A⁸Ν⁴θ Edd*
 hunc cuiquam *P*: hunc (hanc *D*) quam Π²*N* 15 aramaque] ΠΝθ,
 27. 21. 1 *adn.* 15 uela *ANθ Edd.*: ue π: *del. C^x* acriori Π
 (accr-), cf. 27. 18. 14 *adn.*: acriore *A⁷ uel A⁶θ* 16 tumultum Π
Edd.: tumulatum *Sp* ciere *P^x*: clere π(*C?*): de re *D*: dare *B*
 clere ciere *N*: clare ciere *N⁴*: edere *M⁵αλδ.*, *non male*: aegere *S¹*
 agere *A⁷θ Rhen. Frob.2* in terram prior Πθ: in terra prior *S¹*
 prior in terram *AN* αλδ. (*et in Frob.2 retent.*), cf. 29. 3. 10 *adn.*
 18 2 et ΠΝ.αλδ.*Frob.1.2*: om. *Spθ*, cf. 27. 39. 12 *adn.* in Σ
N⁴ ut s. l. θFrob.2: ad ΠΝ.αλδ. simultatum π¹*C¹N*, cf. c. 16. 16
 simultatum *CA⁷αλδ.Frob.1.2*

odium esse quod conloquendo finiret, aut de re publica quicquam se cum hoste agere iniussu senatus posse. Illud 4 magno opere tendente rege, ne alter hospitum exclusus mensa uideretur, ut in animum induceret ad easdem uenire epulas haud abnuit, cenatumque simul apud regem est; eodem etiam lecto Scipio atque Hasdrubal quia ita cordi 5 erat regi accubuerunt. Tanta autem inerat comitas Sci- 6 pioni atque ad omnia naturalis ingenii dexteritas ut non Syphacem modo, barbarum insuetumque moribus Romanis, sed hostem etiam infestissimum facunde adloquendo sibi conciliarit. Mirabiliorem sibi eum congresso coram uisum 7 orae se ferebat quam bello rebus gestis, nec dubitare quin 8 Syphax regnumque eius iam in Romanorum essent potestate; iam artem illi uiro ad conciliandos animos esse. itaque non 9 iuuo modo Hispaniae amissae sint quaerendum magis Carthaginiensibus esse quam quo modo Africam retineant ogitandum. non peregrinabundum neque circa amoenas 10 uagantem tantum ducem Romanum, relicta prouincia ouae dicionis relictis exercitibus, duabus nauibus in Africam traiecssisse et commisisse sese in hostilem terram,

3 quicquam se πM^2 uel $M^7\alpha ld.$: quicquid se MB : se quicquam πN (sed hi se cum h. ag. q.) $\theta Frob.2$; fort. se *ut glossema deuidum*, cf. 27. 34. 3 adn. et (de structura sine se) 26. 48. 13 adn., sed fatemur *cum pronominis bene hic in P electum esse* 4 easdem C^4A^8 uel $\pi N^4\theta$: aedem πR^2N : eadem R 5 ante eodem add. et ΠN $ld.$: *recte ignorant* $Sp\theta Frob.2$, cf. 26. 33. 3 adn. (aliter c. 12 8), et de *insiticio* cf. 27. 4. 12 adn. 6 inerat π^xN : inerat PRM ingenii dexteritas A^7 in marg. et $A^6\theta$: ingenio (-ii CB^2AN) exteritas err- C) ΠN . De O pro D cf. c. 1. 5 et 27. 20. 3 adn. conliariit $Sp\theta Frob.2$: conciliaret (-re D) $\pi N\theta ald.$, cf. 27. 34. 4 adn. 7 Mirabiliorem $Sp\theta$: mirabilioremque $\Pi N Edd.$; desideratur *lique nominatiuus* Hasdrubal, *difficultatemque fort.* auget particula ue; cf. 26. 11. 12 adn. (a) et § 5 supra post eum add. uirum $\Pi N. ald.$: *ignorant* $Sp\theta Frob.2$, melius, nam sic hoc nomen ad § 8 (uiro) seruatur 8 iam $\Pi N. ald.$: om. $Sp\theta Frob.2$, cf. § 2 et 27. 39. 12 ln. essent ΠN : esset $\theta ald. Frob.1.2$ 9 Hispaniae πel -ie) amissae (misce R : amisisse N^1 (-ssi N)) sint (sunt N) πR^3N^4 $d. Frob.1.2$: hispania amissa sit θ : hispaniae amissae reciperae nt *Wachendorf* 10 nauibus $C^4N^4\theta$: om. ΠN et commisse A^8N^4 (sed post terram, et et omisso) θ (commissis J) $Edd.$: om. ΠN ed traieccisset ut uid. N : -sse N^1)

in potestatem regiam, in fidem inexpertam, sed potiundae
 11 Africæ spem adfectantem. hoc eum iam pridem uolutare in
 animo, hoc palam fremere quod non quemadmodum Hanni-
 12 bal in Italia sic Scipio in Africa bellum gereret. Scipio,
 foedere icto cum Syphace, profectus ex Africa dubiusque
 et plerumque saeuis in alto iactatus uentis die quarto
 Nouae Carthaginis portum tenuit.

19 Hispaniae sicut a bello Punico quietae erant, ita quasdam
 civitates propter conscientiam culpae metu magis quam fide-
 quietas esse apparebat, quarum maxime insignes et magni-
 2 tudine et noxa Iliturgi et Castulo erant. Castulo, cum
 prosperis rebus socii fuissent, post caesos cum exercitibus
 Scipiones defecerat ad Poenos : Iliturgitani prodendis qu-
 ex illa clade ad eos perfugerant interficiendisque scelu-
 3 etiam defectioni addiderant. In eos populos primo aduentu
 cum dubiae Hispaniae essent merito magis quam utilite
 4 saeuitum foret : tunc iam tranquillis rebus quia tempus ex-
 petendae poenae uidebatur uenisse, accitum ab Tarracone
 L. Marcium cum tertia parte copiarum ad Castulonem
 oppugnandum mittit, ipse cum cetero exercitu quintis fer-
 5 ad Iliturgin castris peruenit. Clausae erant portae omnia
 que instructa et parata ad oppugnationem arcendam ; ade-
 conscientia quid se meritos scirent pro indicto eis bell-
 6 fuerat. Hinc et hortari milites Scipio orsus est : ipse

10 in potestatem *A⁸N⁴* (*hic post regiam*) θαλδ. *Frob. 1.2* : om. Πι
quo omissa infidam pro in fidem frustra temptauit Gron. spe
 adfectantem (*uel aff-*) ΠΝθαλδ. *Frob. 1.2* : spe adsectantem *Sp*

19 1 a ΠΝ.θαλδ. *Frob. 1.2* : om. θ quietae *CAN⁴* ut s. l. t.
quieta πN : qui ητα *B* Iliturgi (-gis *M⁷A⁶*) Π(*A in ras.*) *NSpi*

Frob. 2 (*sed -ll- Sp?Frob. 2*) : illiturgum *ald.* *Praebent codd.* ili- in §§
 et 4 *infra* et sic e.g. in cc. 20. 9; 25. 6; 23. 49. 5 et 12; 24. 41. 8; 2
 17. 4 2 defecerat *Sp?θFrob. 2* : defecerant ΠΝ, cf. c. 6. 11 *ad*
 et 27. 17. 4 *adn.* scelus etiam defectioni (-nis *ANJ*) ΠΝθαλδ.

Frob. 1.2 : om. *SpVat*, cf. c. 2. 16 *adn.* 4 tunc iam ΠΝ *Edd*

tunicam *Sp* : tum iam θ*Rhen.* fere *VatJ* : ferre *P* : ferme Π²

ald. Frob. 1.2 : om. *K* Iliturgin π*A⁷* (liturgin *A*) *N*, sed -gim *P*

24. 41. 8; 26. 17. 4 : illiturgim *Frob. 2* (-gum *ald.*), cf. § 1 : iliturgia

(-ium *K*) *J*

claudendo portas indicasse Hispanos quid ut timerent
meriti essent. itaque multo infestioribus animis cum eis
quam cum Carthaginiensibus bellum gerendum esse ; quippe 7
cum illis prope sine ira de imperio et gloria certari, ab his
perfidia et crudelitatis et sceleris poenas expetendas. eue-
nisce tempus quo et nefandam commilitonum necem et in
semet ipsos, si eodem fuga delati forent, instructam fraudem
ulciscerentur, et in omne tempus graui documento sancirent
ne quis unquam Romanum ciuem militemque in ulla fortuna
opportunum iniuriae duceret.

Ab hac cohortatione ducis incitati scalas electis per mani- 9
pulos uiris diuidunt, partitoque exercitu ita ut parti alteri
Laelius praeesset legatus, duobus simul locis ancipiti terrore
urbem adgrediuntur. Non dux unus aut plures principes 10
oppidanos, sed suus ipsorum ex conscientia culpae metus
ad defendendam impigre urbem hortatur. Et meminerant 11
et admonebant alios supplicium ex se non uictoriam peti:
ibi quisque mortem oppeteret, id referre, utrum in pugna et
in acie, ubi Mars communis et uictum saepe erigeret et ad-

6 claudendo *C^xθFrob.2* : claudendos πSp , cf. 26. 40. 14 *adn.* : clau-
endis (*cum* portis) *AN.ald.Gron.* indicasse $\pi N\theta$: indicat se
esse *C⁴C* 7 sine ira *P⁴M²* et *M⁴A⁷N⁷Sp* *ut uid.* θ *ald.Frob.1.2* :
incira *PR* : sint cura *C¹* : sinc- (*sint-BD*)iram (*eram B²*) *R²MBD* :
ire iram *A* : *quid habuerit N incertum* 8 euenisce Π^2N , cf.
Plaut. Merc. 999 : seuenisse *P* : esse. uenisce *Sp?N⁴θFrob.2* : esse.
uenisse *ald.* : uenisce *N¹* in semet ipsos *P⁴θald.Frob.1.2* : in
emet in ipsos *PCR*, cf. 27. 44. 1 *adn.* : in semet et in ipsos *R²MBD*
4N si *P^x?ANθ* : sie *PMB* : sic *CR* : sic in *D*
raudem *N⁴θald.Frob.1.2* : tradem *P* : stragem π^2N (stag-) : strage *C*
cum instructa) et in (omne) *ΠN.ald.Frob.1.2* : et θ : ut in
uchs 1879, mero errore typogr. militemque *N⁴θ* (*sc. 'non solum*
ui ciuis R. est sed etiam qui miles R. est') : militemue *C^xald.Frob.1.2* :
militem uel *ΠN* 9 partitoque *N^xθ* : partito *ΠN.ald.Frob.1.2*,
f. 26. 11. 12 *adn.* (c) alteri *ΠNθ* : alteri ipse Scipio alteri *Alan*,
ere sed non necess. 10 suus *Sp?N⁴ ut s. l. θFrob.2* : suos π ,
f. 30. 36. 8 *adn.* : suo *AN* : sua *C³ald.* : suac *M⁷* ex *Sp?N⁴θ*
Frob.2 : om. *ΠN.ald.* 11 alias *ΠN.ald.Frob.1.2* : om. θ : alii
lios *Lov. 2 et 3 Siganus 'ex uet. lib.'*, non male quisque *C¹*
et *C²A⁶N²θEdd.* : quidque *ΠN*

12 fligeret uictorem, an postmodo cremata et diruta urbe, ante
 ora captarum coniugum liberorumque, inter uerbera et uin-
 13 cula, omnia foeda atque indigna passi exspirarent. Igitur
 non militaris modo aetas aut uiri tantum, sed feminae pueri-
 que super animi corporisque uires adsunt, pugnantibus
 14 tela ministrant, saxa in muros munientibus gerunt. Non
 libertas solum agebatur, quae uirorum fortium tantum
 pectora acuit, sed ultima omnibus supplicia et foeda mors
ob oculos erat. Accendebantur animi et certamine laboris ac
 15 periculi atque ipso inter se conspectu. Itaque tanto ardore
 certamen initum est ut domitor ille totius Hispaniae exerci-
 tus ab unius oppidi iuuentute saepe repulsus a muris haud
 16 satis decoro proelio trepidaret. Id ubi uidit Scipio, ueritus
 ne uanis tot conatibus suorum et hostibus cresceret animus
 et segnior miles fieret, sibimet conandum ac partem periculi
 capessendam esse ratus increpita ignauia militum ferri scalas
 iubet et se ipsum si ceteri cunctentur escensurum minatur.
 17 Iam subierat haud mediocri periculo moenia cum clamor
 undique ab sollicitis uicem imperatoris militibus sublatus,
 18 scalaeque multis simul partibus erigi coepitae; et ex altera
 parte Laelius instituit. Tum uicta oppidanorum uis deiectis-
 que propugnatoribus occupantur muri.

12 postmodo πθ : postmodum *AN.ald.Frob.1.2* *cremata A⁶N⁴*
 ut s. l. (cremata ?N^x)θald.Frob.1.2 : grebata *P?* : grabata *P²CR*:
 grauata *C²R²MBDAN* 13 super ΠNθ : supra *ald.Frob.1.2*,
 fort. recte, sed cf. (cum *Weissenb.*) *Quint. 11. 3. 169* pugnantibus
 ΠN : propugnantibus θald.Frob.1.2 (obp- N⁵) in ΠN.ald.:
 delet *Madv.*, sed cf. 37. 5. 1 14 libertas solum (-la θ) ΠNθald.
Frob.1.2 : liberata sola *Sp* omnibus θald.Frob.1.2 : omnium
 ΠN, fort. recte quamquam ambigue 15 trepidaret ΠN.ald.:
 trepidarit (-dant J) *SpθFrob.2*, sed depingitur *Imperfecto quod Per-*
fecto memoratur tantum (cf. 27. 34. 4 adn.) 16 tot *SpN⁴θFrob.*
 2 : om. ΠN.ald. (*praebent tot ante suorum Edd. ante ed. Par. 1513*)
 suorum et hostibus πA^v? : om. *SpVat*, cf. c. 2. 16 adn. : suo-
 rum hostium *ANθ* (sed s. conatibus h. θ, cf. 27. 37. 5 adn.): suorum
 hostibus *ald.Frob.1.2* ac *SpθFrob.2* : ad ΠN.ald., cf. c. 20. 6
 et se ΠN.ald. : se θFrob.2 escensurum *PCR* (asce- R¹
 MBDANθ), cf. 27. 5. 8 adn. 18 instituit. Tum *SpθFrob.2* : in-
 statum π : instat tum *P⁴ uel P⁵C⁴ANθald.* uis ΠNθald.Frob.1.2
 exercitui *Sp* (exercitu *Vat*, qui uicto pro uicta *praebet*) deiectisque
M¹DANθ(diie- π : die- R² uel R¹ : disie- B²)ald.Frob.1.2 : om. *Sp*

Arx etiam ab ea parte qua inexpugnabilis uidebatur inter tumultum capta est: transfugae Afri, qui tum inter 20 auxilia Romana erant, et oppidanis in ea tuenda unde periculum uidebatur uersis et Romanis subeuntibus qua adire poterant, conspexerunt editissimam urbis partem, quia rupe praealta tegebatur, neque opere ullo munitam et ab defensorebus uacuam. Leuum corporum homines et multa exer- 3 citatione pernicium, clauos secum ferreos portantes, qua per inaequaliter eminentia rupis poterant scandunt. Sicubi 4 nimis arduum et leue saxum occurrebat, clauos per modica interualla figentes cum uelut gradus fecissent, primi inse- quentes extrahentes manu, postremi subleuantes eos qui pae se irent, in summum euadunt. Inde decurrunt cum cla- 5 more in urbem iam captam ab Romanis. Tum uero appa- 6 ruit ab ira et ab odio urbem oppugnatam esse. Nemo capiendi uiuos, nemo patentibus ad direptionem omnibus praedae memor est; trucidant inermes iuxta atque armatos, feminas pariter ac uiros; usque ad infantium caedem ira crudelis peruenit. Ignem deinde tectis iniciunt ac diruunt 7 quae incendio absumi nequeunt; adeo uestigia quoque urbis extinguerent ac delere memoriam hostium sedis cordi est.

Castulonem inde Scipio exercitum dicit, quam urbem 8 non Hispani modo conuenae sed Punici etiam exercitus ex

18 qua P^x per ris. $M^1AN.ald.$: quac $\pi R^2Sp\theta Frob.2$, uix recte: que R : q D : q^u D^c

20 i ea tuenda $CRMBDAN\theta$: eatatuenda P : etuenda (uel fort. et uenda) P^2 : ea tutanda $Drak.$ (adn.) subeuntibus $DSp?A^7\theta$ $Frob.2$: subeuntibus s. c. tr. πN : subeuntibus scalis moenia ald. (dett. illi alia): subeuntibus contra *Alschesfski*, optimie, sed fort. plura desunt

qua P^1A^7 uel $A^8\theta ald.Frob.1.2$: quam ΠN , cf. 26. 40. 11 adn.

2 partem $CR^2MBDAN\theta$: partis PR quia $Sp?Frob.2$:

uae ΠN (que $RN\theta ald.$, fort. recte) praealta $\pi\ell ald.Frob.1.2$:

Ita AN 4 insequentes (uel -tis uel -teis, et -tis quidem rectissime

ed u. Praef. § 30) $Sp?N^4\theta Frob.2$: sequentis $\Pi N.ald.$ (-tes $N.ald.$)

prae se irent $Sp?N^4\theta Frob.2$: praeirent $\Pi N.ald.$ 6 est

$\Pi N\theta ald.Frob.1.2$: om. $Sp?$ (an *Rhen.*?), non male trucidant

$A^8\theta ald.Frob.1.2$: trucidanti PM : trucidati π^2N ac (uiros) C^3

$\Pi N\theta$: ad π . cf. c. 19. 16 8 conuenae $\pi A^x\theta$: conuenerant AN

ex $\Pi N.ald.$: et $Sp\theta$: e $Frob.2$, quod malim

9 dissipata passim fuga reliquiae tutabantur. Sed aduentum
 Scipionis praeuenerat fama cladis Iliturgitanorum terrorque
 10 inde ac desperatio inuaserat ; et in diuersis causis cum sibi
 quisque consultum sine alterius respectu uellet, primo tacita
 suspicio, deinde aperta discordia secessionem inter Cartha-
 11 ginienses atque Hispanos fecit. His Cerdubelus propalam
 deditiois auctor, Himilco Punicis auxiliaribus praeerat ;
 quos urbemque clam fide accepta Cerdubelus Romano
 12 prodit. Mitior ea uictoria fuit ; nec tantundem noxae ad-
 missum erat et aliquantum irae lenierat uoluntaria deditio.

21 Marcius inde in barbaros si qui nondum perdomiti erant
 sub ius dicionemque redigendos missus. Scipio Carthaginem
 ad uota soluenda dis munusque gladiatorium, quod
 mortis causa patris patruique parauerat, edendum rediit.
 2 Gladiatorum spectaculum fuit non ex eo genere hominum
 ex quo lanistis comparare mos est, seruorum de catastā ac
 liberorum qui uenalem sanguinem habent : uoluntaria omnis
 3 et gratuita opera pugnantium fuit. Nam alii missi ab regulis
 sunt ad specimen insitae genti uirtutis ostendendum,
 4 alii ipsi professi se pugnaturos in gratiam ducis, alios aemula-
 tio et certamen ut prouocarent prouocatique haud abnue-
 5 rent traxit ; quidam quas disceptando controuersias finire
 nequierant aut noluerant, pacto inter se ut uictorem res-

9 cladis Π² uel Π¹Nθ : clas *P*, cf. 27. 1. 11 adn. inde *Sp?*
Frob.2 : deinde ΠN.ald. (*sc. cx § 10*), cf. 27. 32. 4 adn.

21 1 Marcius (*uel -ti-*) inde (deinde θ) in (ad θ) *PCR²(om. in R)Bt*
ald.Frob.1.2 : inde marcius in N⁴ (*nisi marcius ut s. l. pro inde ponebat*) : marcius dein *Sp* : inde in *MDAN* dis, cf. c. 28. 11 adn.
 deis *PC* : diis *R²MB²ANθ* : *om. R* : dus *B* gladiatorium πΝ¹
ald.Frob.1.2 (-orum *SpDN¹* ex sq.) 2 Gladiatorium πΝ¹
 (-orium *CDθald.Frob.1.2*) de catastā ac (*sed aut Vrs.* : ac *Madv.*
 liberorum *Vrsinus, luculenter* : de causa ac liberorum (libert- *J*
 libertin- *K*) *SpN⁴θ* : delectu ac libertorum *ald.Frob.1.2* : ac liberorum
Weissenb. : *om. ΠN* (*sc. linea xx litt. perdita, cf. 26. 51. 8 adn.*) quo:
 sequitur *Gron.*, quieu *pro qui* (*ΠNSp*) *legendo* 3 specimen
A⁶N⁴ fort. ab N⁶ rescriptus θ Edd. : speciem *ΠN* 4 prouoca-
 tique *Sp?θFrob.2* : prouocatiue (-ue *B*) *ΠN.ald.* 5 quidam *PC*
Edd. : quidem *RMBDAN* : *om. θ* aut *CxA¹ uel A⁶N¹θ* : *ean*
PC : ea ut *RMBDAN* pacto *ΠNSp?θFrob.2* : pacti *ald.* (*quo*
seq. Madv. frustra)

sequeretur, ferro decreuerunt. Neque obscuri generis ho- 6
 mines sed clari inlustresque, Corbis et Orsua, patruelles
 fratres, de principatu ciuitatis quam Ibem uocabant ambi-
 gentes ferro se certaturos professi sunt. Corbis maior erat 7
 aetate: Orsuae pater princeps proxime fuerat a fratre maiore
 post mortem eius principatu accepto. Cum uerbis discep- 8
 tare Scipio uellet ac sedare iras, negatum id ambo dicere
 cognatis communibus, nec alium deorum hominumue quam
 Martem se iudicem habituros esse. Robore maior, minor 9
 flore aetatis ferox, mortem in certamine quam ut alter
 alterius imperio subiceretur praeoptantes cum dirimi ab
 tanta rabie nequirent, insigne spectaculum exercitui prae-
 buere documentumque quantum cupiditas imperii malum
 inter mortales esset. Maior usu armorum et astu facile 10
 stolidas uires minoris superauit. Huic gladiatorum specta-
 culo ludi funebres additi pro copia prouinciali et castrensi
 apparatu.

Res interim nihilo minus ab legatis gerebantur. Marcius 22
 superato Baete amni, quem incolae Certim appellant, duas
 opulentas ciuitates sine certamine in ditionem accepit.
 Astapa urbs erat Carthaginiensium semper partis; neque id 2
 iam dignum ira erat quam extra necessitates belli

6 Ibem *N¹J.ald.Frob.1.2*, cf. (*cum Weissenb.*) *Eckhart nm.* p. 405:
 iben *K*: ibam *A⁶*: idem ΠN ambigentes *AN¹θ* (abig- ΠN)

7 aetate] *hic ΠN Edd.*: ante erat θ , cf. 27. 37. 5 adn.

cognatis communibus $\pi\theta$: communibus cognatis *AN(ubi cognatis*
ost dicere *primo inscruit N⁴ dein deleuit) ald.Frob.1.2*, cf. 29. 3. 10 adn.

9 subiceretur (*uel subiic-*) *Sp?θFrob.2*: subigeretur $\Pi N.ald.$
 cum *M³?ANθald.*: eum π : quod *Sp?N⁴ ut s. l. Frob.2*

abie *P²M² uel M¹ANSp ut uid. θ Edd.* (*sed ab t. r. dirimi Sp ut uid.*
ld.Frob.1.2): rabis π : om. *C (spatio relicto)* exercitui *C^xM¹A*

θ: exercitum π (-tu *?P² et sic N*) 10 astu $\pi A⁷?N¹θ$: actu
IN prouinciali *Duker*: et prouinciali $\Pi N\theta$

22 1 Certim (-ti *P*) ΠN : cirten *N⁶*: cyren θ : cirtim *ald.*: cirtium
rob.2 ditionem *C¹(uix C²)M¹A⁷N uel N¹Sp?* : ditione Π

?, cf. 26. 41. 12 adn. accepit $\Pi N\theta$ *ald.*: accipit *Sp?Frob.2*, cf.
 1. 5. 9 adn.

2 erat (*Carthag-*) *N⁴ ab N⁶ rescriptus θald.Frob.*
 2: om. ΠN extra $\Pi N\theta$ *Edd.*: om. *Sp Vat*, cf. § 12; 27. 39. 12
 inn. necessitates $\Pi N\theta$: necessitatibus *Sp*

3 praecipuum in Romanos gerebant odium. Nec urbem aut
 situ aut munimento tutam habebant quae ferociores iis
 animos faceret ; sed ingenia incolarum latrocinio laeta ut
 excursiones in finitimum agrum sociorum populi Romani
 facerent impulerant et uagos milites Romanos lixasque et
 4 mercatores exciperent. Magnum etiam comitatum, quia
 paucis parum tutum fuerat, transgredientem fines positis
 5 insidiis circumuentum iniquo loco interfecerant. Ad hanc
 urbem oppugnandam cum admotus exercitus esset, oppidani
 conscientia scelerum, quia nec deditio tuta ad tam infestos
 uidebatur neque spes moenibus aut armis tuendae salutis
 erat, facinus in se ac suos foedum ac ferum conciscunt.
 6 Locum in foro destinant quo pretiosissima rerum suarum
 congererent. Super eum cumulum coniuges ac liberos
 1 considere cum iussissent, ligna circa exstruunt fascesque
 7 uirgultorum coniciunt. Quinquaginta deinde armatis iuue-
 nibus praecipiunt ut, donec incertus euentus pugnae esset,
 praesidium eo loco fortunarum suarum corporumque quae
 8 cariora fortunis essent seruarent ; si rem inclinatam uiderent
 atque in eo iam esse ut urbs caperetur, scirent omnes quos
 eentes in proelium cernerent mortem in ipsa pugna obituros ;
 9 illos se per deos superos inferosque orare ut memores
 libertatis, quae illo die aut morte honesta aut seruitute in-
 fami finienda esset, nihil relinquenter in quod saeuire iratus
 10 hostis posset ; ferrum ignemque in manibus esse ; amicae
 ac fideles potius ea quae peritura forent absumerent manus
 11 quam insultarent superbo ludibrio hostes. His adhorta-

3 et mercatores $\Pi N.ald.$: aut mercatores $Sp? \theta Frob.2$ (*num ut gloss.*
secludendum?) 4 interfecerant $Sp? Frob.2$ (-runt $\Pi N\theta ald.$, cf.
 27. 6. 2 *adn.*) 5 urbem $\Pi N.ald.Frob.1.2$: *om. θ* 6 sua-
 rum $\Pi N.ald.Frob.1.2$: *om. θ* congererent $\Pi N.ald.Frob.1.2$:
 congregarent θ cumulum $\pi R^2 N Frob.2$: tumulum $N^5 \theta ald.$:
 columulum *ut uid. R* exstruunt $A^6? N^4 uel N^2 \theta$ *Edd.* : exstrui
 (*uel ext-*) ΠN 7 incertus ΠN : certus θ 9 infami
 $N^4 ab N^6 rescriptus \theta$ *Edd.* : in π (*sed in fienda C*): *om. P^4 M^2 AN*
 in (*quod*) $CM^1 A^6 \theta$: *id πN* 10 forent $VatJ Frob.2$: fuerant K :
 essent $\Pi N.ald.$

tionibus exsecratio dira adiecta si quem a proposito spes mollitiae animi flexisset.

Inde concitato agmine patentibus portis ingenti cum tumultu erumpunt; neque erat ulla satis firma statio opposita, quia nihil minus quam ut egredi moenibus auderent imeri poterat. Per paucae equitum turmae leuisque armatura repente e castris ad id ipsum emissa occurrit. Acrior impetu atque animis quam compositior ordine ullo pugnauit. Itaque pulsus eques qui primus se hosti obtulerat errorem intulit leui armaturae; pugnatumque sub ipso iallo foret, ni robur legionum per exiguo ad instruendum dato emporie aciem direxisset. Ibi quoque trepidatum parumper circa signa est cum cacci furore in uolnera ac ferrum uecordiudacia ruerent; dein uetus miles, aduersus temerarios impetus pertinax, caede primorum insequentes suppressit. Conatus paulo post ultiro inferre pedem, ut neminem cedere tque obstinatos mori in uestigio quemque suo uidit, patefacta acie, quod ut facere posset multitudo armatorum facile uppeditabat, cornua hostium amplexus, in orbem pugnantes d unum omnes occidit.

11 exsecratio (uel exec-) $C^x M^1 (an M^3?) A^6 N^4 \theta$: exercratio P (ubi imen -r- haec ex parte erasa est et -i- (non -it-) substituta, necnon prior la -r- pleniore calamo et extra lineam scripta): exercitatio CRMBDA cum θ Edd.: om. ΠN (sc. ante tum- perditum) 12 firma N.ald.Frob.1.2: om. SpVat θ , cf. § 2 adn. ut $\Pi N \theta$: ne duce Weissenbornio Madv. ex 3. 3. 2, fort. recte, sed cf. Hor. Sat. 1. 3. 120, et ota verborum ordinem egredi CA^7 uel $A^6 \theta$ ald.Frob.1.2: egredi osset (posse M^1) πN : egredi hostes Iac. Gron., quod probat Johnson: gredi obsessi Weissenb. auderent $CM^1 AN \theta$: audirent π poterat $C^x M^1 N^4 \theta$: poterant ΠN , cf. 27. 17. 4 adn. ad id ipsum N.ald.Frob.1.2: ad ipsum θ : ad id Rhen.? 13 ordine ullo JFrob.2: lo ordine $\Pi N K.ald.$ (cf. c. 2. 15 adn.) primus $\Pi N \theta$ ald.: primum p θ Frob.2 direxisset RMBDAN θ : derexisset PC, sed cf. 27. 48. adn. 14 uetus $M^1 (an M^3?) A^7 N^4 \theta$: uectis $\pi B^1 N$: uectus $CM^1 B^2$: ctis B post caede (P fol. 368 u. b. l. 25) sequuntur in ΠN uoces inscribitis (uel -ptis) missisque (c. 37. 9) . . . usque ad (P fol. 385 u. a. 8) omni imperio (29. 1. 24), inde post imperio sequuntur huius loci uces primorum insequentis . . . usque ad (P fol. 402 r. b. l. 2) auxilium inde (c. 37. 9): error notatus est ab $P^4 M^9 A^v?$ et $A^7 N^1$ uel N^x on N^4): rectum praebent ord. θ ald.Frob.1.2 et praebuit ut uid. Sp

23 Atque haec tamen hostium iratorum *<in morem>* ac tum maxime dimicantium iure belli in armatos repugnantes-
 2 que edebantur: foedior alia in urbe trucidatio erat cum turbam seminarum puerorumque imbellem inermem ciues sui caederent et in succensum rogum semianima pleraque inicerent corpora riuique sanguinis flammam orientem restinguerent: postremo ipsi caede miseranda suorum
 3 fatigati cum armis medio incendio se iniecerunt. Iam caedi perpetratae uictores Romani superuenerunt. Ac primo conspectu tam foedae rei mirabundi parumper obsti-
 4 puerunt; dein cum aurum argentumque cumulo rerum aliarum interfulgens auditate ingenii humani rapere ex igni uellent, correpti alii flamma sunt, alii ambusti adflatu uaporis, cum receptus primis urgente ab tergo ingenti turba
 5 non esset. Ita Astapa sine praeda militum ferro ignique absumpta est. Marcius ceteris eius regionis metu in dedicationem acceptis uictorem exercitum Carthaginem ad Scipionem reduxit.

6 Per eos ipsos dies perfugae a Gadibus uenerunt pollicentes urbem Punicumque praesidium quod in ea urbe

23 i in morem Johnson, duce Rossbachio: furore H. J. Mueller: ignorant $\Pi N\theta ald$. Frob. 1. 2, sequente Drak., sed durius; ad locum emendandum (a) post dimicantium add. uis et impetus Weissensb. (cum edebant), odium Madv. 1886 (cum edebat) (b) post tamen add. caedes ab impetu (uel odio) M. Mueller (cum edebatur) duce Zingerlio qui caedes edebatur *infra*: alia alii iure belli in armatos repugnantesque (uel -tisq.) $A^7N^4\theta ald$. Frob. 1. 2: pugnantisque (-tesque N) ΠN (xx litteris omissis, cf. 26. 51. 8 adn.) unde pugna uisque coniecit Gron. (cum edebat) edebantur $M^1A^7N^4ald$. Frob. 1. 2: edebatur θ : edebā P : edebam CRM**D**: edebant C^2AN (*et u. supra*) 2 inermem $Sp\theta Frob. 2$: inermemque $\Pi N. ald.$, fort. recte, sed cf. 27. 16. 6 adn. semianima $CA^7N\theta ald$. Frob. 1. 2: semianimi π : semia nimia A 3 caedi $PC^xM^1\theta$: caedis Π^2N (*ced-*) foedae rei $N^4\theta$ Edd.: foederi P (cf. 27. 1. 11 adn.): foede π^2D^xN : fede (-do C^2) $CD\Delta$ obstipuerunt (uel ops-) πN (-stup- $BDA^7\theta$) 4 inter fulgens $N^4 ut s. l. \theta$ Edd.: interfluens ΠN igni PCR: igne R $MBDAN\theta$ flamma (-ama K) sunt $\Pi N^4\theta$ Edd.: flamma $Sp u. uid.$ ab tergo ingenti $Sp?N^4Frob. 2$: ingenti $\theta ald.$: om. Π (*sc. ob -gente | -genti, cf. § 8*) 6 urbe $\Pi N. ald.$: om. $Sp?\theta Frob. 2$, fort. recte

esset et imperatorem praesidii cum classe prodituros. Mago 7 ibi ex fuga substiterat, nauibusque in Oceano conlectis aliquantum auxiliorum et trans fretum ex Africa ora et ex proximis Hispaniae locis per Hannonem praefectum coegerat. Fide accepta dataque perfugis, et Marcius eo cum 8 expeditis cohortibus et Laelius cum septem triremibus quinqueremi una est missus ut terra marique communi consilio rem gererent.

Scipio ipse graui morbo implicitus, grauiore tamen fama 24 cum ad id quisque quod audierat insita hominibus libidine alendi de industria rumores adiceret aliquid, prouinciam omnem ac maxime longinqua eius turbauit; apparuitque 2 quantam excitatura molem uera fuisset clades cum uanus rumor tantas procellas exciuisset. Non socii in fide, non exercitus in officio mansit. Mandonius et Indibilis, quibus 3 quia regnum sibi Hispaniae pulsis inde Carthaginiensibus destinarant animis nihil pro spe contigerat, concitatis 4 popularibus—Lacetani autem erant—et iuuentute Celtiberorum excita agrum Suessetanum Sedetanumque sociorum populi Romani hostiliter depopulati sunt.

Ciuilis alias furor in castris ad Sucronem ortus; octo 5 ibi milia militum erant, praesidium gentibus quae cis Hiberum incolunt impositum. Motae autem eorum mentes 6

6 prodituros θ: add. esse ΠΝEdd., sed u. 27. 38. 5 adn. 7 ex Africa (africæ P⁴) ora ΠΝ.ald.Frob.1.2: africæ ore (ope Sp) Spθ 8 perfugis P⁴M¹ uel M²ANθ: periugis π Marcius ΠΝθ: marcus P¹ expeditis . . . Laelius cum A⁷N⁴(om. cum)θald.Frob.1.2: om. ΠΝ haud amplius xxxi litt. ob cum | cum deperditis, cf. §§ 1 et 4 et 26. 51. 8 adn.

24 1 audierat P^xCA⁵N⁴θ: auditerat (autt- R²) PR: aut terra M: aut erat BDAN¹: aut erarat N hominibus N⁴θ Edd.: hominum ΠΝ, forte recte 3 pro spe πR²K: pros pe R: prope M: prospere ANJ contigerat ΠΝ Edd.: contingebat θ 4 Lacctani N⁴θ, cf. 21. 23. 2 et 21. 60. 3 adnn.: lacelani π: laceni AN autem erant ΠΝθ: autem erant et llergetes Heusinger, duce Crevierio (Ill.), optime (cf. cc. 27. 5 et 34. 4), sed fort. uix necess. cum in c. 26. 7 soli Lacctani nominentur. Cf. etiam 22. 21. 2; 26. 49. 11; Polyb. 10. 18. 7 excita RMBDANθ: exseita PC uel C¹ (-tu C²) Suessetanum] sic P e.g. in 25. 34. 6: suesit (-ssit R) annum (-anum PCAθ: antium N: antiorum ?N^x)ΠΝθ 6 autem eorum DθFrob.2: eorum autem πN.ald.: malim ipse autem secludere, cf. 27. 34. 3 adn.

sunt non tum primum cum de uita imperatoris rumores dubii allati sunt, sed iam ante licentia ex diutino, ut fit, otio conlecta, et non nihil quod in hostico laxius rapto suetis 7 uiuere artiores in pace res erant. Ac primo sermones tantum occulti serebantur: si bellum in prouincia esset, quid sese inter pacatos facere? si debellatum iam et confecta pro- 8 uincia esset, cur in Italiam non reuehi? Flagitatum quoque stipendum procacius quam ex more et modestia mili- tari erat, et ab custodibus probra in circumeuntes uigilias tribunos iacta, et noctu quidam praedatum in agrum circa pacatum ierant; postremo interdiu ac propalam sine com- 9 meatu ab signis abibant. Omnia libidine ac licentia militum nihil instituto aut disciplina militiae aut imperio eorum qu- 10 praeerant gerebatur. Forma tamen Romanorum castrorum constabat una ea spe quod tribunos ex contagione furori haud expertes seditionis defectionisque rati fore, et iura reddere in principiis sinebant et signum ab eis petebant e- 11 in stationes ac uigilias ordine ibant; et ut uim imperii abstulerant, ita speciem dicto parentium ultiro sibi ipsi im- perantes seruabant.

12 Erupit deinde seditio, postquam reprehendere atque im-

6 primum cum ΠN : cum primum $\theta ald.$ Frob. 1. 2 rumores
hic A⁷ uel A⁶: post dubii $C^4N^4\theta ald.$ Frob. 1. 2: om. ΠN 7 prim
 sermones $M^7A^1N^4\theta$ Edd.: primones P (cf. 27. 1. 11 adn.) et P^4
 primores (uel primo res) Π^2N : rumores C^4 8 ierant CM^1B^2A
 θ Edd.: erant πN 9 aut disciplina $N^4ald.$: ac disciplina $\theta Frob.$
 2, fort. recte, cf. Cic. De Or. 1. 247 'non minis et ui ac metu': aut dis-
 crimina (-ne $C^xM^1?$) ΠN 10 forma πA^7N^4 ut s. l. θ Edd.
 fortuna AN spe quod $\Pi N\theta$ (sed una spe quod K) $ald.$ Frob. 1. 2: 1
 quod Weissenb., optime (cf. de errore 27. 15. 3): specie quod Freinsheim
 (cf. 27. 8. 14 adn.). Defendi potest lectio codd., si quod cum participi-
 rati iunxit Liuius quasi scripsisset quod rati sunt adeo ut sinerent: for-
 malis aut (quo ipse inclinor) quod in qua mutare aut Weissenborn
 obtemperare et (iura) $A^7N^4ald.$ Frob. 1. 2: ut ΠN : sed θ
 signum π (om. et sig. . . . petebant D) $N\theta$: om. Sp (cf. 27. 39. 12 adn)
 stations $Sp\theta ald.$ Frob. 1. 2: stationem ΠN , cf. 27. 40. 7 ad-
 ordine $Sp\theta Frob. 2$: in ordinem $\Pi N. ald.$, uix recte: in orbe
 $Madv. Em. p. 408$ 11 sibi ipsi scripsimus: ipsi C^x (*an sibi uoluit?*) Π
 ut s. l. $\theta ald.$ Frob. 1. 2: si im P : si $\Pi^2(C?)N$: sibi M^1A^5 : sibimet *Gro-*

probare tribunos ea quae fierent et conari obuiam ire et propalam abnuere furoris eorum se futuros socios senserunt. Fugatis itaque ex principiis ac post paulo e castris tribunis 13 ad principes seditionis gregarios milites C. Albium Calenum et C. Atrium Vmbrum delatum omnium consensu imperium est; qui nequaquam tribuniciis contenti ornamentis, insignia 14 etiam summi imperii, fasces securesque, attractare ausi; neque eis uenit in mentem suis tergis suis ceruicibus uirgas illas securesque imminere quas ad metum aliorum preeferrent. Mors Scipionis falso credita occaecabat animos, sub 15 cuius uolgatam iam famam non dubitabant totam Hispaniam arsuram bello: in eo tumultu et sociis pecunias imperari et 16 diripi propinquas urbes posse; et turbatis rebus cum omnia omnes auderent minus insignia fore quae ipsi fecissent. Cum aliqui subinde recentes nuntios non mortis modo sed 25 etiam funeris exspectarent, neque superueniret quisquam euanesceretque temere ortus rumor, tum primi auctores requiri coepti; et subtrahente se quoque ut credidisse potius 2 temere quam finxisse rem talem uideri posset, destituti duces iam sua ipsi insignia et pro uana imagine imperii quod gererent ueram iustumque mox in se uersuram potestatem horrebat. Stupente ita seditione cum uiuere primo, 3

12 fierent $\Pi N \theta$ Edd.: fieri N^4 13 ex (princ.) ald. Frob. 1.2
 $(de e castris cf. c. 2. 5)$: et K : et J : om. ΠN Vmbrum $C^4 Sp?$
 $A^7 \theta$ Frob. 2 (-brium ald.): brum ΠN 14 imperii (inp- $P^2 CR$) Π^2
 $N \theta$: peri P neque eis (uel iis uel hiis) $N^4 \theta$ ald. Frob. 1.2: nequem
 ΠN , cf. 27. 40. 7 adn.: neque M^1 , probante $Madv.$, sed horum homi-
num caecitatem depingit *Liuius* suis (ceru.) $Sp?$ Frob. 2: suisque Π
 $N \theta$ ald., sed anaphoram commendat loci color; cf. utique 26. 11. 12 adn. (a)

15 iam $N^4 \theta$ ald. Frob. 1.2: mox ΠN , fort. recte, et sic malit
Johnson (iam ex -tam duplicitate ortum esse ratus) 16 diripi
 $A^7 N^4$ ut s. l. θ Edd.: diri P , cf. 27. 1. 11 adn. (et in § 14 sive P
Sp? securesque): adiri $\Pi^2 N$, cf. c. 8. 4 adn.

25 2 subtrahente se (-tes e RB) PRMB¹D: subtrahentes se (om.
e N) CAN¹θ ald.: subtrantesse Sp , unde subirascentes *Rhen.* Frob. 2
posset πN : possent CSp ut uid. θ ald. Frob. 1.2 quod ΠN
Edd.: qui id θ : uerius fuisset quam, sed cf. e.g. 1. 1. 4 maiora rerum
nitia (*u. etiam* 1. 9. 13; 8. 7. 18; 9. 45. 5) 3 Stupente Π : stu-
uenti θ : stupebant N : stupebati N^1 (seditioni N^1 ut s. l. θ)

mox etiam ualere Scipionem certi auctores adferrent, tribuni
 4 militum septem ab ipso Scipione missi superuenerunt. Ad
 quorum primum aduentum exasperati animi: mox ipsis
 placido sermone permulcentibus notos cum quibus con-
 5 gressi erant, leniti sunt. Circumeuntes enim tentoria
 primo, deinde in principiis praetorioque ubi sermones inter
 se serentium circulos uidissent adloquebantur, percontantes
 magis quae causa irae consternationisque subitae foret quam
 6 factum accusantes. Volgo stipendum non datum ad diem
 iactabatur, et cum eodem tempore quo scelus Iliturgi-
 tanum exstitisset post duorum imperatorum duorumque
 exercituum stragem sua uirtute defensum nomen Romanum
 ac retenta prouincia esset, Iliturgitanos poenam noxae
 meritam habere, suis recte factis gratiam qui exsoluat non
 7 esse. Talia querentes aequa orare seque ea relatuos ad
 imperatorem respondebant; laetari quod nihil tristius nec
 insanabilius esset; et P. Scipionem deum benignitate et
 rem publicam esse gratiae referenda.

8 Scipionem, bellis adsuetum, ad seditionum procellas
 rudem, sollicitum habebat res ne aut exercitus peccando
 9 aut ipse puniendo modum excederet. In praesentia, ut
 coepisset, leniter agi placuit et missis circa stipendiarias

3 ab ipso Scipione missi superuenerunt *Sp?θFrob.2*: qui ab ipso
 Scipione sunt π , et sic *AN* sed sunt missi (*del. qui N^x*): qui ab ipso
 Scipione sunt missi superuenerunt (-ere *N⁴*) *N⁴ald.*, *fort. recte*
 5 enim *C⁴A^xθ*: eum ΠN praetorioque *A⁷N⁴θald.Frob.1.2*: praet-
 torio ΠN , cf. 26. 11. 12 *adn. (c)* percontantes *K*, cf. 27. 43. 5 *adn.*
 (-cunct- ΠNJ) 6 Iliturgitanum *Sp?θFrob.2* (*hic ill-*): iliturgi-
 tanorum $\Pi N.ald.$, (*ill-*) duorum imperatorum $\Pi N\theta$ *Edd. : om.*
Sp (*cf. c. 2. 16 adn.*), *u. c. 28. 9 adn.* (*et fort. c. 9. 13*) gratiam
 (*uel -ā*) π^4 : gratia *PRBD* 7 querentes (*sed -tis*) *CM¹AN* (-ti-
 sequa *AN*): quaerentis (-tes *B²K*) *PRMBK*: querenti *D*: querenti-
 bus *Riemann* (*cf. de -is et -ib. 27. 2. 8 adn.*) deum *A⁷N⁴ ut s. I. θ*:
 reum *P*: rerum *CRMBDAN* benignitate *CB²DANθ*: benig-
 nite *PR(bgn-)MB* rem publicam *A⁷K.ald.Frob.1.2*: rei p (*uel*
plene) ΠNJ , *uix probabile nisi cum Kochio felicitate addas* (rem p. esse
 gratiae ref. facile uelut e.g. 2. 9. 6 et 4. 43. 10 intellegitur; si et *Scipio-*
nem sic describi durius uidetur, uel uiuere uel aliquid amplius post
 benignitate inserendum erit) 8 seditionum *P⁴C⁴M¹A⁷θ* (-nem
 ΠN)

ciuitates exactoribus stipendii spem propinquam facere; et 10 edictum subinde propositum ut ad stipendum petendum conuenirent Carthaginem, seu carptim partes seu uniuersi mallingent. Tranquillam seditionem iam per se languescentem repentina quies rebellantium Hispanorum fecit; redierant enim in fines omisso incepto Mandonius et Indibilis, postquam uiuere Scipionem allatum est; nec iam erat aut 12 ciuis aut externus cum quo furorem suum consociarent. Omnia circumspectantes [consilia] nihil reliqui habebant 13 praeter unum tutissimum a malis consiliis receptum, ut imperatoris uel iustae irae uel non desperandae clementiae sese committerent: etiam hostibus eum ignouisse cum quibus ferro dimicasset: suam seditionem sine uolnere, 14 sine sanguine fuisse nec ipsam atrocem nec atroci poena dignam—ut ingenia humana sunt ad suam cuique leuandam culpam nimio plus facunda. Illa dubitatio erat singulaene 15 cohortes an uniuersi ad stipendum petendum irent. Inclinauit sententia, quod tutius censebant, uniuersos ire.

Per eosdem dies quibus haec illi consultabant consilium 26 de iis Carthagini erat, certabaturque sententiis utrum in 2

9, 10 facere; et θ: faceret et N^4 : fecere ΠN : facere *ald.Frob.1.2*
 10 propositum *ald.Frob.1.2*: possum $\Pi N\theta$ partes ΠN^x
 (-tems N): per partes *Gron.*, *optime*: *si displacet Nominatiuus, cum Riemanno secludas ut gloss.* seu uniuersi $CM^1\theta$: se uniuersi (-uersi
B: -uerse DAN) π 11 iam $N^4\theta$ *Edd.*: *om.* ΠN quies
 P^xM^1 (*ipse se repingens*) N : quiercc $\Pi \theta$ Mandonius $P^xC^4M^1$ ut
supra: mandonius P (*et primo M^1*): mandato in ius π^2 , cf. c. 8. 4
adn.: mandonii (-io A^x) AN : *quid uoluerit C incertum*
 13 consilia $\Pi N\theta$: *secludere uolebat Gron., optime*, cf. e.g. 7. 14. 6
 unum tutissimum *ald.Frob.1.2*: enim autissimum $S\theta$: non tutissimum
 $\Pi N\theta$, *fort. recte sed sic potius* unum receptum neque eum tutissimum *exspectares*; cf. non *pro unum* 30. 10. 20 clementiac sese (se *D\theta*) *C*
 $M^1DN^4\theta$: clementia esse π (-iae ē *R*) 14 poena (*uel pena*) *C*
 $M^1AN^1\theta$: poenam πN facunda $A^?N^2$ *uel N^4\theta* (-iunda ΠN):
ienda B): focunda *Duker* 15 singulaene $C^5(C?)M^1(-c)$ (*uocis
 iec*) *pleniore cal. subter notata*) $A^?N^4\theta$: singula nec πN : singulaetne
 P^1 *ut uid. siglo* ¹ *supra -a- addito et -c delere conatus*

26 1 consilium ΠN *Edd.*: concilium θ (*et sic -io in § 4*)
 Carthagini ΠN , cf. e.g. 29. 4. 7; 29. 28. 4; 30. 44. 4: carthagine θ
ut in § 4 PN^4: -ni N)

auctores tantum seditionis—erant autem ii numero haud plus quam quinque et triginta—animaduerteretur, an plurium supplicio uindicanda tam foedi exempli defectio magis quam 3 seditio esset. Vicit sententia lenior ut unde culpa orta esset ibi poena consisteret: ad multitudinem castigationem satis 4 esse. Consilio dimisso, ut id actum uideretur, expeditio aduersus Mandonium Indibilemque edicitur exercitui qui Carthagine erat et cibaria dierum aliquot parare iubentur. 5 Tribunis septem qui et antea Sucronem ad leniendam seditionem ierant obuiam exercitui missis quina nomina principum 6 seditionis edita sunt, ut eos per idoneos homines benigno uoltu ac sermone in hospitium inuitatos sopitosque 7 uino uincirent. Haud procul iam Carthagine aberant cum ex obuiis auditum postero die omnem exercitum cum M. Silano in Lacetanos proficisci non metu modo omni qui tacitus insidebat animis liberauit eos, sed laetitiam ingentem fecit quod magis habituri solum imperatorem quam ipsi 8 futuri in potestate eius essent. Sub occasum solis urbem ingressi sunt exercitumque alterum parantem omnia ad iter 9 uiderunt. Excepti sermonibus de industria compositis —laetum opportunumque aduentum eorum imperatori esse quod sub ipsam profectionem alterius exercitus uenissent— 10 corpora curant. Ab tribunis sine ullo tumultu auctores seditionis per idoneos homines perducti in hospitia com-

3 culpa orta (opta *P*) esset π^2 : culpa esset orta *AN.ald.*: orta culpa esset θ *Frob.2* (*cf. 27. 37. 5 et 29. 3. 10 adn.*) 4 ut id Π *NJ¹* *ut s. l. K Edd.*: ut nichil N^2 uel N^x : nichil *J* et (cib.) π *N*: de *D*: *om. N²θ* dierum $A^7N^4\theta$ *Edd.*: aeorum *PC*: eorum *RMBDAN* parare C^4 uel C^8M^1 (*ut credo*) *calamo iam paeni effracto usus AN Edd.*: parere π : parari N^2 uel $N^4\theta$ 5 *Sucronem ΠN Edd.*: ad sucronem (uel sutr-) θ principum $A^7N^4\theta$: principu *P*: principibu *P²B* (-ib; uel -ibus *CRMBDAN*) 6 inuitatos sopitosque uino $A^7N^4\theta$ *Edd.*: inuitatosque (qui *R*) uinc (uno *D*) πR^2 , *cf. 26. 11. 12 adn. (b)*: uinoque *AN*: uino N^2 7 iam ΠN *Edd.*: *om. θ* M. ΠN *Aldus*, *cf. c. 1. 5*: lelio θ : *om. Edd. ante Ald.* modo $A^7N^4\theta$ *ald.Frob.1.2*: *om. ΠN, fort. rect.* 9 uenissent θ *ald.Frob.1.2*: euensis ΠN curant πN^1 *ut s. l. Sp?θFrob.2*: curent *AN.ald.* 10 Ab π : a *ANθ*

prensi ac uincti sunt. Vigilia quarta impedimenta exercitus 11
 cuius simulabatur iter proficisci coepere: sub lucem signa
 mota, et ad portam retentum agmen custodesque circa
 omnes portas missi ne quis urbe egredetur. Vocati deinde 12
 ad contionem qui pridie uenerant, ferociter in forum ad
 tribunal imperatoris ut ultro territuri suclamationibus con-
 currunt. Simul et imperator in tribunal escendit et reducti 13
 armati a portis inermi contioni se ab tergo circumfuderunt.
 Tum omnis ferocia concidit et, ut postea fatebantur, nihil 14
 aeque eos terruit quam praeter spem robur et colos imper-
 atoris, quem adfectum uisuros crediderant, uoltusque qualem
 ne in acie quidem aiebant meminisse. Sedit tacitus pau- 15
 lisper donec nuntiatum est deductos in forum auctores se-
 ditionis et parata omnia esse. Tum silentio per p[re]aeconem 27
 facto ita coepit:

?

'Nunquam mihi defuturam orationem qua exercitum
 meum adloquerer credidi, non quo uerba unquam potius 2
 quam res exercuerim, sed quia prope a pueritia in castris
 habitus adsueram militaribus ingeniis: apud uos quemadmo- 3
 dum loquar nec consilium nec oratio suppeditat, quos ne
 quo nomine quidem appellare debeam scio. Ciues? qui a 4
 patria uestra descistis. An milites? qui imperium auspici-
 umque abnuistis, sacramenti religionem rupistis. Hostes?

11 cuius $\Pi N\theta ald.$: cui $Sp? Frob. 2$, fort. recte urbe $\pi ald. Frob.$
 1.2: urbem $AN\theta$, sed cf. 1. 29. 6 et 29. 6. 4 adn. 13 escendit
 $PC(aesc-)R$: ascendit $R^2 M\bar{B}DAN. ald.$, cf. 27. 5. 8 adn.: conseedit
 $Sp\theta Frob. 2$ a portis $AN\theta$ (ante armati θ , cf. 27. 37. 5 adn.)
 $Edd.$: a portas π : ad portas CB se] hic π : ante contioni AN
 $\theta ald. Frob. 1.2$ 14 robur et $CN^4\theta$: reboret BAN : robore PR^xM
 D : robure R : rubore $M^1?$ colos π : color $B^2 AN\theta ald. Frob. 1.2$
 adfectum πA^x : affectum $DA^7? N^4\theta$: adsuetum A : ad su-
 um N

27 1 ad-(uel al-)loquerer credidi $A^7? N^4\theta ald Frob. 1.2$: adidque|
 eretur dedi P : ad id querere dedi π^2 uel $\pi^1(A?)N$: alloquerer θ :
 $\pi m.$ adl. . . usque ad quam ($\S 2$) omnia D 2 pueritia $P^4 CM^1 BA$
 $N\theta$: peritia π adsueram $\pi ald.$: assueueram $AN\theta Frob. 2$
 3 apud $A^x N^4(-ut)\theta$: adut π : ad $P^x C$: aut ut D : ad ut ad $A? N$: apud
 id $N^1?$ ne quo $C^2 M. ald.$: neque πN : nec quo N^4 ut s. l. θ
 $Frob. 2$

Corpora, ora, uestitum, habitum ciuium adgnosco: facta,
 5 dicta, consilia, animos hostium video. Quid enim uos,
 nisi quod Ilergetes et Lacetani, aut optastis aliud aut speras-
 tis? Et illi tamen Mandonium atque Indibilem, regiae
 nobilitatis uiros, duces furoris secuti sunt: uos auspicium et
 imperium ad Vmbrum Atrium et Calenum Albium detulis-
 6 tis. Negate uos id omnes fecisse aut factum uoluisse,
 milites; paucorum eum furorem atque amentiam esse liben-
 ter credam, negantibus; nec enim ea sunt commissa quae,
 uolgata in omnem exercitum, sine piaculis ingentibus expiari
 possint.

7 'Inuitus ea tamquam uolnera attingo; sed nisi tacta tracta-
 8 taque sanari non possunt. Evidem pulsis Hispania Car-
 thaginiensibus nullum locum tota prouincia nulos homines
 credebam esse ubi uita inuisa esset mea; sic me non solum
 9 aduersus socios gesseram sed etiam aduersus hostes: ir-
 castris en meis—quantum opinio fefellit!—fama mortis meae
 10 non accepta solum sed etiam exspectata est. Non quoq;
 ego uulgari facinus per omnes uelim—evidem si totum
 exercitum meum mortem mihi optasse crederem hic statim
 ante oculos uestros morerer, nec me uita iuuaret inuisa
 11 ciuibus et militibus meis. Sed multitudo omnis sicut natura-

4 adgnosco π : agnosco *BDAN\theta* 5 et (Lac.) θ ald.*Frob.1.2*
 aut ΠN : ac *Drak.* (*adn.*), *aspere* (*sed et Lac. e.g. in c. 34. 4*)
Vmbrum $N^2\theta$ ald.: *umbrium* P^2CA : *ubrium* *RMDN*: *ubriu* *B*: *um-
 brium* et *imperium* ad *umbrium* *P* (*cf. 29. 1. 23 adn.*) 6 possin
 $\Pi N\theta$ ald.*Frob.1.2*: possent *Riemann*, *sed potius interpretandum est* ‘*talia uolgata sunt (uel sint) . . . non possunt (uel possint)*’
 8 nullum locum tota prouincia $A^7N^4\theta$ ald.*Frob.1.2*: *om. \Pi N*
inuisa A^7 *uel* $A^8N^4\theta$: *om. \Pi N* esset $A^7N^4\theta$: esset sic ΠN (*g*
29. 5. 6 adn.) 9 en] *hic \Pi N*: *ante quantum* *ald.Frob.1.2*: *om.*
 $N^4\theta$ *opinio* (*opp- J*) $\Pi N\theta$: *me opinio Riemann* fam
mortis $A^7?N^4\theta$ ald.: *famam sortis* *P*: *famam sortis* π^2 : *fama sortis* *A*
N *exspectata* *BN*⁴ (*exp- \pi N\theta* *ald.Frob.1.2.*): *spectata Sp*
 10 *Non \thetaald.*Frob.1.2*: *uero \pi N*, *cf. fort. c. 25. 13 adn.*: *enimuero A^7?*
*uerum C*⁴, *et sic (cum quid pro quod) Madv.* (*Em. p. 409*) *olim*
*meum N^4\thetaald.*Frob.1.2*: *om. \Pi N* *statim CM^1A^7?N^4\theta*: *statio \pi*
me uita C^xAN\theta: *multa \pi R^2*: *om. R* *iuuaret CRMB*
AN\theta: *tu|uuaret P***

maris per se immobilis est, [et] uenti et aurae cident; ita aut tranquillum aut procellae in uobis sunt; et causa atque origo omnis furoris penes auctores est, uos contagione insanistis; qui mihi ne hodie quidem scire uidemini quo 12 amentiae progressi sitis, quid facinoris in me, quid in patriam parentesque ac liberos uestros, quid in deos sacramenti testes, quid aduersus auspicia sub quibus militatis, quid aduersus morem militiae disciplinamque maiorum, quid aduersus summi imperii maiestatem ausi sitis.

‘De me ipso taceo—temere potius quam auide credideritis, is denique ego sim cuius imperii taedere exercitum minime mirandum sit—: patria quid de uobis meruerat, quam cum Mandonio et Indibili consociando consilia prodebat? quid populus Romanus, cum imperium ablatum ab tribunis 14 suffragio populi creatis ad homines priuatos detulisti, cum eo ipso non contenti si pro tribunis illos haberetis, fasces imperatoris uestri ad eos quibus seruus cui imperarent nunquam fuerat, Romanus exercitus detulisti? In praetorio 15 etenderunt Albius et Atrius; classicum apud eos cecinit; signum ab iis petitum est; sederunt in tribunali P. Scipionis; ictor apparuit; summoto incesserunt; fasces cum securibus praelati sunt. Lapidès pluere et fulmina iaci de caelo et 16 insuetos fetus animalia edere uos portenta esse putatis: hoc est portentum quod nullis hostiis nullis supplicationibus

11 et (uenti) $\pi(A?)$: del. Gron., optime: ut $DA^7N^4\theta ald.$ Frob. 1.2, ed sic (ut . . . cident, ita . . . sunt) $par pari$ non opponitur: si et N : ed Crevier (sed melius esset at) uenti $P^2CDA^7N^4\theta Edd.$: ueni πRBN (uenientes pro uenti et M) ita aut $\pi^2R^2Nald.$: ita ut πR : aut $SpN^4\theta Frob.2$ 12 qui ΠN : quin $N^4\theta ald.$ Frob. 1.2 militatis ΠN : militastis $Sp\pi\theta Frob.2$ 13 is $\theta Edd.$: om. ΠN : his ∇^4 imperii taedere (uel ted-) $A^7\theta$: imperiti tedere N^4 : imperiae dere (-ia edere AN) ΠN 15 P. ΠN : proconsulis A^7 uel $1^8\theta Frob.2$: proconsulis P. $ald.$ 16 summoto ΠN : summoti A^xN^2 el N^4 ut s. l. θ cum securibus praelati $\Pi N. ald.$: et secures praeitae N^4 (qui cum non delet) $\theta Frob.2$. lapides $\Pi N\theta$: lapide $Adv.$, sed cf. e.g. 40. 19. 2 sanguinem insuetos $C^4M^1?AN\theta$ (-tus); cf. 30. 36. 8 adn.) animalia $C^4M^1A^6$: animalis ΠN (-les $A^7\theta$)

sine sanguine eorum qui tantum ausi facinus sunt expiari possit.

2 28 ‘Atque ego, quamquam nullum scelus rationem habet, tamen, ut in re nefaria, quae mens, quod consilium uestrum fuerit scire uelim. Regium quondam in praesidium missa legio interfectis per scelus principibus ciuitatis urbem ope-
79b 3 lentam per decem annos tenuit, propter quod facinus tota legio, milia hominum quattuor, in foro Romae securi per-
4 cussi sunt. Sed illi primum non Atrium Vmbrum semilixam, nominis etiam abominandi ducem, sed D. Vibellium tribu-
5 num militum secuti sunt, nec cum Pyrrho nec cum Samnitibus aut Lucanis, hostibus populi Romani, se coniunxerunt:
animaduerteret . . . habitarent] om. N : add. in marg. N^4 (qui i siciliis
add. ut s. l. supra liceret) alibi $\Pi^2 N^4\theta$: alibet P 7 Bal-
arium] sic P in c. 37. 8: baliarum ΠN (bale- $C\theta$, sed u. 27. 18. 7 adn.)

onerariis duodecim milia peditum duo ferme equitum 8
traiecit, Genuamque nullis praesidiis maritimam oram tutan-
tibus repente aduentu cepit. Inde ad oram Ligurum
Alpinorum, si quos ibi motus facere posset, classem adpulit.
Ingauni—Ligurum ea gens est—bellum ea tempestate gere- 9
bant cum Epanteriis Montanis. Igitur Poenus Sauone 10
oppido Alpino praeda deposita et decem longis nauibus in
statione ad praesidium relictis, ceteris Carthaginem missis
ad tuendam maritimam oram quia fama erat Scipionem 11
traiecturum, ipse societate cum Ingaunis quorum gratiam
malebat composita Montanos instituit oppugnare. Et cres-
cebat exercitus in dies ad famam nominis eius Gallis undique
confluentibus. Ea *(res)* litteris cognita Sp. Lucreti, ne 12
frustra Hasdrubale cum exercitu deleto biennio ante forent
aetati si par aliud inde bellum duce tantum mutato orere-
tur, curam ingentem accedit patribus. Itaque et M. Liuium 13
proconsulem ex Etruria uolonus exercitum admouere Arimi-
num iusserunt, et Cn. Seruilio praetori negotium datum ut,
i.e. re publica censeret esse, duas urbanas legiones imperio
ui uideretur dato ex urbe duci iuberet. M. Valerius
Laeuinus Arretium eas legiones duxit.

Iisdem diebus naues onerariae Poenorum ad octoginta 14
irca Sardiniam ab Cn. Octauio, qui prouinciae pre-
rat, captae; eas Coelius frumento misso ad Hannibalem

7 duodecim (*uel* XII) ΠN *Edd.*: xi $A^8\theta$ 9 Ingauni $A^7N^4\theta$:
Ingaunis ΠN (*cf.* 26. 40. 14 *adn.*) 10 Sauone $A^7\theta$ *Edd.*: auone
 ΠN (*au-* C^4) 11 traiecturum ΠN : traiecturum esse *Sp* *ut uid.*
 $A^7\theta$ *ald.* (*sed eo tr. esse*) *Frob.* 2, *cf.* 27. 38. 5 *adn.* Montanos C^3
12 *uel* $M^7AN\theta$: montano π , *cf.* 27. 17. 12 *adn.* instituit ΠN
ld.: instituit *Sp*? A^7 *uel* $A^8\theta$ (*cf.* c. 45. 21 *adn.*) 12 Ea res *Rhen.*:
1 $\Pi NSp\theta$ *ald.* *Frob.* 1. 2, *fort.* *recte* (*cum accendere infra*) $Sp.$ πN :
. $CR\theta$, *cf.* § 6 *adn.* Hasdrubale *ANSp* *ut uid.* θ *Edd.* (*-li* π)
oretur π (*orir.* *P*⁴*M*²*B*²*AN* θ), *cf.* 27. 22. 13 *adn.*
accendit $\Pi NSp\theta$ *Frob.* 2: accendere *Vat* (-der) *ald.*, *fort.* *recte*
3 Liuium $A^8\theta$: liui ($A^7\Pi$: liuio N duas $N^4\theta$ *Edd.* *ante*
ron.: *om.* ΠN , *cf.* 29. 28. 10 *adn.* *imperio cui* θ *Gron.*: *cui*
apero ΠN *Edd.* *ante* *Gron.* 14 LXXX ΠN *Edd.*: xxx θ
uptac M^7 *uel* $M^2A^8N^4\theta$ *Edd.*: captas ΠN

commeatuque onustas, Valerius praedam Etruscam Ligurum-
que et Montanorum captiuos Carthaginem portantes captas
15 tradit. In Bruttiis nihil ferme anno eo memorabile gestum.

Pestilentia incesserat pari clade in Romanos Poenosque, nisi
quod Punicum exercitum super morbum etiam fames adfecit.

16 Propter Iunonis Laciniae templum aestatem Hannibal egit,
ibique aram condidit dedicauitque cum ingenti rerum ab se
gestarum titulo Punicis Graecisque litteris insculpto.

14 et (Mont.) $\Pi N\theta ald.$: om. $Frob.2$ portantes captas $Sp?A^7$
(per p-) N^4 *rescriptus* $\theta Frob.2$: per (por- P) portantis (uel -tes) π^2N
(-ndis D) 15 gestum $\pi N Edd.$: gestam D : actum θ quod CM^3
 $N^1\theta$: quo πN 16 Propter $N^4\theta Edd.$: pro ΠN : prope A^x
Laciniae $C^2M^2AN\theta$ (lic- K) : lacinia π : lasciuia D aestatem A^7
 $uel AN\theta$: aestate $\Pi(A?)$ ab se N^4 *rescriptus* θ : om. ΠN
insculpto $CM^3DAN\theta$: isculipto (inc- P) P^2R (-col-) : insculipto R^2M
 B Adscribit P^2 recognobi post isculipto

Subscriptiones : titi liui ab urbe condita liber xxviii explicit incipit
liber xxviiii feliciter P et sim. ceteri

T. LIVI
AB VRBE CONDITA
LIBER XXIX

SCIPIO postquam in Siciliam uenit, uoluntarios milites 1
ordinauit centuriauitque. Ex iis trecentos iuuenes, florentes 2
aetate et uirium robore insignes, inermes circa se habebat,
gnorantes quem ad usum neque centuriati neque armati
seruarentur. Tuin ex totius Siciliae iuniorum numero prin- 3
cipes genere et fortuna trecentos equites qui secum in Afri-
cam traicerent legit, diemque iis qua equis armisque instructi
tque ornati adessent edixit. Grauis ea militia, procul domo, 4
erra marique multos labores magna pericula allatura uide-
atur; neque ipsos modo sed parentes cognatosque eorum
a cura angebat. Vbi dies quae dicta erat aduenit, arma 5
quosque ostenderunt. Tum Scipio renuntiari sibi dixit
uosdam equites Siculorum tamquam grauem et duram hor-
ere eam militam: si qui ita animati essent, malle eos sibi 6
im tum fateri quam postmodo querentes segnes atque in-
tilest milites rei publicae esse; expromerent quid sentirent;

I i uoluntarios DA¹ uel A⁷H^θ: uoluptarios (uoluct- C¹: uoluptu-
l) πN, cf. 28. 46. 1 adn. 2 iis PCR: his R²MBDANHK:
is J, cf. § 7 et ΠNH.ald.Frob.1.2: om. θ insignes, in-
mes scripsimus (fort. ab N⁴ confirmati qui inermis non delet), cf. c.
7 adn.: insignes (uel -is) SpA⁷N⁴ ut s. l. θFrob.2: inermis ΠNH
nh- CBAN) ald. Gron. 4 angebat Π²NHθ: agebat P
dicta ΠNH: edicta θald.Frob.1.2 arma πB²NSp?HθFrob.2:
mē B: et arma ald., non male (sine puncto post ostenderunt)
xit πB²NH.ald.Frob.1.2: om. θ: iussit (sed ante sibi) B
qui ita θald.Frob.1.2: quita P (cf. 27. 1. II adn.): qui Π²NII
bi iam Sp?A⁷N⁴ ut s. l. Frob.2: sibi θald.: si iam π: se iam DA?N
: si C²: se A^x tum ΠNH: tunc Sp ut uid. θald.Frob.1.2 et
: θ in § 5 (cf. c. II. 6) fateri ΠNSp ut uid. H: pateri J (-re
x ut s. l. K)

7 cum bona uenia se auditurum. Vbi ex iis unus ausus est
 dicere se prorsus, si sibi utrum uellet liberum esset, nolle
 8 militare, tum Scipio ei : ‘Quoniam igitur, adulescens, quid
 sentires non dissimulasti, uicarium tibi expediam cui tu arma
 equumque et cetera instrumenta militiae tradas et tecum
 hinc extemplo domum ducas exerceas docendum cures equo
 9 armisque.’ Laeto condicionem accipienti unum ex trecentis
 quos inermes habebat tradit. Vbi hoc modo exauktoratum
 equitem cum gratia imperatoris ceteri uiderunt, se quisque
 10 excusare et uicarium accipere. Ita trecentis Siculis Romanis
 equites substituti sine publica impensa. Docendorum atque
 exercendorum curam Siculi habuerunt, quia edictum im-
 11 peratoris erat ipsum militaturum qui ita non fecisset. Egre-
 giam hanc alam equitum euassissem ferunt multisque proeliis
 rem publicam adiuuisse.

12 Legiones inde cum inspiceret, plurimorum stipendiorum
 ex iis milites delegit, maxime qui sub duce Marcello milita-
 13 uerant, quos cum optima disciplina institutos credebat tum
 etiam ab longa Syracusarum obsidione peritissimos esse
 urbium oppugnandarum; nihil enim paruum sed Carthagini-

7 iis C: its P: is P²R: his R²MBDAN¹(om. N)Hθ (hiis J)
 uellet Sp²θFrob. 2, cf. ed. Cantab. Liui libri II App. II B(1) cum p. 19:
 (de 2. 57. 3): uelit ΠNH. Cf. 27. 17. 14 adn. liberum ΠNHΚ
 liberum diceret J 8 ei A⁷N⁴θald. Frob. 1. 2: et ΠN(quod del.
 N²)H expediam P⁴A⁷N⁴Hθald. Frob. 1. 2: expeditiam ΠN, q
 27. 20. 8 adn. hinc ΠNHθald. Frob. 1. 2: ex N⁴ ut s. l.
 extempo P⁴CM² uel M¹A⁷ uel A⁸H Edd.: exemplo πN
 9 Laeto ΠN. ald. Frob. 1. 2: cui laeto N⁴Hθ 10 Siculis (Rom.
 M¹A⁷N⁴H: siculi Π(M?)N atque exercendorum A⁷N⁴H(a
 ex-)θald. Frob. 1. 2: om. ΠN, linea haud amplius xvii litt. perdita, q
 § 11 et 26. 51. 8 adn. 11 egregiam M¹ uel M²A⁷Hθ: egreciar.
 MN⁴: egraeciam PR: e graecia (uel grecia) CBDAN multies
 que proeliis remp. A⁸N⁴(hic post adiuuisse)Hθald. Frob. 1. 2: om. Π
 sc. lineam fort. xviii litt., cf. § 10 et 26. 51. 8 adn. 12 inspicere
 ΠNH. ald. Frob. 1. 2: aspiceret θ 13 quos C⁴ANHθald. Frob. 1. 2
 quod π(C?) credebat Π²NHθ: credebant PVat, cf. 27. 17.
 adn. tum CMB²ANHθ: tu π: tu¹ P^x paruum PCA⁸N
 (ut s. l.?)Hθ Edd.: eum R: reum R²MBD: rerum B²AN; prim
 aliud aliquid scripserat P quod ipse erasit, -ruu- supra rasuram
 addens

iam excidia agitabat animo. Inde exercitum per oppida ¹⁴ dispergit; frumentum Siculorum ciuitatibus imperat, ex Italia aducto parcit; ueteres naues reficit et cum iis C. Laelium in Africam praedatum mittit; nouas Panhormi subducit, quia ex uiridi materia raptim factae erant, ut in sicco hibernarent.

Praeparatis omnibus ad bellum Syracusas, nondum ex ¹⁵ magnis belli motibus satis tranquillas, uenit. Graeci res a ¹⁶ quibusdam Italici generis eadem ui qua per bellum ceperant etinentibus, concessas sibi ab senatu repetebant. Omnia ¹⁷ primum ratus tueri publicam fidem, partim edicto, partim iudiciis etiam in pertinaces ad obtinendam iniuriam redditis uas res Syracusanis restituit. Non ipsis tantum ea res sed ¹⁸ omnibus Siciliae populis grata fuit, eoque enixius ad bellum diuuerunt.

Eadem aestate in Hispania coortum ingens bellum con- ¹⁹ iente Ilergete Indibili nulla alia de causa quam per admiracionem Scipionis contemptu imperatorum aliorum orto: eum ²⁰ iperesse unum ducem Romanis ceteris ab Hannibale interceptis [rebantur]; eo nec in Hispaniam caesis Scipionibus ium quem mitterent habuisse, et postquam in Italia grauius

¹³ excidia ΠΝΗθ, cf. e.g. *Verg. Aen.* 2. 643: excidium *Wesenberg*, *ustra* ¹⁴ dispergit (exp- *R*) πΡ²ΝJ: dispartit *HK* anhormi ΠH (*sed in* 24. 36. 5 *panormi P, minus bene*): panormi mis *J*) Νθ ¹⁷ edicto Ρ^xΜ¹(Μ³?)Α⁷θ *Edd.*: eo dicto πΝΗ: *n. C* in ΠΝΗ.ald.*Frob.*1.2: *om. θ et del. N¹ uel N² sed punc-* ¹⁸ *m rursus exsculpit N^x* redditis ΠΝΗ.ald.*Frob.*1.2: *om. θ*

¹⁸ ad (ab *B*) bellum Πald.: *om. N*: bellum *N²θFrob.2, fort.* ¹⁹ *acestate (act- P) Π²ΝΗθ* *ste, sed facile est Scipionem subaudire* adiuuerunt *ANH*: adiuvunt *π*: adiuuatur (-uetur *J*) *θ* ²⁰ *interfectis (recte rebantur secludens)*: *interfectis rebantur PCRM¹ uel M²* *N⁴Hθ*: *interfiebantur R²MBDAN*: *interfectis rebatur Gron.* (cf. ²⁵), *sed rebantur gloss. uidetur esse antiquitus in contextum insertum* *nec ΠΝΗ*: *neque A⁷θ* ²¹ *Hispaniam θald.Frob.1.2:* *spania ΠΝΗ*

bellum urgeret, aduersus Hannibalem eum arcessitum.
 21 praeterquam quod nomina tantum ducum in Hispania Ro-
 mani habeant, exercitum quoque inde ueterem deductum;
 22 trepida omnia et inconditam turbam tironum esse. nunquam
 23 talem occasionem liberandae Hispaniae fore. seruitum ad
 eam diem aut Carthaginiensibus aut Romanis, nec in uicem
 24 his aut illis sed interdum utrisque simul. pulsos ab Romanis
 Carthaginienses: ab Hispanis, si consentirent, pelli Roma-
 nos posse, ut ab omni externo imperio soluta in perpetuum
 25 Hispania in patrios rediret mores ritusque. Haec talia-
 que dicendo non populares modo sed Ausetanos quoque
 uicinam gentem, concitat et alios finitimos sibi atque illis
 26 populos. Itaque intra paucos dies triginta milia peditum
 quattuor ferme equitum in Sedetanum agrum, quo edictum
 erat, conuenerunt. *F.*

2 Romani quoque imperatores L. Lentulus et L. Manlius
 3 Acidinus, ne glisceret prima neglegendo bellum, iunctis et ipsi

20 urgeret *CM¹DANHθ* (urget *J*): urgueret π arcessitum
 (arcers- *D*) πNH , cf. 26. 22. 2 adn.: accersitum *Cθ* 21 habean
Wcissenb., cf. 27. 17. 14 adn.: habebant ΠNH^{θ} *ald.*: haberent *SpH*
Frob. 2 22 omnia et *Sp ut uid.* A^{θ} *θ* *ald.* *Frob. 1.2* (*sc. Anglic*
'nothing but confusion and a crowd of raw recruits'): omnia ut ΠNH
 omnia ut apud Koch, sed si ut tutandum est, optime conicit incondita in
 turba *Gron.* (in inc. turba *Madv. oīum*) 23 eam *CM²B^xANH*
 (cf. 27. 16. 16 adn.): ea π his *M¹ uel M³ANHθ* (hiis *J*): ha
 π , sed nec in uicem has aut bis scripsit *P*, del. priorem scripturam *P²*
De repetitionibus Puteani, cf. e.g. 26. 21. 13; 26. 29. 8; 26. 30. 10
 27. 13. 9; 27. 30. 4; 28. 9. 12, 13; 29. 12. 3; 29. 17. 11; 29. 21. 10
 29. 24. 8; 29. 26. 8; 29. 37. 10; 30. 28. 11. (*De rep. breuioribus* 9
 27. 44. 1 adn.) 24 utrisque *M²(M⁷?)ANHθ* (-umq. *J*): utriusque
 24 externo imperio A^{θ} *Frob. 2*: imperio externo (om. externo *C*
 πC^4NH . *ald.*, qui ordo usitator est sed minore ui sententiam imperatori
 indigenae inlustrat (cf. de *P* 28. 2. 15 adn.) post imperio sequuntu
 in ΠN uoces primorum (28. 22. 14) usque ad auxiliarium inde (28. 37. 9)
 post quas tandem sequuntur uoces externo soluta (*P. fol. 402 r. b. l. 2*)
 u. 28. 22. 14 adn.: errorem ordinis notauerunt *P⁴C^xM¹⁰* (perperam pos
 posse inculcationis siglum notans) $A^{\theta}N^2$: rectum praebent ord. H
 rediret *P⁴Cθ Edd.*: redire πNH 25 taliaque A^{θ} *Edd.*
 aliaque (-quae *PCRD*) ΠN 26 Itaque intra paucos $\pi N^4\theta$ *Edd.*
 inter paucos *N*: intra (inter *H*) paucos itaque *AH* quattuo
 ΠNH *Edd.*: quattuor milia *θ* 21 prima *Spθ* *Frob. 2*: primo ΠNH . *ald.* 2 et ipsi *N⁴θ* *Edd.*
Frob. 1.2: ipsi ΠN , cf. 26. 11. 12 adn. (c): ipsis *H*: ipsi tamen *C⁴*

exercitibus per agrum Ausetanum hostico tamquam pacato clementer ductis militibus ad sedem hostium peruenere et trium milium spatio procul a castris eorum posuerunt castra. Primo per legatos nequ quam temptatum ut discederetur ab 3 armis; dein cum in pabulatores Romanos impetus repente ab equitibus Hispanis factus esset, summisso ab statione Romana equitatu equestre proelium fuit haud sane memorando in partem ullam euentu. Sole oriente postero die 4 armati instructique omnes mille ferme passus procul a castris Romanis aciem ostendere. Medii Ausetani erant; cornua 5 dextrum Ilergetes, laeum ignobiles tenebant Hispani populi; inter cornua et medium aciem interualla patentia satis late fecerant qua equitatum, ubi tempus esset, emitterent. Et 6 Romani more suo exercitum cum instruxissent, id modo hostium imitati sunt ut inter legiones et ipsi patentes equiti relinquenter uias. Ceterum Lentulus ei parti usum equitis 7 fore ratus quae prior in dehiscentem interuallis hostium aciem equites emisisset, Ser. Cornelio tribuno militum im- 8 perat equites per patentes in hostium acie uias permittere. *ut +*

2 exercitibus C²A⁷N⁴H Edd.: exercitus ΠNH Ausetanum PCM³DA⁷θ (aux- RMBANH) hostico ΠNHθ Aldus (cf. 26. 11. 11 agro uenisce): in hostico ed. Par. 1513 peruenere et M³ A⁸, Weissenbornum confirmantes: perueneret PR: perueniret R²M BDAN: peruenere N⁴Hθald. Frob. 1. 2, fort. (cum eorum inf.) minus iene, quamquam de -ret et -re (uel -set et -se) confusis cf. e.g. 26. 24. 3; 37. 10. 4; 27. 44. 9; 29. 1. 24; 29. 22. 5; 30. 19. 2: peruenerunt C posuerunt ΠNH Edd.: posuerant θ 3 per legatos P⁴CM³A⁷ V⁴Hθ: perlatos (-lut- A) πA¹N, cf. c. 26. 7 et 27. 1. 11 adnn. summisso] summ- ΠNHθ: subm- X, cf. 26. 44. 4 adn. Romana P²F (quem perperam citat Luchs): romano π²NH equestre proelium ΠNHK. ald.: proelium equestre JFrob. 2, fort. recte, cf. c. 1. 14 adn. 4 procul C^xA⁷(A⁸?)N⁴Hθ Edd.: pro sua ΠN; cornua (dextrum) πSp?A⁷θFrob. 2: cornu M¹ANH. ald. ecerant Gron. praecedente Lov. 4 (post erant et tenebant paene necess.): ecerunt ΠNHθ, cf. 27. 6. 2 adn. equitatum ΠNH Edd.: equitem θ 6 instruxissent ANHθ Edd.: struxissent PC: extruisserint R(est-)MBD 7 interuallis A⁷N⁴(ut s. l.?)J (-li ΠNH, f. 27. 17. 12 adn.: -lum C⁴K) 8 acie uias SpθFrob. 2: aciesui: acies uias ANH: aciem uias ald. permittere ΠNH(-mict-): immittere Rhen.

9 equos iubeat. Ipse copta parum prospere pedestri pugnantum moratus dum cedenti duodecimae legioni, quae in laeuo cornu aduersus Ilergetes locata erat, tertiam decimam legionem ex subsidiis in primam aciem firmamentum dicit, 10 postquam aequata ibi pugna est, ad L. Manlium inter prima signa hortantem ac subsidia quibus res postulabat locis inducentem uenit; indicat tuta ab laeuo cornu esse; iam missum ab se Cornelium procella equestri hostes circumfusurum.

11 Vix haec dicta dederat cum Romani equites in medios inuecti hostes simul pedestres acies turbarunt, simul equiti- 12 bus Hispanorum uiam immittendi equos clauerunt. Itaque omissa pugna equestri ad pedes Hispani descenderunt Romani imperatores ut turbatos hostium ordines et trepidationem pauoremque et fluctuantia uiderunt signa, hortantur milites ut percusso inuadant neu restitui aciem 13 patientur. Non sustinuissent tam infestum impetum barbari- 14 ni regulus ipse Indibilis cum equitibus ad pedes degressi, ante prima signa peditum se obiecisset. Ibi aliquamdiu atrox pugna stetit; tandem postquam ii qui circa regem

9 parum ΠNH : parumper A^7 (*sed propere pro prosp.*) N^4 *ut s. l.* locata $Sp? \theta Frob. 2$: roga P : prona $\Pi^2 NH$: locata prona *ald.* mire ex subsidiis $\Pi NH. ald. Frob. 1. 2$: *om.* $Sp \theta$ 10 loci M^3 (*an* $M^9?$) A^7 ($A^8?$) $N^4 H\theta$: locus ΠN : locusque C^4 indicat $NSp? H\theta Frob. 2$: indicatque $A^v? ald.$ 11 iam . . . circumfusurum *om.* K iam missum $A^8 N^4 HJ. ald. Frob. 1. 2$ (*sed post se* N^4): iam missum esse π : *om.* AN ab (se) PCM (*cf.* 27. 2. 9 *adn.*): a I J : *ad* N^4 *ut s. l.* Cornelium $Madv.$: cornelium seruum Π (*se* cornil- BD) $NSpHJ$: Ser. Cornelium $Frob. 2$, *sort. recte*: Sex. Cornelium (*et sic (-io) in § 8*) *ald.* 12 turbarunt A^7 ($A^8?$) $N^4 HFrob.$ (-auerunt *ald.*): turbauit ΠN : turbare θ immittendi (*uel inm-* ΠNH (-mict-): mittendi θ 13 Itaque . . . descenderunt] *om.* B : *add.* B^2 omissa $\pi B^2 N^7$ ($N^1?$) $H\theta ald. Frob. 1. 2$: com-(*cun-* Vat) missa $SpVat$ pedes SpN^4 ab N^7 *rescriptus* θ : pedestren $\pi B^2 NH. ald. Frob. 1. 2$ Hispani descenderunt $\pi B^2 NH\theta$ (-nie iese Sp) inuadant A^7 ($A^8?$) $N^4 H\theta$ *Edd.*: *om.* ΠN neu ΠN *ald. Frob. 1. 2*: nec A^7 ($A^8?$) $N^4 \theta$: ne C^x restitui aciem $P^4 M^7 A$ $N^4 H\theta$: resutui (-tin AN) acie ΠN 14 tam AN^x (*praecedent* N^4) θ : tamen πNH Indibilis] -ib- $BA^7 \theta$, *ut P e.g. in c. 1. 19* -eb- πN ; *cf.* 26. 49. 11 *adn.* degressis $\pi NSp? Frob. 2$ (*digr- B* *ald.*): digressus (*de- C²*) CH : digressi $N^2 \theta$ 15 Ibi $\Pi H\theta$ *Edd.* *om.* N : *id N⁴* aliquamdiu . . . stetit] *om.* N : *supplent* $\Pi N^4 H$

seminecem restantem deinde pilo terrae adfixum pugnabant
 obruti telis occubuerunt, tum fuga passim coepit. Plures ¹⁶
 caesi, quia equos descendendi equitibus spatum non fuerat,
 et quia percussis acriter institerunt Romani; nec ante abscessum
 est quam castris quoque exuerunt hostem. Tredecim ¹⁷
 milia Hispanorum caesa eo die, mille octingenti ferme
 capti: Romanorum sociorumque paulo amplius ducenti,
 maxime in laevo cornu, ceciderunt. Pulsi castris Hispani ¹⁸
 aut qui ex proelio effugerant, sparsi primo per agros, deinde
 in suas quisque ciuitates redierunt.

Tum a Mandonio euocati in concilium conquestique ibi ³
 clades suas increpitis auctoribus belli legatos mittendos ad
 arma tradenda dditionemque faciendam censuere. Quibus ²
 culpam in auctorem belli Indibilem ceterosque principes
 quorum plerique in acie cecidissent conferentibus tradentibusque
 arma et deditibus sese, responsum est in dditionem ³
 ta accipi eos si Mandonium ceterosque belli concitores
 radidissent uiuos; si minus, exercitum se in agrum Ilergetum
 Ausetanorumque et deinceps aliorum popolorum in-
 lucturos. Haec dicta legatis renuntiataque in concilium. ⁴
 ibi Mandonius ceterique principes comprehensi et traditi ad
 upplicium. Hispaniae populis redditia pax; stipendum eius ⁵
 anni duplex et frumentum sex mensum imperatum sagaue

¹⁶ Plures πθFrob.2: pluresque ANH.ald. caesi (uel cesi)
¹⁷ NHθ: caei P quia (equos) CM³ANHθ Edd. (fort. et quia
 nalis): qui π descendendi πNH: concendi θ: concendi C
 quitibus ΠNH Frob.2: ab equitib. θald. ¹⁷ tredecim A⁷θ:
 ecem tria ΠNH, cf. 26. 49. 3 adn.: xxx^{ta} N⁴ ut s. l. (postquam deci
 ante milia) ab N² temptationem est) mille P(∞)A⁸θ: om. Π^xNH
 ld.Frob.1.2 octingenti (sed decc) ΠNH Edd.: et quingenti θ
 sociorumque C⁴N⁴θ Edd.: sociorum ΠN, cf. 26. 11. 12 adn. (c)
³ i concilium θ Edd. et sic in § 4 Put.: consilium ΠNH, cf. 27. 35.
 adn. conquestique ΠN Edd.: conquesti H: contestatiq. θ:
 contestatiq. conquestiq. A⁸ ³ si minus Π²NH.ald., cf. c. 12. 7:
 in minus θFrob.2: sinus P se CM² uel M³B²ANHθ: si π
 inducturos N⁴θ, cf. e.g. 21. 5. 3: ducturos ΠNH.ald. Frob.1.2
 f. 26. 13. 7 adn.) ⁵ eius πA⁷N²Hθ: eis AN mensum
 , cf. 9. 33. 6 adn. et 23. 21. 5: mensum DHθ (-uum A¹N)

et togae exercitui, et obsides ab triginta ferme populis accepti.

6 Ita Hispaniae rebellantis tumultu haud magno motu intra
paucos dies concito et compresso, in Africam omnis terror
7 uersus. C. Laelius nocte ad Hippone Regium cum acces-
sisset, luce prima ad populandum agrum sub signis milites
8 sociosque in auxilium nauales duxit. Omnibus pacis modo
incuriose agentibus magna clades inlata; nuntiique trepidi
Carthaginem terrore ingenti compleuere classem Romanam
Scipionemque imperatorem—et fama fuerat iam in Siciliam
9 transgressum—aduenisse. Nec quot naues uidissent nec
quanta manus agros popularetur satis gnari omnia in maius
metu augente accipiebant. Itaque primo terror pauorque,
10 dein maestitia animos incessit: tantum fortunam mutasse
ut qui modo ipsi exercitum ante moenia Romana habuissent
uictores stratisque tot hostium exercitibus omnes Italiae
11 populos aut ui aut uoluntate in ditionem accepissent, ii
uerso Marte Africae populationes et obsidionem Carthaginis
uisuri forent, nequaquam pari ad patienda ea robore ac

7 in auxilium nauales (*uel* -lis) $A^8\theta$ (*sed* nau. in aux. $A^8\theta$) N^4 , sc. ‘ut
 subsidia’: nauales (*uel* -lis) $\Pi NH.ald.Frob.1.2$, *quod malit* Johnson
 8 incuriose $C^x A^8 N^4 \theta$ Edd.: incurius e (*sed* -rius ea gent-) π :
 incurius M : incuria se ANH transgressum ΠN^x (*fort.* N^4 re-
 scriptus) $H\theta$: transgressa N 9 Nec’quot $CM^3 \theta ald.Frob.1.2$: ne
 quod π : ne quot ANH , *sed erasit aliquid supra* -e scriptum N^x
 dein Π (*daein* P) $NH.ald.$ (*hic recte*; *aliter* (*de re mutata*) e.g. 27. 32. 4):
 deinde $\theta Frob.2$ 10 qui $\Pi NH\theta$: quo $N^1 uel N^1 uel N^2$
 moenia (*uel* men-) $CM^3(M^7?)B^x AN\theta$: moniam PM : meoniam P^2
 (-ia P^4): moeniam RBD (*men-*) stratisque tot $P^4 CM^3 ald.$:
 stratique tot π (cf. 27. 17. 12 *adn.*): stratis tot $\theta Frob.2$ (cf. 26. 11. 12
adn. (c): totque stratis $ANHW$. Cf. de variatione ordinis ab codd.
 AN profecta e.g. cc. 6. 13; 14. 13; 20. 1 et in lib. 27 cc. 1. 3; 5. 1; 5. 4;
 9. 10; 10. 12; in lib. 28 cc. 8. 13; 9. 10; 17. 16; 21. 8; 26. 3; 27. 16;
 35. 2, 11; 41. 17; 44. 18; in lib. 30 cc. 8. 3; 17. 12; 18. 4; 23. 3; 25.
 1; 27. 2; 33. 9; 36. 1; cf. etiam 26. 5. 17 *adn.* (*de ord. codd.* $AN\theta$)
 aut ui $P^4 CM^3? B^2 AN$ (*sed uim* N) $H Edd.$: aut uia π : ui θ
 11 uerso Marte (-te BD) $\Pi NH\theta ald.Frob.1.2$: uersos arte Sp , cf. 28.
 40. 10 *adn.* (*et de* -s pro -m in P cf. 27. 17. 1 *adn.*): uersa sorte $Rhen.$,
 frustra uisuri $P^4 uel P^5 M^3(M^7?)B^2 ANH\theta$: uri π ne-
 quaquam $H\theta ald.Frob.1.2$: nequ quam (-icq- D) ΠN patienda ea
 $A^7 N^4 H\theta$ Edd.: parienda ex ΠN (cf. de -x- et -a- 26. 37. 3 *adn.*)

Romani fuissent. illis Romanam plebem, illis Latium iuuentutem praebuisse maiorem semper frequentioremque pro tot caesis exercitibus subolescentem: suam plebem imbellem in urbe, imbellem in agris esse; mercede parari auxilia ex Afris, gente ad omnem auram spei mobili atque infida. iam reges, Syphacem post conloquium cum Scipione alienatum, Masinissam aperta defectione infestissimum hostem. nihil usquam spei, nihil auxilii esse. nec Magonem ex Gallia mouere tumultus quicquam nec coniungere sese Hannibali, et Hannibalem ipsum iam et fama senescere et viribus.

In haec deflenda prolapsos ab recenti nuntio animos rurus terror instans reuocauit ad consultandum quonam modo obuiam praesentibus periculis iretur. Dilectus raptim in urbe agrisque haberi placet; mittere ad conducenda Afrorum auxilia; munire urbem, frumentum conuehere, tela arma parare; instruere naues ac mittere ad Hipponem aduersus Romanam classem. Iam haec agentibus nuntius tandem uenit Laelium non Scipionem, copiasque quantae ad incur-

¹² subolescentem *DSpA⁷H Edd.*: subolescentum (subul- *P*) π^2 : suboles (-em *C⁴A^x*: -ens *H*) ceterum *C⁴A[?]NH* ¹³ suam *P⁴C M³A⁸?N²Hθ*: sua *ΠN* (cf. 26. 41. 12 adn.) im-(sed in-)bellem -lli *C*) in urbe, im-(sed in-)bellem *C¹A^v?*(*sed in* urbe inb. inb.)*N⁴* *Edd.*: in bellum in (*om. in N*) urbe inbellem *πNH* (*imb- bis H*): in urbe inbellem *D* et (*sed inb. in urbe*) *C²*: inbellem (ib- *K*) θ ; de *fornia* imb- cf. *Praef.* § 30 in agris *A⁷N⁴Hθ Edd.*: *om. ΠN* parari *ΠNH*: parare θ Afris *A⁷N²H Edd.*: agris *πNH*: agresti *D* gente... mobili... infida *ΠNH Edd.*: gentem... mobilem -lis θ)... infidam (-da *J*) *N^xθ* ¹⁴ reges *SpJFrob.2*: rege *PR*: regem *π⁴NHK, ald.* ¹⁵ quicquam *ΠA⁷N^xθ* (quisq- *ANH*) [ec coniungere] *hinc usque ad voces Puteolis* (30. 21. 11) *codicibus Spirensi cognatis constantius consentit H* (i.e. *ex fol. 181 r. ad 204 u.*); *i. Praef.* § 94 sese *ΠN. ald.*: se *HθFrob.2* et fama *ΠN Edd.*: fama *Hθ* ¹⁶ *animos ΠNθ*: animo *H* quoniam *CM³(M⁷?)ANHθ*: quoniam *π* ² dilectus *π*: delectus *C⁴ANHθ ald. Frob.1.2*, cf. c. 5. 8 munire *Π²N*: munere *P*: muniri *N⁷* (*uel N¹*) ut s. l. *Hθ* parare] -re *ΠNθ*: -rent *H* instruere naues *ΠNθ*: instarent *H* ac mittere *C⁴M³(M⁷?)BHθFrob.2*: amittere *π*: et mittere *A V. ald.*: mittere *M²F*

siones agrorum satis sint transuetas ; summae belli molem
 4 adhuc in Sicilia esse. Ita respiratum mittique ad Syphacem
 legationes aliosque regulos firmandae societatis causa coep-
 tae. Ad Philippum quoque missi qui ducenta argenti talenta
 5 pollicerentur ut in Siciliam aut in Italiam traiceret. Missi et
 ad suos imperatores in Italiam ut omni terrore Scipionem
 6 retinerent ; ad Magonem non legati modo sed uiginti quin-
 que longae naues, sex milia peditum, octingenti equites,
 septem elephanti, ad hoc magna pecunia ad conducenda
 auxilia quibus fretus propius urbem Romanam exercitum
 admoueret coniungeretque se Hannibali.

7 Haec Carthagini parabant agitabantque, cum ad Laelium
 praedas ingentes ex agro inermi ac nudo praesidiis agentem
 Masinissa fama Romanae classis excitus cum equitibus
 8 paucis uenit. Is segniter rem agi ab Scipione questus, quod
 non exercitum iam in Africam traieciisset perculsis Cartha-

3 transuetas] -tas π²Nθ : -tus PRH summae P : summae
 Π² uel Π¹ald.Frob.1.2 : summi Hθ molem Π² uel Π¹Hθ Edd. :
 molum P 4 legationes] hic ΠN⁷ uel N¹(-onem N)ald.Frob.1.2 :
 ante ad Syph. Hθ (cf. 27. 37. 5 adn.). Ordinem Puteani accepimus
 uocibus ad Syph. pondus additum rati opposito leuiore clausulae membro
 (de ordine intertexto cf. 22. 8. 7 adn.) coepiae Π(A?) Edd. :
 cepta NH : ceptum A⁵? in ras. θ in (Ital.) ΠNK.ald. : om. HJ
 Frob.2. cf. § 5 adn. 5 missi (misi P) et Π² uel Π¹NH.ald.Frob.
 1.2 : missi θ suos P⁴M³N²(N⁷?)Hθ : uos π : duos CB²AN
 in N⁴Hθald.Frob.1.2 : om. ΠN, cf. § 4 et 26. 13. 7 adn.
 6 longae naues (naue M) πM³ : naues longae ANHθald.Frob.1.2 (cf.
 26. 5. 17 adn.) octingenti ΠN Edd. : quingenti Hθ
 septem Sp?HθFrob.2 : et septem ΠN.ald. ad hoc ΠSpFrob.2 : ad
 haec Vat.ald. 7 Carthagini] -ni P³(sed -e mox restaurata)R²N⁴
 (N²?)Hθ, cf. 28. 26. 1 adn. : -ne ΠP¹NSp ut uid. cum ad SpN⁴
 HθFrob.2 : at PR : ad CMBDAN.ald., quod (i.e. Ad) multo melius credit
 Johnson (cf. c. 6. 2 quia a Sp additum) : tum ad A⁷ Masinissa
 P⁴?CM²(M¹?)AN¹(mari- N)Sp ut uid. H(mass-)θ : masinissam π
 Romanae ΠNSp ut uid. Edd. : ne HK : ue J excitus ΠNSp ut
 uid. H : excitatus θ 8 ab (a K sed cf. e.g. 27. 2. 9) Scipione M²
 uel M¹ANθ : ad scipione PR : ab scipionem C : ad scipionem R²MB
 DH questus (quaes- PRM) ΠNHθald.Frob.1.2 : questus est
 Madv. Em. p. 416, non necess. non C²M³N² : tam (iam A) non
 ΠN (cf. 26. 6. 4 adn.) : non iam Hθald.Frob.1.2. Vide adn. sq.
 exercitum iam in Africam ΠN et sic (sine iam in hoc loco) H(in Afr. ex.)
 θald.Frob.1.2 (iam ex. in Afr. P^x ut uid.), u. supra perculsis
 (-cussis D)ΠNK Edd. : periculis A⁷ ut s. l. HJ

giniensibus, Syphace impedito finitimus bellis ; quem certum habere, si spatium ad sua ut uelit componenda detur, nihil sincera fide cum Romanis acturum. hortaretur stimularet 9 Scipionem ne cessaret ; se, quamquam regno pulsus esset, cum haud contempnendis copiis adfuturum peditum equitumque. nec ipsi Laelio morandum in Africa esse ; classem credere profectam a Carthagine cum qua absente Scipione non satis tutum esset contrahi certamen. Ab hoc ser- 5 monē dimisso Masinissa Laelius postero die naues praeda onustas ab Hippone soluit, reuectusque in Siciliam mandata Masinissae Scipioni exposuit.

Iisdem ferme diebus naues quae ab Carthagine ad Magonem missae erant inter Albingaunos Ligures Genuamque accesserunt. In iis locis tum forte Mago tenebat classem ; 3 qui legatorum auditis uerbis iubentium exercitus quam naximos comparare, extemplo Gallorum et Ligurum—namque utriusque gentis ingens ibi multitudo erat—concilium labuit ; et missum se ad eos uindicandos in libertatem ait 4 t, ut ipsi cernant, mitti sibi ab domo praesidia ; sed quantis iribus quanto exercitu id bellum geratur, in eorum potes-

8 finitimus $C^2M^3ANH\theta$ (-me J) : finiti|umis P , cf. (*de dittographia*) 7. 34. 5 adn. : finiti^M umis P^2 (*quid uoluerit incertum est*) : finitimum mim C is (his BD) CRMBD certum $C^2H\theta$ Edd. : incertum N (sc. in- ex -m orto) habere ΠN : haberet $A^7N^4H\theta ald. Frob. 1.$

cf. § 9 (esset) : haerere Gron. (*qui incertum retinet*) 9 stimularet HK : estimularet (etim- PR) P^2 uel P^3R^2BD : simularet M : (et C, fort. recte) simularet CAN.ald.Frob. 1.2 : simularetque J scipionem $CANH\theta$ Edd. : a scipione π [contempnendis] -temn- uel empn- $CDA^7H\theta$: -ten- πN : -tepn- A^xN^3 a Carthaginē π (em B)ald.Frob. 1.2 (sed in c. 5. 2 ab C. P) : ad carthaginem D : rthagine $H\theta$ esset N^4 ut s. l. $H\theta ald. Frob. 1.2$: esse ΠN , § 8 (habere)

5 1 mandata Masinissac πH(mass-)θFrob.2 : masinisce (-sae ald.) andata $N^4ald.$; ipse malim masinissae deletum, cf. 27. 34. 3 adn. : asinisce uerba AN (cf. 28. 12. 13 adn.) 2 Iisdem (scd eisd-) NH (isd-) : eidem P: his-(hiis- J)dem θ Albingaunos] albing- $N^4ald.$ Frob. 1.2 (cf. 28. 46. 9 Ingauni) : albino- P: albinoc- Π^2N d-nes C) : albig- Sp ut uid. θ (sed mox Ligures Genuamque PSp ob.2 : Ligures Alpinos Genuam ald.) 3 et Ligurum $A^7(A^8?)$ $H\theta$ Edd. : om. ΠN 4 se ΠN Edd. : om. $H\theta$ id Π Edd. : N: om. $N^2H\theta$ geratur $\Pi NH\theta ald.$: gereretur Frob.2, cf. 27. • 14 adn.

5 tate esse. duos exercitus Romanos, unum in Gallia, alterum
in Etruria esse; satis scire Sp. Lucretium se cum M. Liui
iuncturum; multa milia armanda esse ut duobus ducibus
6 duobus exercitibus Romanis resistatur. Galli summam
ad id suam uoluntatem esse dicere; sed cum una castra
Romana intra fines, altera in finitima terra Etruria prope in
conspicu habeant, si palam fiat auxiliis adiutum ab sese
Poenum, extemplo infestos utrimque exercitus in agrum
suum incursuros. ea ab Gallis desideraret quibus occulte
7 adiuuari posset: Liguribus, quod procul agro urbibusque
eorum castra Romana sint, libera consilia esse; illos armare
inuentutem et capessere pro parte bellum aequum esse
8 Ligures haud abnuere: tempus modo duorum mensun
petere ad dilectus habendos. Interim Mago milites Gallo
dimissis clam per agros eorum mercede conducere; com
meatus quoque omnis generis occulte ad eum a Gallici
9 populis mittebantur. M. Liui exercitum uolonus e
Etruria in Galliam traducit, iunctusque Lucretio, si se Mag
ex Liguribus propius urbem moueat, obuiam ire parat,

5 M. $\Pi N\theta$, et sic H qui forma litterae inusitata usus est (cf. c. 6. 9
armanda $P^4CM^x(M^1?)B^xANH\theta$ Edd.: armandam π , cf. 21
40. 11 adn. duobus exercitibus $N^4H\theta$ Edd. (cf. e.g. 28. 25. 6)
exercitibus π (sc. duobus ob $\delta\mu.$ omisso): exercitibusque C^4AN :
exercitibus M^3 6 uoluntatem $C^4M^2(M^1?)A^7N^4H\theta$: uolun
 π , cf. 27. 1. 11 adn.: uolum mī $A?N$ fines (uel -nis) P^4M
 $D^x A^7N^4$ uel $N^3H\theta$: infinis (-nes AN) ΠN , sc. in (finitima) pra
sumpto, cf. 24. 3. 3 adn. et 26. 3. 4; 26. 5. 5 et 13; 26. 40. 2 (?); 2
16. 6; 28. 32. 6; 28. 34. 11; 28. 42. 20; 28. 44. 7; 28. 45. 7
29. 21. 10; 30. 5. 7; 30. 39. 1; 30. 42. 17 ab sese ΠN Aldu
ab (a $H\theta$) se esse $A^7N^4H\theta$: ab sese esse Edd. ante Ald.
(Gallis) πNK Edd.: a HJ : ad BD (cf. c. 6. 2 adn.) posset ΠNK
posse H : om. J 7 consilia $\Pi N\theta$: concilia N^2H (cf. 27. 35.
adn.) 8 mensum πN , cf. c. 3. 5 adn.: mensum C^4M^1 ut s.
 $A^7BDH\theta$ dilectus] di- π : de- $ANH\theta$, cf. c. 4. 2 Galle
 $\pi NH\theta$ (recte a Madvigio defensum): gallis $C.ald.Frob.1.2$ dimi
sis ΠNH : dimissos $A^6?\theta$ Gallicis $N^4H\theta$: gallis ΠN , fort. rec
9 M. $\Pi N\theta$: miles H (u. c. 6. 1) traducit $\Pi N.ald.Frob.1.2$
traiecit $N^4H\theta$, fort. recte, nam uox traicere cum (nisi de mari a
flumine) colorem cotidiani sermonis habere uideatur (cf. 7. 30. 12
D. Brutum ap. Cic. Fam. 11. 9. 2), hic apta putari possit ad u
uolonus agmen

Poenus sub angulo Alpium quietus se contineat, et ipse in eadem statione circa Ariminum Italiae praesidio futurus.

Post reditum ex Africa C. Laeli et Scipione stimulato 6 Masinissae adhortationibus et militibus praedam ex hostium terra cernentibus tota classe efferri accensis ad traiciendum quam primum, interuenit maiori minor cogitatio Locros urbem recipiendi, quae sub defectionem Italiae descuerat et ipsa ad Poenos. Spes autem affectandae eius rei ex 2 minima re adfulsit. Latrociniis magis quam iusto bello in Bruttiis gerebantur res, principio ab Numidis facto et Bruttiis 3 in societate magis Punica quam suopte ingenio congruentius in eum morem; postremo Romani quoque milites iam 3 contagione quadam rapto gaudentes, quantum per duces cebat, excursiones in hostium agros facere. Ab iis egressi 4 uidam urbe Locrenses circumuenti Regiumque abstracti erant. In eo captiuorum numero fabri quidam fuere, lsueti forte apud Poenos mercede opus in arce Locrorum cere. Hi cogniti ab Locrensum principibus qui pulsi ab 5 luersa factio, quae Hannibali Locros tradiderat, Regium contulerant, cum cetera percontantibus, ut mos est qui 6

9 statione $N^4H\theta$ Frob.2: regione $\Pi N.ald.$

6 1 C. (uel $\bar{C}.$) $\Pi N\theta$: consuli H (u. c. 5. 9) et Scipione C^4H
 $ld.Frob.1.2$: scipione AN : ut scipionis (-ni M^3) π maiori
 $A^8H\theta$: maior ΠN : maiore C^4N^x ($N^4?$) sed ē postea ab N^x erasum
 2 eius $\Pi N\theta$: enim H Latrociniis ΠN : quia latrociniis $Sp?$
 $ut s. l. H$: quod latrociniis (sed -nii θ) $\theta ald.Frob.1.2$ gerebantur ΠNSp ut uid. $ald.Frob.1.2$: gerebatur $H\theta$ ab (Numidis)
 $ld.Frob.1.2$: a $AN\theta$: ad BD (cf. c. 5. 6): om. SpN^4 uel N^2H
 to et Bruttiis $\Pi(c pro et D)N\theta$ Edd.: om. $SpN^4(N^2?)H$, xv litt. ob
 -is perditis, cf. 28. 2, 16 adn. congruentibus $\Pi N.ald.$: promp-
 $SpN^4H\theta$ Frob.2 (hoc, quod merum glossema Spirensianum Johnsonio
 letur esse, ipse post Punica addere malim) 3 milites iam A^7N^4
 $.Frob.1.2$: iam ΠN : milites $H\theta$ 4 urbe $A^7N^4H\theta$ ald.Frob.
 : urbem ΠN , cf. 28. 26. 11 adn. Locrenses $M^8DAN\theta$: lo-
 sses π : loquentes H forte $A^7(erasum)N^4H\theta$ ald.Frob.1.2:
 . ΠN Locrorum] locr- CM^9B^2AN : logr- π^2 : logl- P : log-
 lucr- H 5 qui π ald.: om. AN (sed pulsis $praebent$): qui
 culabant (uel exul- uel exol-) Regii (uel rhe-) $SpA^7N^4H\theta$ Frob.2
 (ad post principib. pulsis inserere ut s. l. uolebant A^7N^4)
 gium se contulerant $\Pi N.ald.$: om. $SpH\theta$ Frob.2 (silent A^7N^4): in-
 unxit Frob.2 post tradiderat 6 qui $\Pi N\theta$: quia N^4H : iis qui
 $.Frob.1.2$

diu absunt, quae domi agerentur exposuissent, spem fecerunt
si redempti ac remissi forent arcem se iis tradituros; ibi se
habitare fidemque sibi rerum omnium inter Carthaginienses
7 esse. Itaque, ut qui simul desiderio patriae angerentur
simul cupiditate inimicos ulciscendi arderent, redemptis
8 extemplo iis remissisque cum ordinem agendae rei com-
posuissent signaque quae procul edita obseruarent, ipsi ad
Scipionem Syracusas profecti, apud quem pars exsulum erat,
referentes ibi promissa captiuorum cum spem ab effectu
9 haud abhorrentem consuli fecissent, tribuni militum cum iis
M. Sergius et P. Matienus missi iussique ab Regio tria milia
militum Locros ducere; et Q. Pleminio propraetori scriptum
ut rei agendae adesset.

10 Profecti ab Regio, scalas ad editam altitudinem arcis
fabricatas portantes, media ferme nocte ex eo loco unde
11 conuenerat signum dedere proditoribus arcis; qui parati in-
tentique et ipsi scalas ad id ipsum factas cum demissem
pluribusque simul locis scandentes accepissent, priusquam
clamor oreretur in uigiles Poenorum, ut in nullo tali metu
12 sopitos, impetus est factus. Quorum gemitus primo morien-
tium exauditus, deinde subita consternatio ex somno e-
tumultus cum causa ignoraretur, postremo certior res alii
13 excitantibus alios. Iamque ad arma pro se quisque uoca-
bat: hostes in arce esse et caedi uigiles; oppressique foren-

6 esse ΠΝθ Edd.: om. H

praebent ΠΝθ Edd.

θ (iii): tria H

et C: atque A?N

P⁴C²MBANθ

post quisque AN.ald.

7 desiderio . . . simul] om. H

8 signaque quae X ut uid. Frob.2: signa

que ΠΝ: signa quoque quae (que θ) θald.

Frob.2 (-nte sibi HJ): referentes sibi KX.ald.

et (sed quasi or scriptum) H (cf. c. 5. 5)

Matienus] u. c. 9. 2 adn.

iussique ΠΝ.ald. Frob.1.2: iussi Hθ

tria milia (uel -ll-) Π

m

et Q. (uel quinto) M⁸B²A⁷θ : et que (uel quae) π

et C: adesset ΠΝθ : esset H

10 editam SpA

N² uel N⁴ rescriptus H(-ita)θFrob.2: deditam ΠΝ: dictam ald.

conuenerat ΠΝ Edd. (-rant CHθ)

11 redemisset Hθ

oreretur πH, cf. 27. 22. 13 adn.: oriaretur

12 deinde subita JFrob.2: deindubita P: dei

subita π²R²HK.ald.

13 ad arma] hic πΝSp?H(ad om.)θFrob.2

post quisque AN.ald. (cf. c. 3. 10 adn.)

Romani nequaquam numero pares, ni clamor ab iis qui extra arcem erant sublatus incertum unde accidisset omnia uana augente nocturno tumultu fecisset. Itaque uelut plena iam hostium arce territi Poeni omissa certamine in alteram arcem—duae sunt haud multum inter se distantes—confidunt. Oppidani urbem habebant, uictoribus praemium in medio positam; ex arcibus duabus proeliis cottidie leuibus certabatur. Q. Pleminius Romano, Hamilcar Punico prae-¹⁴ sideo praerat. Arcessentes ex propinquis locis subsidia copias augebant: ipse postremo ueniebat Hannibal, nec ¹⁵ sustinuissent Romani nisi Locrensum multitudo, exacerbata superbia atque auaritia Poenorum, ad Romanos inclinasset.

Scipioni ut nuntiatum est in maiore discrimine Locris rem ⁷ ierti ipsumque Hannibalem aduentare, ne praesidio etiam ² periclitaretur haud facili inde receptu, et ipse a Messana ^{..}. Scipione fratre in praesidio ibi relicto cum primum aestu retum inclinatum est + naues mari secundo misit. Et ³ Hannibal a Buloto amni—haud procul is ab urbe Locris

¹³ arcem $\pi A^8 N^4 H\theta$ Edd.: urbem AN	^{nocturno} ΠNH
^{ld.Frob.1.2:} om. θ	¹⁴ iam N^4 ut s. l. $H\theta ald.$ Frob.1.2:
am P (cf. 26. 7. 3 adn.): om. $\Pi^2 N$	arce (territi) $\Pi NK.ald.$
'rob.1.2: acie N^4 ut s. l. HJ	¹⁵ habebant $C^x ANH\theta$: habe-
	antur π (sed -ntu M) praemium (uel prem-) $\Pi N\theta$: premio
? ¹ : premio posit H ¹ positam $\Pi N\theta ald.$ Frob.1.2: possum N^4 ut	¹ L , non male: habito H : posito H^2 cottidie] PCR , cf.
^{36. 2 adn.:} cot- $MBDANJ$: quot- HK	¹⁶ Pleminius πM^2
' θ : plenius M (cf. c. 8. 7): plemenius H	praerat (uel pre-)
N : praerat (uel pre-) et $H\theta ald.$ Frob.1.2	¹⁷ ueniebat (-isbat)
$\Pi^2 NH\theta$ nisi $\Pi N\theta$: si H	inclinasset πNH (-sent) θ : isisset C , mire
⁷ 1 Scipioni $\Pi N.ald.$ Frob.1.2: scipio $A^x H\theta$ <i>Sigonius</i> e 'uet. lib.'	
uchs 1879	² praesidio (etiam) ΠN^1 (peis- N), cf. e.g. 38. 25.
; 40. 15. 12: praesidium $C^4 M^1 (M^3?) A^7 \theta ald.$ Frob.1.2	^a ΠN
dd.: om. $N^4 H\theta$ fretum (uel frae-) $\Pi^2 NH\theta$: praetum P	
uies $CMBDAN\theta$: nabes P^2 uel $P^1 R$: nalles P : numerum nauium	
elut x) excidisse recte suspicatur <i>Weissenb.</i> , cf. c. 28. 10 et 26. 51. 2	
nn. misit $\Pi NH\theta ald.$ Frob.1.2 (i.e. i.q. 'soluit' ut in 37. 12. 11;	
.. 31. 12 (dem-)): transmisit (uel comm-) <i>Sigonius</i> : demisit Otto	
Et $H\theta ald.$ Frob.1.2: om. ΠN (sed spat. in litt. ante Hann. in <i>Mictum est</i>) Buloto πN (<i>flumen non alibi nominatum</i>): bultro	
(sed ab ultro): buthroto $A^7 HJ$, ald. Frob.1.2: buteotro K	

abest—nuntio praemisso ut sui luce prima summa ui proe
lium cum Romanis ac Locrensibus consererent dum ipse
auersis omnibus in eum tumultum ab tergo urbem incautam
4 adgredetur, ubi luce coeptam inuenit pugnam, ipse nec in
arcem se includere, turba locum artum impediturus, uoluit
5 neque scalas quibus scanderet muros attulerat. Sarcinis in
aceruum coniectis cum haud procul muris ad terrorem
hostium aciem ostendisset, cum equitibus Numidis circum
equitabat urbem, dum scalae quaeque alia ad oppugnandum
opus erant parantur, ad uisendum qua maxime parte adgre
6 deretur: progressus ad murum scorpone icto qui proximu
eum forte steterat, territus inde tam periculoso casu receptu
canere cum iussisset, castra procul ab ictu teli communit
7 Classis Romana a Messana Locros aliquot horis multo di
superante accessit; expositi omnes e nauibus et ante occasu
solis urbem ingressi sunt.

8 Postero die copta ex arce a Poenis pugna, et Hanniba
iam scalis aliisque omnibus ad oppugnationem paratis sub
bat muros cum repente in eum nihil minus quam tale qui
9 quam timentem patefacta porta erumpunt Romani. A
ducentos, improuidos cum inuasissent, occidunt: ceteri

3 summa P^4CM^1 uel $M^2B^2ANH\theta$: summo π 4 impeditur
 $N^4H\theta$ Edd.: impetiturus (uel inp-) Π : impetus N scandere
(sean- P) Π^2 uel $\Pi^1N.al$ d.: scanderent $H\theta Frob.2$ attulerat (u
ad-) $\Pi N.al$ d.: attulerant $H\theta Frob.2$ 5 ostendisset $\pi A^x\theta$ Edd.
ostendissent ANH circumequitat $H\theta ald.Frob.1.2$: circum
equitib. at P: circumequitat (uel aeq-) π^2R^2 in ras. (R?)
oppugnandum] opp- $\Pi N\theta$ Edd.: exp- H 6 icto πH Gron.
ictus $AN\theta$ Edd. ante Gron. (mire) communit ΠN , cf. 27. 5.
adn.: communiiit N^4 ut s. l. $H\theta ald.Frob.1.2$ 7 a (Mess.) ΠN
ab θ : ad H aliquot horis multo die scripsi (multo die *ias*
Weissenb. dubitanter): aliquod (-quot C: -quod D) horis dici (di
P¹CAN: die C^x) ΠN : multa die A^7HV^1 (m. locros die V) $\theta ald.Frob$
1.2: aliquot horis die Gron., quod malit Johnson (cf. e.g. Sal. Iu
97. 3). *De falsa apud edd. uel scribas dittographiae suspicione* cf. e.g.
26. 36. 11; 26. 51. 2 (init.); 27. 5. 6; 29. 1. 2; 29. 17. 2; 30. 1.
e $\pi B^x al$ d.: de B: om. $H\theta Frob.2$ 8 oppugnatione
 $M^7(M^2?)A^7N^4H(-gnagnat-\theta)$ Edd.: oppugnationib. em PR, cf. (o
dittogr.) 27. 34. 5 adn.: oppugnationib. in (uel im-) π^2R^2N (sed impera
tis D)

Hannibal, ut consulem adesse sensit, in castra recipit, nunc
iisque misso ad eos qui in arce erant ut sibimet ipsi consu-
erent nocte motis castris abiit. Et qui in arce erant igni ro-
nicto tectis quae tenebant ut is tumultus hostem morare-
ur, agmen suorum fugae simili cursu ante noctem adsecuti-
unt.

Scipio ut et arcem relictam ab hostibus et uacua uidit 8
castra, uocatos ad contionem Locrenses grauiter ob defec-
tionem incusauit; de auctoribus supplicium sumpsit bonaque 2
orum alterius factionis principibus ob egregiam fidem ad-
uersus Romanos concessit. Publice nec dare nec eripere se 3
uicquam Locrensibus dixit; Romam mitterent legatos;
uam senatus aequum censuisset, eam fortunam habituros.
lud satis scire, etsi male de populo Romano meriti essent, 4
meliore statu sub iratis Romanis futuros quam sub amicis
arthaginiensibus fuerint. Ipse Pleminio legato praesi- 5
ioque quod arcem ceperat ad tuendam urbem relicto, cum
uibus uenerat copiis Messanam traiecit.

Ita superbe et crudeliter habiti Locrenses ab Carthagini- 6
isibus post defectionem ab Romanis fuerant ut modicas
iurias non aequo modo animo pati sed prope libenti pos-
nt; uerum enim uero tantum Pleminius Hamilcarem pree- 7
dii praefectum, tantum praesidiarii milites Romani Poenos
elere atque auaritia superauerunt ut non armis sed uitiis

9 adesse ΠN Edd. : esse $H\theta$ recipit ΠN Frob. 2, cf. § 6 et 27.

9 adn. : recepit $B^2N^4H\theta$ ald. arce $\Pi^1N\theta$: arce sensit P

ipsi $\Pi N\theta$ Gron. : ipsis H . ald. Frob. 1. 2, cf. 27. 3. 2 adn.

cursu $A^7N^4H\theta$ Edd. : curu $\pi(A?)N$: cur $M?$: del. M^3

8 2 principibus πB^1 (-cibus B) : principiis H 3 eripere Π

Π Edd. : accipere H 5 ceperat $\Pi N\theta$ Edd. : acceperat H

et crudeliter ΠN ald. : crudeliterque $H\theta$ Frob. 2 animo C^4A

$H\theta$ Edd. : animi π libenti Sp ut uid. $M^3A^7H\theta$ et (sed lub.,

t. recte in antithesi antiquitus usitata, cf. Cic. ad Att. 2. 4. 2) πN :

libenti D : libenti uideri ald. et sic Frob. 2 7 Pleminius C^4M^1A

H (plom-) θ : plenius π (cf. c. 6. 16) praesidiarii $C^4\theta$: praesi-

ri (uel pres-) π (perperam citat P Luchs) NH : praesidii M^1 (-ia M)

scelere $\Pi N\theta$: om. H superauerunt ΠN ald. Frob. 1. 2:

perarunt $H\theta$ uitiis (-ci- BD) $\Pi N\theta$: diuitiis H

8 uideretur certari. Nihil omnium quae inopi inuisas opes potentioris faciunt praetermissum in oppidanos est ab duce aut a militibus; in corpora ipsorum, in liberos, in coniuges 9 infandae contumeliae editae. Iam auaritia ne sacrorum quidem spoliatione abstinuit; nec alia modo tempa uiolata sed Proserpinae etiam intacti omni aetate thesauri, praeterquam quod a Pyrrho, qui cum magno piaculo sacrilegii sui 10 manubias rettulit, spoliati dicebantur. Ergo sicut ante regiae naues laceratae naufragiis nihil in terram integri praeter 11 sacram pecuniam deae quam asportabant extulerant, tum quoque alio genere cladis eadem illa pecunia omnibus contactis ea uiolatione templi furorem obiecit atque inter se ducem in ducem, militem in militem rabie hostili uertit.

9 Summae rei Pleminius praeerat; militum pars sub eo 2 quam ipse ab Regio adduxerat, pars sub tribunis erat. Rapto poculo argenteo ex oppidani domo Plemini miles fugiens sequentibus quorum erat, obuius forte Sergio et Matieno 3 tribunis militum fuit; cui cum iussu tribunorum ademptum poculum esset, iurgium inde et clamor, pugna postremo orta

8 potentioris θ ald. Frob. 1.2: potentiores ΠNH (-rum C⁴): potentis $N^x?$ ab duce aut $\Pi N\theta$: abducebant H a (militib.) πN . ald. Frob. 1.2: om. $DH\theta$ 9 Iam $Sp?$ (an Rhen?) $A^6H\theta$ (sc. 'iam uero' cf. e.g. 9. 19. 9 et Verg. G. 2. 57): nam ΠN . ald. Frob. 1.2 (sc. 'nam de auaritia quid dicam?', pari iure (cf. c. 6. 14; 26. 7. 3 adnn.) ne sacrorum $\Pi N\theta$: nec agrorum H aetate π^2N . ald. Frob. 1.2: ae P: aeuo (uel eno) $N^3(uix N^4)H\theta$ thesauri $R^2MBDAN\theta$ (tes- K) cf. c. 18. 4 adn.: thensauri (hen- C: ten- C⁴) PCR 10 asportabant (-bat $\pi N?$) $CA^7N^1?$ ald. (sc. 'primo incepto'): asportauerant Sp $H\theta$ Frob. 2 extulerant (-rat πN) $CM^2A^7N^2$ uel $N^4H\theta$ ald.: extulerunt $Sp?$ Frob. 2 11 contactis] -tact- $\pi N\theta$: -tract- DH ea uiolatione $P^4CA^8N^4$ rescriptus $H\theta$: ea utolatione PR: e adulacione (sed -acti se ad.) R^2MBD : adulacionem AN hostili C⁴ A⁷ N⁴ rescriptus $H\theta$ ald. Frob. 1.2: hoste ΠN

9 1 ab (Regio) $\Pi N\theta$: sub H adduxerat CA^xNK . ald. Frob. 1.2: abduxerat $\pi SpHJ$ 2 oppidani domo $\Pi N\theta$: oppidanis mode H Plemini ΠNH (-meni): pleminii $A^6\theta$ miles fugiens (fyg- P: frng- R) π^2R^2 : milites fugiens (-entes A¹?) H Matieno θ (mac- K) H (-ne) ald. Frob. 1.2 (et mat- Π in 6. 9): metieno Π (-nus M¹ uel M² ubi Sergius supra ab M scriptum est)

inter Plemini milites tribunorumque, ut suis quisque opportunus aduenerat multitudine simul ac tumultu crescente. Victi Plemini milites cum ad Pleminium cruorem ac uolnera 4 ostentantes non sine uociferatione atque indignatione concurrissent probra in eum ipsum iactata in iurgiis referentes, accensus ira domo sese proripuit uocatosque tribunos nudari ac uirgas expediri iubet. Dum spoliandis iis—repugnabant 5 enim militumque fidem implorabant—tempus teritur, reuente milites feroce recenti uictoria ex omnibus locis, uelut aduersus hostes ad arma conclamatum esset, concurrerunt; et cum uiolata iam uirgis corpora tribunorum uidissent, tum 6 ero in multo impotentiores subito rabiem accensi sine respectu non maiestatis modo sed etiam humanitatis, in egatum impetum lictoribus prius indignum in modum mulcatis faciunt. Tum ipsum ab suis interceptum et seclusum hostiliter lacerant et prope exsanguem naso auribusque utilitatis relinquunt.

9 fidemque $\Pi NH\theta$: fidem Gron., optime (cf. e.g. per te deos oro),
sed cf. 40. 9. 7 (et fort. Sall. Iug. 14. 25) ; si hic et in loc. cit. sana lectio
est, locutio antiqua Liui saltē aetate iam male comprehensa fuisse
uideatur eorum . . . quicquam rei $A^8N^8H\theta$ Edd. : eo ΠN ,
litteris non amplius liv perditis (fort. iii lineis), cf. 26. 51. 8 adn.
10 in ducibus M^7 (aut aut in d.) $A^v\theta$ Edd. : audacibus π : in audacibus
(-tib- N) AN : om. II (alt. aut omittens) cessat $A^vH\theta$ Edd. :
cesserat ΠN : cessit N^2 : cessen? A^8 concurrerunt] -curr- MB
 $DANH\theta$: -cucurr- PCR, sed cf. 8. 7. 9 adn. et Neue-Wagener III
p. 353 cum C^4 uel C^5M^1 (non M^7) $N^2H\theta$: om. π : a AN
11 contactos $C^xM^1BN^1?H\theta$ et sic uoluit A^8 (-tactactos *praebens*) : con-
tractos π : contractactos (-ctact- A) AN furor $\pi A^8N^1H\theta$: furoris
 AN 14 dein . . . dein π : deinde . . . deinde (dein M) MAN ;
cf. c. 3. 9 adn. uincula πN , cf. c. 9. 8 adn. : uincula $AH\theta$
seruilibus *Rhen.* dubitanter sed recte (u. adn. sq.) : seruilibusque $\Pi N\theta$
ald. Frob. 1. 2, cf. 26. 11. 12 adn. (a) cruciendo SpFrob. 2 : cruci-
andos *Hvat* (-atos θ) : trucidatos cruciando ΠN . ald. (sc. corruptela
post -que additum orta) : cruciatos trucidando *Gron.*, bene si repetitio
(tru)cid- : (oc)cid- toleratur

‘Has dea poenas a templi sui spoliatoribus habet, nec ante 15
desinet omnibus eos agitare furiis quam reposita sacra
pecunia in thesauris fuerit. Maiores quondam nostri graui 16
Crotoniensium bello, quia extra urbem templum est, trans-
ferre in urbem eam pecuniam uoluerunt; noctu audita ex
delubro uox est: abstinerent manus, deam sua defensuram.
Quia mouendi inde thesauros religio incussa erat, muro 17
circumdari templum uoluerunt; ad aliquantum iam altitu-
linis excitata erant moenia cum subito conlapsa ruina sunt.
Sed et nunc et tunc et saepe alias dea suam sedem suumque 18
emplum aut tutata est aut a uiolatoribus grauia piacula
exegit: nostras iniurias nec potest nec possit aliis ulcisci
juam uos, patres conscripti. Ad uos uestramque fidem 19
upplies confugimus. Nihil nostra interest utrum sub illo
egato sub illo praesidio Locros esse sinatis an irato Hanni-
bali et Poenis ad supplicium dedatis. Non postulamus ut
xtemplo nobis, ut de absente, ut indicta causa credatis:
eniat, coram ipse audiat, ipse diluat. Si quicquam sceleris 20
uod homo in homines edere potest in nos praetermisit, non
ecusamus quin et nos omnia eadem iterum si pati possumus
atiamur et ille omni diuino humanoque liberetur scelere.’

Haec cum ab legatis dicta essent quaesissetque ab iis 19

15 nec ante *A⁸N⁴Hθ Edd.*: *om.* ΠΝ: non *C⁴* eos *C⁴ANHθ*:
π (cf. 27. 17. 12 adn.): eas *M⁷?* pecunia in *A⁸N⁴Hθ*: in (*om.* in
²*N²?*) pecunia si (sit *D*) ΠΝ thesauris] *u.* § 4 adn.
5 Crotoniensium] -niens- *B¹Frob. 2*, cf. c. 36. 4 et *Plin. N. H.* 3. 72
't. Dial. p. 6): -nens- ΠΝ⁴(cort- *N*: cot- *N¹*)*Hθ* noctu π:
octe *BAN⁴(-ta N)Hθald.Frob. 1.2* uox est *A⁸N⁴Hθ Edd.*:
π ΠΝ post sua add. tempa π*B¹(-lum B)NHθ*: *seclusit Madv.*
etissime (et *praecipue offendit Pluralis*) 17 circumdari ΠΝ:
reum-(uel -un-)dare *A⁸Hθald.Frob. 1.2* ad *A⁸N⁴ rescriptus H*
ald.Frob. 1.2: *om.* ΠΝ: in *Madv. olim* 18 et (etiam *H*) nunc
: tunc *N⁴Hθald.Frob. 1.2*: et (etiam *N*) nunc ΠΝ et *A^x*: nunc et
nθ: tunc et nunc *A⁸* 19 nostra Π*A⁸N⁴Hθ*: nunc *AN*
terest ΠΝ *Edd.*: interest p. c. *Hθ, fort. recte* Non postulamus
.. scelere (ad fin. capititis)] *om.* *C* ut indicta *Sp?HFrob. 2*:
dicta θald.: uindicta (-tae *B²*: -te *AN*) ΠΝ: ut indicata *N⁴ ut s. l.*
20 homines (-em *A^v*) edere π*NH*(*sed -ne sed- RMBDA?NH*)
d.Frob. 1.2: hominem (-ne *N⁴*) seuire *A^vN⁴θ*

Q. Fabius detulissentne eas querellas ad P. Scipionem, responderunt missos legatos esse sed eum belli apparatu occupatum esse et in Africam aut iam traiecerat aut intra 2 paucos dies traiecturum; et legati gratia quanta esset apud imperatorem expertos esse cum inter eum et tribunos cognita causa tribunos in uincula coniecerit, legatum aequem sontem aut magis etiam in ea potestate reliquerit.

3 Iussis excedere templo legatis, non Pleminius modo sed etiam Scipio principum orationibus lacerari. Ante omnes Q. Fabius natum eum ad corrumpendam disciplinam militarem arguere: sic et in Hispania plus prope per seditionem militum quam bello amissum; externo et regio more et indulgere licentiae militum et saeuire in eos. Sententiam deinde aequem tricem orationi adiecit: Pleminium legatum uinctum Romam deportari placere et ex uinculis causam dicere ac, si uera forent quae Locrenses quererentur, 6 in carcere necari bonaque eius publicari: P. Scipionem quod de prouincia decessisset iniussu senatus reuocari, agique cum tribunis plebis ut de imperio eius abrogando ferrent ad populum: Locrensisbus coram senatum respondere

19 1 Q. (uel quintus) *C¹ANθ*: om. C: que π (sed absque pro ab iis Q. D), cf. c. 15. 2: que M: quam H esse et in Hθald. Frob. 1.2: esset in π: esse in P¹ uel P²CM¹B²AN: et in Med. 2, fort. recte 2 gratia quanta (-tā C: -tum B) πB¹Nθ Aldus: quanta gratia H: gratiam quanta Edd. ante Ald. cognita causa tribunos A¹ N⁴Hθ Edd.: om. ΠN, linea xx litt. ob δρ. perdita, cf. 26. 51. 8 adn. uincla] u. c. 9. 8 adn. reliquerit CM¹B²A⁸N²θ: re linquerit πN: liquerit H 3 templo π (sc. 'e curia'): e templo Sp?H Frob. 2 (cum forma praepositionis prava ante t-): extemplo B?A K: ex templo A⁸NJ. ald. lacerari ΠNH: lacerati θ eum ΠN. ald.: om. Sp?Hθ Frob. 2 (cf. c. 20. 3) 4 prope per Sp?N⁴H Frob. 2: proter PCR: propter MBDAN: prope θald. (sed cum seditione K. ald.) quam bello . . . militum] om. B: supplet B¹ indulgere] -re Hθald. Frob. 1.2: -ri πB²N, cf. 27. 4. 13 adn. aequē πN(eque)ald.: aquae C (aeq. C⁴): om. Sp?H⁶ Frob. 2 5 quererentur C⁴BANθ et (sed quaer-) π: fererent SpH (-ntur), unde assererent Rhen. publicari] -ri B^xN¹ ut s. l. Hθ: -rei π: -re P¹ uel P²CM²DAN (cf. § 4 et 27. 4. 13 adn.) 6 decessisset (-iset N) ΠNθald., recte: decessit SpHVat: decesserit Frob. 2 iniussu C^xM³B²(-usu B)AN²θ: iniussus πNH

quas iniurias sibi factas quererentur eas neque senatum
neque populum Romanum factas uelle; uiros bonos soci- 7
osque et amicos eos appellari; liberos coniuges quaeque
ilia erepta essent restitu: pecuniam quanta ex thesauris
Proserpinae sublata esset conquiri duplamque pecuniam in
hesauros reponi, et sacrum piaculare fieri ita ut prius ad 8
collegium pontificum referretur, quod sacri thesauri moti
pertinet uiolati essent, quae piacula, quibus dis, quibus hostiis
ieri placeret: milites qui Locris essent omnes in Siciliam 9
transportari: quattuor cohortes sociorum Latini nominis in
raesiduum Locros adduci.

Perrogari eo die sententiae accensis studiis pro Scipione 10
t aduersus Scipionem non potuere. Praeter Plemini faci- 11
us Locrensumque cladem ipsius etiam imperatoris non
Romanus modo sed ne militaris quidem cultus iactabatur:
um pallio crepidisque inambulare in gymnasio; libellis 12
um palaestraeque operam dare; aeque [segniter] molliter
shortem totam Syracusarum amoenitate frui; Carthaginem 13
tque Hannibalem excidisse de memoria; exercitum omnem
centia corruptum, qualis Sucrone in Hispania fuerit, qualis
unc Locris, sociis magis quam hosti metuendum.

6 quas (quam πC^1 : quas CM^2B^x) iniurias sibi $\pi HFrob.2$: quas
bi iniurias $AN\theta ald.$ (cf. 26. 5. 17 adn.) eas $\Pi N\theta ald.$: om. $Sp?$
 $Frob.2$ Romanum (uel r.) $B^1 ald.$ $Frob.1.2$: om. ΠNH^0 , sed in
 $n. consulto$ necesse est factas uelle $\pi \theta Frob.2$: uelle factas AN
 $d.$ (cf. c. 3. 10 adn.) 7 liberos $A^8N^4H\theta$: om. ΠN pecu-
am $\pi N^2\theta$: pecunia MHN thesauris] u. c. 18. 4 adn.
roserpinae] -pinae $C^2M^2B^2DAN(-ne)H\theta$: -uinae π : -pina C
et sacram . . . ita $\Pi N\theta ald.$ $Frob.1.2$: om. $Sp HVat$, xxv uel xxiv litt.
 $rditis$, cf. 28. 2. 16 adn. ut prius $C^4M^2A^8H\theta$: utrius πB^x :
riusque BA: ut utriusque N moti aperti Sp ut uid. $A^8N^4H\theta$
 $d.$ $Frob.1.2$ (cf. c. 20. 10): moti ΠN uiolati $\Pi NSp?H\theta$ (et sic
elius in sen. consulto): uiolatique $C^4N^4ald.$ $Frob.1.2$ 9 qui
 $^2NH^0$: qui qui P, quod probat Gron. 10 et aduersus Scipionem
 $N. ald.$ $Frob.1.2$: om. $Sp H\theta$, xix litt. ob δμ. perditis, cf. § 8 et 28. 2. 16
ln. 12 cum ΠNH^0 : etiam $Sp?Frob.2$: etiam eum ald.
gniter molliter ΠNH , fort recte (cf. 27. 16. 6 adn.): segniter molliter-
ie $A^{\theta} ald.$ $Frob.1.2$, fort. recte (cf. 26. 11. 12 adn. (c)) : maluimus seg-
ter secludere (cf. 27. 34. 5 adn.) 13 metuendum $PCRB?A^8$
 θ : metuendum $\pi^2R^1N. ald.$ $Frob.1.2$

20 Haec quamquam partim uera partim mixta eoque similia
 ueris iactabantur, tamen uicit Q. Metelli sententia qui de
 2 ceteris Maximo adsensus de Scipionis causa dissensit: qui
 enim conuenire quem modo ciuitas iuuenem admodum unum
 reciperandae Hispaniae delegerit ducem, quem recepta ab
 hostibus Hispania ad imponendum Punico bello finem
 creauerit consulem, spe destinauerit Hannibalem ex Italia
 3 retracturum, Africam subacturum, eum repente, tamquam
 Q. Pleminium, indicta causa prope damnatum ex prouincia
 reuocari, cum ea quae in se nefarie facta Locrenses quere-
 rentur ne praesente quidem Scipione facta dicerent, neque
 aliud quam patientia aut pudor quod legato pepercisset in-
 4 simulari posset? Sibi placere M. Pomponium praetorem,
 cui Sicilia prouincia sorti euenisset, triduo proximo in pro-
 uinciam proficisci: consules decem legatos quos iis uideretur
 ex senatu legere quos cum praetore mitterent, et duos tri-
 5 bunos plebei atque aedilem; cum eo consilio praetorem
 cognoscere; si ea quae Locrenses facta quererentur iussu
 aut uoluntate P. Scipionis facta essent, ut eum de prouincia
 6 decedere iuberent; si P. Scipio iam in Africam traieceret,
 tribuni plebis atque aedilis cum duobus legatis quos maxime

20 i tamen (tum *J*) uicit πB¹Hθ: uicit tamen AN.ald. Frob. 1.2, cf.
c. 3. 10 *adn.* 2 unum *Sp* ut *uid.* A⁸N⁴Hθ: om. ΠN
 delegerit *Sp* ut *uid.* A⁸Hθ: delegarit ΠN bello M² uel M⁷*Sp*
 ut *uid.* A⁸N⁴Hθ: om. ΠN Hannibalem ex Italia retracturum
 Africam subacturum *Sp?*HθFrob. 2 (af. sub. h. ex italia ('-la *P*' *Luchs*,
 falso) detracturum ΠN): *siglum pro -rum clarius facere uoluit N⁴*; de
 ordine in *P* confuso cf. 28. 2. 15 *adn.* (et 27. 2. 6 *adn.*) 3 eum *Sp*
 ut *uid.* A⁸N⁴Hθald.: om. ΠN (cf. c. 19. 3) damnatum (dampn-
J: dampr- *H*) *Sp* ut *uid.* A⁸?N⁴ *rescriptus Hθ*: damnaturum (-torum
P) Π¹N posset ΠN.ald.: possit M²(M⁷?)HθFrob. 2, *uix recte*
post quererentur et dicere, nisi fort. in O. R. fuisse statuis 'quere-
 bantur . . . dicere . . . pepercit . . . possit' (*quod uix probandum*
est), cf. 27. 17. 14 *adn.* 4 M. *P*: om. *N*: add. in marg. libūtū
N⁴, sed utrum hoc loco praenomen aliquod in exemplari suo corruptum
 inserere an liberum tum ante aliud (§ 3 *supra*) addere uoluerit non
 liquet euenisset Hθ Edd.: uenisset ΠN consules ΠN et
N⁴-es restituens θ: consul HN² et (duos) ΠN Edd.: om. Hθ
 plebei (ble- *N*) ΠN, cf. Prisc. 7. 19. 93: pl^l K: plebis A⁸*J*:
 bleb' *N³* 6 aedilis B²A^vθ: ediles A⁸?H: aedilem ΠN (ed-), cf.
 27. 40. 7 *adn.*

idoneos praetor censuisset in Africam proficiscerentur, tri- 7
 buni atque aedilis qui reducerent inde Scipionem, legati
 qui exercitui preecessent donec nouus imperator ad eum
 exercitum uenisset: si M. Pomponius et decem legati com- 8
 perissent neque iussu neque uoluntate P. Scipionis ea facta
 esse, ut ad exercitum Scipio maneret bellumque ut propo- 9
 suisset gereret. Hoc facto senatus consulto, cum tribunis 9
 plebis actum est aut compararent inter se aut sorte legerent
 qui duo cum praetore ac legatis irent: ad collegium ponti- 10
 ficum relatum de expiandis quae Locris in templo Proser-
 pinae tacta ac uiolata elataque inde essent.

Tribuni plebis cum praetore et decem legatis profecti 11
M. Claudius Marcellus et M. Cincius Alimentus; aedilis
 plebis datus est quem, si aut in Sicilia praetori dicto audiens
 non esset Scipio aut iam in Africam traieciisset, prendre
 tribuni iuberent, ac iure sacrosanctae potestatis reducerent.
 Prius Locros ire quam Messanam consilium erat. ~~X~~

Ceterum duplex fama est quod ad Pleminium attinet. 21
 Alii auditis quae Romae acta essent in exsilium Neapolim
 untem forte in Q. Metellum unum ex legatis incidisse et

7 aedilis ΠC^4 (-lem C) $N\theta$: ediles $M^2B^2N^4$ ut s. l. II legati
 ui ΠN : legatique $N^4H\theta$ 8 si M. $\pi B^2A^8N^1\theta$: si B : sin AN :
 n. M. *ald.* *Frob.* 1. 2, *cf. c.* 3. 3 ad exercitum $M^1(M^2?)A^8H\theta$:
 e exercitum π : exercitum C : de exercitu B^xAN : in exercitu N^4
 'd. *Frob.* 1. 2: cum exercitu C^4 : omni exercitu A^v 9 actum est A^8
 ' θ ald. *Frob.* 1. 2: factum esset (est N^4) ΠN aut (comp.) $\pi S\beta?N^4H$
 rob. 2: ut M^2 ($M^7?$) ut s. l. $AN\theta$ ald. inter se aut sorte lege-
 nt $A^8N^4H\theta$ ald. *Frob.* 1. 2: om. ΠN , xxiii litt. ob -rent|rent perditis,
 26. 51. 8 adn. 10 collegium A^8N^4 ut s. l. $H\theta$: concilium ΠN
 post relatum add. et πN : recte om. $CN^4H\theta$ ald. *Frob.* 1. 2:
 ripsit est pro et Alscheski (et sic M^2 uel M^7 Lov. 5), sed de et in-
 'icio *cf.* 27. 4. 12 adn. ac uiolata elataque $A^8N^4H\theta$ ald. *Frob.* 1. 2
 'd sine ac A^8 *Edd.*): uiolataque ΠN , *cf.* 26. 11. 12 adn. (b)
 de essent $\Pi N\theta$: indecenter H , *more suo* 11 datus est quem
 ' $N^4H\theta$ *Edd.*: datusque (-quae C) ΠN traieciisset ΠN . *ald.*
 ob. 1. 2: transisset $H\theta$ Locros $C^4M^3\theta$: locrens πN : locrenses
 : locris N^1H (*cf. c.* 21. 4)
 21 1 attinet A^8N^1H act. θ : attinent ΠN Romae $CB^1A^8N^2$
 s. l. $H\theta$: roma πN Q. $C^1M^3B^2A^8N^4H\theta$: quem π : que P^x :
 ac C : q m $A?$: om. N

2 ab eo Regium ui retractum tradunt : alii ab ipso Scipione
legatum cum triginta nobilissimis equitum missum qui Q.
Pleminium in catenas et cum eo seditionis principes coni-
3 cerent. Ii omnes seu ante Scipionis seu tum praetoris
iussu traditi in custodiam Reginis sunt.

4 Praetor legatique Locros profecti primam, sicuti manda-
tum erat, religionis curam habuere ; omnem enim sacram
pecuniam quaeque apud Pleminium quaeque apud milites
erat conquisitam, cum ea quam ipsi secum attulerant, in
5 thesauris reposuerunt ac piaculare sacrum fecerunt. Tum
uocatos ad contionem milites praetor signa extra urbem
efferre iubet castraque in campo locat cum graui edicto si
quis miles aut in urbe restitisset aut secum extulisset quod
6 suum non esset : Locrensibus se permittere ut quod sui
quisque cognosset prenderet, si quid non compareret re-
peteret ; ante omnia libera corpora placere sine mora
Locrensibus restitui ; non leui defuncturum poena qui non
7 restituisset. Locrensum deinde contionem habuit atque

1 ui retractum $PRMA^8\theta$: iure C : iure tractum C^2BDANH
2 qui Q. $N^3 uel N^6 ut uid. ald. Frob. 1.2$: qui Π : q. $A^8NH\theta$: Q. N^2
conicerent ΠN : conjectos $A^8\theta$: coirent H 3 traditi π
 $A^8\theta$: om. AN : tradit N^2 (*non* N^4) : tradit. i H sunt $A^8H\theta$
ald. Frob. 1.2 : om. ΠN 4 Praetor ΠN Edd. : pretores $A^8N^4H\theta$
(cf. c. 20. 4 adn.) Locros $C^2M^2B^2A^8N^1\theta$ (-is ΠN) primam M^1
ald. Frob. 1.2 : p. r. primam ΠN : primum $A^8H\theta$ Pleminium
quaeque (-quae N^4) apud $A^8N^4\theta$ Edd. : om. ΠN , haud amplius xx
litt. ob δμ. perditis, cf. 26. 51. 8 adn. cum ea quam $A^8N^3(N^4)$
 $H\theta$ Edd. : om. ΠN 5 ad (contionem) ΠN ald. (cf. e.g. 28. 26.
12) : in $SpH\theta$ Frob. 2 (cf. e.g. 24. 28. 1) in campo . . . quisque
om. D secum $\pi R^2N\theta$: om. RH quod suum non esset
 $A^8N^4H\theta$ ald. Frob. 1.2 : om. ΠN , xvi litt. ob -sset] -sset deperditis, cf. 26.
51. 8 adn. sui (-is C?) quisque πC^1N : suum quisque $A^8\theta$ ald.
Frob. 1.2 : quisque suum H cognosset πB^1N : cognoscet BDA
 N : cognosceret $A^8N^3 uel N^4H\theta$ ald. Frob. 1.2, pari iure prende-
ret $\Pi N\theta$: prehenderet H , cf. 26. 27. 7 adn. si quid non . . .
repeter[et] Ta^2 in marg. (u. sqq.) : om. ut uid. Ta comparere
 $C^4B^2N^4$ ut s. l. $H\theta$ Edd. : compararet (-rararet P) ΠN : compara-
henderet Ta^2 repeteret $Ta^2A^8N^3 uel N^4H\theta$ Edd. : unde ΠN
(del. N^1), unde repetendum Gron. 6 corpora $A^8N^4H\theta$: om. Γ
 N placere sine mora $Sp?A^8H\theta$ Frob. 2 : placeres in eo mora π
pace res sine omni mora AN : placere sine omni mora N^1 ald.
restitui [non] leui defun[ctu]rum poen[a qui] non resti[tuisse]
lucren[sium] scripsit Ta^2 in marg. partim desecto (cum nota omissione
praefixa)

iis libertatem legesque suas populum Romanum senatumque restituere dixit; si qui Pleminium aliumue quem accusare uellet, Regium se sequeretur: si de P. Scipione publice queri uellent ea quae Locris nefarie in deos hominesque facta essent iussu aut uoluntate P. Scipionis facta esse, egatos mitterent Messanam; ibi se cum consilio cognituru. Locrenses praetori legatisque, senatui ac populo Romano gratias egerunt: se ad Pleminium accusandum ituros: Scipionem, quamquam parum iniuriis ciuitatis sua doluerit, cum esse uirum quem amicum sibi quam inimicum malint esse; pro certo se habere neque iussu neque uoluntate P. Scipionis tot tam nefanda commissa, sed aut Pleminio minium [aut] sibi parum creditum, aut natura insitum quicquidam esse ut magis peccari nolint quam satis animi ad indicanda peccata habeant. Et praetori et consilio haud mediocre onus demptum erat de Scipione cognoscendi. Leminium et ad duo et triginta homines cum eo damnatur erunt atque in catenis Romam miserunt. Ipsi ad Scipionem profecti sunt ut ea quoque quae uolgata sermonibus tant de cultu ac desidia imperatoris solutaque disciplina militiae comperta oculis referrent Romam.

7 si qui πSp?HFrob.2: si quid D: si quis C⁴ANθald. De qui et
iis post si ut pronominiis adhibitis cf. Neue-Wagener II, p. 439
iumue quem Sp?A⁸HθFrob.2: aliumque aliumue ΠN: aliumue C²
θald. se ΠN.ald.: om. HθFrob.2 8 esse (legatos)
1⁹Hθ Edd.: essent ΠN 9 legatisque P^xM²ANHθ: lega-
sque π ante senatui add. et Hθald.Frob.1.2: recte ignorant ΠN,
28. 40. 2 (ceteri) adn. 10 malint Sp?N² uel N⁴ ut s. l. (sed
all-) Hθ: mallent ΠN.ald. 11 sed aut CM²: sed haud ΠN: sed
missa sed haud P, cf. c. 1. 23 adn.: sed N¹? : sed quia N⁴Hθ
sibi Forchhammer: aut sibi ΠNHθ, uix recte 11 aut
atura) ΠNHθald.: aut ut N²: ut ut N^x: om. Frob.2 (nouam sent.
nat. incipiens) 12 habeant P⁴ uel P⁶CM⁵B²DA⁸Hθ: li abeant
RM: libeant BAN 13 duo πHθ, cf. 26. 13. 7 adn.: duos Sp?
NH^x (pro ad duo et praeb. alias ald.) 13 sunt ut N⁴Hθ:
nt A⁸: om. ΠN et A^v? : ut C⁴ solutaque CMB^xA^v?H(-lit-)θ:
luta quae π: soluta AN disciplina (-am π: -aq. AN) militiae
C^xM^xBA^xN^x: militie disciplina Hθald.Frob.1.2, fort. recte, nisi uox
litiae uoci imperatoris opposita stat, sicut illa, in fine clausulae (cf.
am 27. 37. 5 adn.) referrent (-erent RMBAN)PCM²(M⁷)
D.ald.: perferrent Sp?Hθ (praef. J), fort. recte

22 Venientibus iis Syracusas Scipio res, non uerba ad purgandum sese parauit. Exercitum omnem eo conuenire, classem expediri iussit, tamquam dimicandum eo die terra marique cum Carthaginiensibus esset. Quo die uenerunt hospitio comiter acceptis, postero die terrestrem naualemque exercitum, non instructos modo sed hos decurrentes, classem in portu simulacrum et ipsam edentem naualis pugnae ostendit; tum circa armamentaria et horrea bellique alium apparatum uisendum praetor legatique ducti. Tantaque admiratio singularum uniuersarumque rerum incussa ut satis crederent aut illo duce atque exercitu uinci Carthaginiensem populum aut alio nullo posse, iuberentque quod di bene uerterent traicere et spei conceptae quo die illum omnes centuriae priorem consulem dixissent primo quoque tempore compotem populum Romanum facere; adeoque laetis inde animis profecti sunt, tamquam uictoram non belli magnificum apparatus nuntiatur Romam essent.

22 i iis $P^4CM^xB^2H$: is AN : hiis C^4J : his N^2K : siis π : om. D
 purgandum $\Pi N\theta$, sed inter -d- et -u- nescioquid litterae -s- antiquae formae (f) simile scripsit P^1 uel P^2 : oppugnandum H
 sese parauit (repar- MBD) π^1 uel $\pi^2Sp?HFrob.2$: sese paruit P : se
 prae-(uel pre-)parauit $AN\theta ald.$ 2 uenerunt $C^xM^3ANH\theta$: euer-
 nerunt π comiter acceptis Ta^2 ut uid. (sed -ceptis obliterato) ΠN :
 comiter accepti $N^2?H\theta ald.Frob.1.2$ exercitum ΠNHK : exer-
 citus $A^v ald$ (sed hic cum M naualesq.) $Frob.1.2$, fort. recte: excitum J
 modo $M^3A^8N^2?H\theta$: domo (-os D) ΠN 3 armamentaria C^4A
 N : armenta aria π : armamenta N^4HK : armentaria CMB^x : orna-
 menta J horrea bellique alium (aliumque belli $ald.Frob.1.2$)
 apparatum $C^2A^8N^4HJ Edd.uet.$: alia horrea bellique apparatum K :
 horratum (del. h- M^1) $\Pi(A?)$, linea fort. xx litt. perdita, cf. 26. 51. 8
 $adn.$: hostea N : horrea ad belli apparatum $Madv.$ (olim) $Em.$ p. 420:
 horrea ad * * * aliumque belli apparatum $Weissenb.$, non male: nos,
 si quid mutandum, ad ante arm. addere malimus, ut aduerbio circa
 secunda pars operae legatorum primae illi parti opponatur qua spec-
 tando tantum ex uno loco defuncti erant 4 uniuersarumque
 $A^8N^4H\theta Edd.$: que π , cf. 26. 11. 12 $adn.(b)$: om. M^1AN
 alio nullo $\Pi N.ald.$: nullo alio $H\theta Frob.2$ (ordo usitator ideoque minus
 habet ponderis), cf. 27. 37. 5 $adn.$ 5 traicere . . . facere MK ,
 $Gronouium confirmantes$: traicere (-rent N : -ret $Rhen.$ $Frob.2$) . . .
 faceret (-rent $A^8N^2?HJ$) $\pi NHJ.ald.Frob.1.2$ (cf. c. 2. 2 $adn.$)
 6 nuntiaturi $\Pi N\theta$: nuntiari P (cf. 27. 1. 11 $adn.$) Romam
 $P^1?DANH\theta$: roma PRM · romae CM^1B

Pleminius quique in eadem causa erant postquam Romam 7
est uentum extemplo in carcerem conditi. Ac primo pro-
ducti ad populum ab tribunis apud praeoccupatos Locren-
tium clade animos nullum misericordiae locum habuerunt :
ostea cum saepius producerentur, iam senescente inuidia 8
nollebantur irae ; et ipsa deformitas Plemini memoriaque
bsentis Scipionis fauorem ad uolgum conciliabat. Mortuus 9
amen prius in uincis est quam iudicium de eo populi per-
ceretur.

Hunc Pleminium Clodius Licinus in libro tertio rerum 10
romanarum refert ludis uotiuis quos Romae Africanus
erum consul faciebat conatum per quosdam quos pretio
rruperat aliquot locis urbem incendere ut effringendi car-
eris fugiendique haberet occasionem ; patefacto dein scelere
elegatum in Tullianum ex senatus consulto.

De Scipione nusquam nisi in senatu actum, ubi omnes 11

8 molliebantur irae $\Pi N.ald.$: molliebatur (moli- HJ) ira $Sp?H\theta$
rob.2 fauorem $Sp(fab.)A^8N^4H\theta Frob.2$: fatiorem P : faciliori-
m P^2C (-lior-) : facillionis $RMB DAN$: fac N^2 : facilius eos $A^v ald.$

9 populi $\Pi N.ald.$: om. $Sp?H\theta Frob.2$ 10 Hunc . . . sena-
[s consulto] totum om. $Vat H$: praebent $\Pi N\theta$. Haec omnia minimis
ne de causis impugnauerunt Luchs 1879 et alii. Prorsus eadem loco
o aliis uerbis in 34. 44. 6 narrat Liuius sine Licini mentione ; nec
dare possumus quemquam alium stilum Liuianianum tam accurate
titari potuisse (de uoce delegatum cf. inf.) ; ne longi simus, sat erit
firmare unam quamque uocem huius narrationis in eo ordine positam
e quem Liuius se amasse sescenties demonstrat (fort. scriba archetypi
ld. $Vat H$ sigla in exemplari suo aliqua interpretatus est uelut notam
'endi')

Licinus A. Augustinus : licinius $\Pi N\theta$; -nus recte si
m fuit quem commemorat Suet. de Gram. 20 et C.I.L. I². 1. 473; etiam
idem fuit, nihil obstat quin credamus (cf. adn. praecc.) eum res
m. scripsisse prius quam Liuius hanc adnotacionem — praecipue si eam
ster (ut 4. 20. 5-11 al., cf. John Rylands Lib. Bulletin, vol. x, p.

3) contextui posterius ipse adsuit quos $A^8\theta$: quod ΠN
ringendi Weissenh. : fringendi P (u. effecerunt § 11 inf.) : frangi
 $\Pi^2N\theta$: refringendi Luchs (ex 34. 44. 7) delegatum $\Pi N\theta$
g-)ald. $Frob.1.2$: deiectum $Madv.$, cf. 30. 5. 4 (colleg- pro conic-
sed uocem delegatum fort. (quod iam suspicatus erat Duker) de-
das ut ex Licino citatam coniicioque eum ex usu aliquo serm.
jn. (cf. Tac. Dial. 29) sic pro 'translatum' scripsisse ; in tali re-
et locutio uolgaris per euphemismum tolerari (e.g. anglice 'to exe-
' pro 'to execute death upon') ; cf. etiam Tert. anim. 35. Fort.
egatum malis conicere

legatique et tribuni classem exercitum ducemque uerbis extollentes effecerunt ut senatus censeret primo quoque tempore in Africam traiciendum Scipionique permitteretur 12 ut ex iis exercitibus qui in Sicilia essent ipse eligeret quos in Africam secum traiceret, quos prouinciae relinquenteret praesidio.

23 Dum haec apud Romanos geruntur, Carthaginienses quoque cum speculis per omnia promunturia positis percontantes pauentesque ad singulos nuntios sollicitam hiemem egissent, 2 haud paruum et ipsi tuendae Africae momentum adiecerunt societatem Syphacis regis, cuius maxime fiducia traiecturum 3 in Africam Romanum crediderant. Erat Hasdrubali Gisgonis filio non hospitium modo cum rege, de quo ante dictum est cum ex Hispania forte in idem tempus Scipio atque Hasdrubal conuenerunt, sed mentio quoque incohata 4 adfinitatis ut rex duceret filiam Hasdrubalis. Ad eam rem consummandam tempusque nuptiis statuendum—iam enim et nubilis erat uirgo—profectus Hasdrubal ut accensum cupiditate—et sunt ante omnes barbaros Numidae effusi in uenerem—sensit, uirginem a Carthagine arcessit maturatque 5 nuptias; et inter aliam gratulationem ut publicum quoque

11 post classem add. eam Π^2N (meam P)ald. : om. $Sp?N^2H\theta Frob.2$
effecerunt $A^8H\theta$ Edd. : fecerunt ΠN 12 eligeret P^4 ue
 $P^3Sp?Frob.2$: licet $\Pi NH\theta$ (cum ipsi M^1 uel $M^2AN\theta$) : legeret add
praesidio A^8N^4 punctis rescriptis $H\theta$: quos praesidio ΠN (cf
27. 44. 1 adn.)

23 1 geruntur $Sp?B^2A^8H\theta Frob.2$: gerentur π : gererentur $CM^3?A$
 $N.ald.$ promunturia] -tur- π (et in cc. 27. 8 et 12; 35. 13; 30.
24. 8) : -tor- $ANH\theta$ percontantes] -cunct- $\Pi NH\theta$, cf. 27. 43. 5
adn. 2 crediderant] -rant Ta^2 (om. Romanum crediderant Tc
ut uid. : add. Ta^2) $H\theta$: -runt $\Pi N\theta ald. Frob.1.2$ 3 Hasdrubali Γ
 NJ Edd. (cisi- π : gisg- $CM^1?B^2DAN\theta$) : hasdrubalis A^8N^4 ut s. l.
 HK incohata] -ta ΠN : -te N^4 ut s. l. $H\theta$; u. etiam 28. 35. 1 adn

4 consummandam (-uma- CN) $\Pi N.ald.$ (cf. e.g. 28. 17. 3)
confirmandam $Sp?H\theta Frob.2$ enim et $\Pi N.ald.$: enim $Sp?H\theta$
 $Frob.2$, fort. recte (de et in P addito cf. 27. 4. 12 adn.) barbaros
Numidae $A^8H\theta$ Edd. (numidae barb. ΠN , cf. 28. 2. 15 adn.)
uenerem $CM^1B^2A^8N^1H\theta$: ueterem πN arcessit, cf. 26. 22. 2
adn. : accessit (-ensit RMD) πN : accersit $C^2M^7A^v?H\theta$

foedus priuato adiceretur societas inter populum Carthaginensem regemque, data ultro citroque fide eosdem amicos inimicosque habituros, iure iurando adfirmatur.

Ceterum Hasdrubal, memor et cum Scipione initae regi 6
societatis et quam uana et mutabilia barbarorum ingenia
essent, ueritus ne, si traieceris in Africam Scipio, paruum 7
iunctum eae nuptiae essent, dum accensum recenti amore
Numidam habet perpellit blanditiis quoque puellae adhibitis
ut legatos in Siciliam ad Scipionem mittat per quos moneat
eum ne prioribus suis promissis fretus in Africam traiciat;
se et nuptiis ciuis Carthaginiensis, filiae Hasdrubalis quem 8
uiderit apud se in hospitio, et publico etiam foedere cum
populo Carthaginiensi iunctum optare primum ut procul ab 9
Africa, sicut adhuc fecerint, bellum Romani cum Cartha-
giniensibus gerant, ne sibi interesse certaminibus eorum
armaque aut haec aut illa abnuentem alteram societatem
equi necesse sit: si non abstineat Africa Scipio et Cartha-
gini exercitum admoueat, sibi necessarium fore et pro terra
Africa in qua et ipse sit genitus et pro patria coniugis suae
roque parente ac penatibus dimicare.

Cum his mandatis ab rege legati ad Scipionem missi 24
yracysis eum conuenerunt. Scipio quamquam magno mo- 2
mento rerum in Africa gerendarum magnaue spe destitutus
erat, legatis propere priusquam res uolgaretur remissis in
Africam litteras dat ad regem quibus etiam atque etiam 3

5	Carthaginiensem] -sem $C^1H\theta$: -sum C : -sium ΠN	ultra
-o pleniore cal., cf. 27. 2. 10 adn.)	$B^2AN\theta$: ultra π	6 initiae
gi $CM^1B^2ANSp? \theta Frob. 2$: inita (-ta in ras. in P) regi (-is D) π :		
itiae regiae <i>Vat. ald.</i> si $P^xCM^3BAN\theta$: sit π		7 paruum
<i>N. ald. Frob. 1. 2</i> : paruulum $Sph\theta$, cf. c. 29. 5		recenti . . . ad-
bitis P^xCM^1 et M^2 (uel $M^?$) $ANH\theta$: regenti . . . adhanbitis π		
optare ΠN : ortari (uel hor-) $A^8H(-re)\theta$	10 pro terra Africa	
(A?) N : propter africam $A^8?N^4H\theta$	patria $P^xCM^2(M^?)AN\theta$	
am π)	patria coniugis . . . Cum his (c. 24. 1) om. II	
24 i his $CR^3MBDANK$ Edd.: iis PR : his J		2 Scipio
quamquam $A^8N^2H\theta$ Edd.: scipionis am (tam- P^2) quam P : scipioni		
cipio AN) tamquam $CRMBDAN$	propere $A^8N^2H\theta$ Edd.:	
ope πN : quoque D	3 atque etiam ΠN Edd.: om. II	

monet eum ne iura hospitii secum neu cum populo Romano initae societatis neu fas fidem dexteras deos testes atque 4 arbitros conuentorum fallat. Ceterum quando neque celari aduentus Numidarum poterat—uagati enim in urbe obuersatique praetorio erant—et, si sileretur quid petentes uenissent, periculum erat ne uera eo ipso quod celarentur sua sponte magis emanarent, timorque in exercitum incederet ne simul cum rege et Carthaginiensibus foret bellandum, auertit a uero falsis p[ro]aeoccupando mentes hominum, 5 et uocatis ad contionem militibus non ultra esse cunctandum ait; instare ut in Africam quam primum traiciat socios reges. Masinissam prius ipsum ad C. Laelium uenisse 6 querentem quod cunctando tempus tereretur: nunc Syphacem mittere legatos idem admirantem quae tam diurnae morae sit causa postulantemque ut aut traiciatur tandem in Africam exercitus aut, si mutata consilia sint, certior fiat ut 7 et ipse sibi ac regno suo possit consulere. itaque satis iam omnibus instructis apparatisque et re iam non ultra recipiente cunctionem, in animo sibi esse Lilybaeum classe

3 initae (-te NK) $C^4AN\theta$: inita π , cf. c. 23. 6 adn. neu fas F
 $A^8Edd.$: ne fas $\Pi^2uel \Pi^1N$: neu $N^4H\theta$ dexteras ΠN : dexteras
 $H\theta$ (pari iure cf. e.g. 21. 43. 4; 22. 29. 11) 4 uagati $P^4M^7A^8H$
 θ : uacati (uoc- B^2D) ΠN praetorio $A^8N^4H\theta$: pretio ΠN , cf.
27. 1. 11 adn. sileretur $M^7ANH\theta$: siletur π ipso quod
ald. $Frob. 1. 2$: ipso quo $\Pi NH\theta$ in exercitum incederet *Gron.*,
cf. c. 10. 3 et 28. 46. 15: in exercitu incederet (incid- $P^4uel P^3M^7$):
in (*om.* in $H\theta$) exercitum incederet $H\theta$ ald. $Frob. 1. 2$ (*sed fortuiti casus*
notio hic aliena est), cf. 27. 15. 16 adn.: in exercitu insideret *Madv.*
Em. p. 421, *fort. recte* (n. e.g. 28. 26. 7): *fort.* in *delendum* (cf. 28. 3.
10) 5 ait $P^3uel P^4CM^4A^8N^4H\theta$: apt P : at *RM*: ad *BDAN*:
del. B^2 prius ipsum $N^4H\theta$ $Frob. 2$: ipsum (ipsius $N?$ uel N^2 :
ipsium $N?$) prius ΠN . $ald.$ (cf. 28. 2. 15 adn.) ad *C. K*: ad ΠN
 $ald. Frob. 1. 2$: ad consulem HJ 6 quae tam . . . postulantemque
 $A^8N^4H\theta$ *Edd.*: que ΠN , *ii lineis ut uid. ob δι. perditis*, cf. 26. 51. 8
adn. ut aut ΠN : ut $H\theta$ ipse $A^8N^4H\theta$: *om.* ΠN
suo possit P^4 , cf. 27. 17. 14 adn.: suo posset ΠN . $ald.$: possit *Sp?H*
Frob. 2 7 instructis apparatisque $N^4H\theta$ $ald. Frob. 1. 2$ et (*sed para-*
tisque) *Weissenb.*: instructisque ΠN , cf. 26. 11. 12 adn. (b): instructis
Gron.: comparatis instructisque $A^v?$ (*ita paratis iam omnibus in-*
structisque Iac. Gron., codicem D paene secutus qui ratis pro satis
praebet)

traducta eodemque omnibus peditum equitumque copiis contractis quae prima dies cursum nauibus daret dis bene iuuantibus in Africam traicere. Litteras ad M. Pomponium 8 mittit ut, si ei uideretur, Lilybaeum ueniret ut communiter consulerent quas potissimum legiones et quantum militum numerum in Africam traiceret. Item circum oram omnem 9 naritimam misit ut naues onerariae comprehensae Lilybaeum omnes contraherentur.

Quicquid militum nauiumque in Sicilia erat cum Lilybaeum conuenisset et nec urbs multitudinem hominum neque portus naues caperet, tantus omnibus ardor erat in Africam 11 traiciendi ut non ad bellum duci uiderentur sed ad certa ictoriae praemia. Praecipue qui superabant ex Cannensi exercitu milites illo non alio duce credebant nauata rei publicae opera finire se militiam ignominiosam posse. Et 12 cipio minime id genus militum aspernabatur, ut qui neque d Cannas ignavia eorum cladem acceptam sciret neque illos aequa ueteres milites in exercitu Romano esse exper- posque non uariis proeliis modo sed urbibus etiam oppug- andis. Quinta et sexta Cannenses erant legiones. Eas se 13 aiecurum in Africam cum dixisset, singulos milites in- pexit, relictisque quos non idoneos credebat in locum eorum subiecit quos secum ex Italia adduxerat, suppleuitque ita eas 14

7 dis, cf. 28. 28. 11 adn. : deis πΝ: diis Ηθ: de his CD 8 mittit
 . Lilybaeum] has vi uoces bis scripsit P (cf. c. 1. 23) sed et pro ei
 aebet in primo temptamine: quod in altero scripsit P dd. P¹
 potissimum legiones et ΠΝ² uel Ν⁴(potess- N)ald.(leg. pot. et) : le-
 giones potissimum SpΗθFrob.2 (sine et nimis rhetorice), cf. 27. 37.
 adn. 9 omnem SpΑ⁸Ηθ marit. omn. ΗΚ)Frob.2: om. ΠΝ
 1. comprensae C⁴M²(M⁷?): comprehendere A⁸Ν⁴Ηθ : com-
 essae (uel -se) ΠΝ 10 nauiumque A⁸Ν⁴ΗΚ Edd. : nauium
 : quae P, cf. 26. 11. 12 adn. (b): om. ΠΝ conuenisset ΠΝ⁰
 1. (-ent HFrob.2) 12 ignavia M²Ν² uel Ν⁴θ : ignaviae ΠΝ
 ullos ΠΝΗθ: ullo Duker, bene, sed longius distat exercitu
 aequa ueteres milites ΠθAldus: milites aequa (uel eq-) ueteres
 Ν Edd. ante Ald. : equites ueteres militesque Ν⁴ (-q- deleuerat Ν²
 noce eque) expertsque A⁸Ν⁴Ηθ: inexpertosque ΠΝ (-tesq
 7) sed SpΗθFrob.2: et π, cf. 26. 29. 3 adn. : sed (set Ν: et
) in AN.ald. 14 eas ΠΝ Edd.: has Ηθ

16, 80

legiones ut singulae sena milia et ducentos pedites, trecenos haberent equites. Sociorum item Latini nominis pedite equitesque de exercitu Cannensi legit.

25 Quantum militum in Africam transportatum sit non paruo numero inter auctores discrepat. Alibi decem milia peditum duo milia et ducentos equites, alibi sedecim milia peditum mille et sescentos equites, alibi parte plus dimidia rem auc tam, quinque et triginta milia peditum equitumque in naue imposita (inuenio). Quidam non adiecere numerum, inter quos me ipse in re dubia poni malim. Coelius ut abstine numero, ita ad immensum multitudinis speciem auget: uoluntates ad terram delapsas clamore militum ait tantamque multitudinem concendisse naues ut nemo mortalium aut in Italia: aut in Sicilia relinqui uideretur.

5 Milites ut naues ordine ac sine tumultu concenderent ipse eam sibi curam sumpsit: nauticos C. Laelius, qui classi praefectus erat, in nauibus ante concendere coactos continebant: commeatus imponendi M. Pomponio praetori curata: quinque et quadraginta dierum cibaria, e quibus quindecim dierum cocta, imposta. Ut omnes iam in nauibus erant, scaphas circummisit ut ex omnibus nauibus gubernatoresque et magistri nauium et bini milites in forum conuenirent ad imperia accipienda. Postquam conuenerunt

14 ducentos $\pi N J$ (-ntos D): cc^{tes} H: cc^{tos} K trecenos *Glarea nus*: tricenos ΠN : trecenos P^5 : ccc H θ

25 **1** paruo $\Pi N H\theta$: par Sp (pari Rhen.) **2** Alibi $\Pi N \theta$: ali N¹(non N⁴)H (et alii parte inf. H) **2** Alibi $\Pi N \theta$: ali sedecim . . . alibi] om. I sescentos] dc $\pi N Edd.$: quingenti (uel -tos) A⁸H θ in uenio ed. *Mog.* 1518 (quod fort. post auctam malis): nesciunt ΠN 3 malim (-li *RMBD*) $\pi M^7 Sp? H\theta Frob.$ **2**: malui *N. ald.* Coelius *P*, cf. 27. 27. 13 *adn.* ad (imm.) $\Pi N H\theta$: in *Madv. olin Em. p. 421* **4** ait tantamque A⁸H θ : aitque (atque *CAN*: ai atque *N⁴*) tantam ΠN **5** naues ΠN : in naues *H\theta ald. Frob.* **1. 2** concenderent] -rent $\pi N K$: -re D: -runt H θ in nauibus ΠN nauibus *Sp? Frob.* **2**: et nauibus *N⁴ H*: in naues *A⁴ ut uid. \theta ald.* **6** cura data *PSp? H\theta Frob.* **2**: cura dat π^2 : curam dat *M⁷ BAN. ala v et xl ΠN (sed plene hi in § 9) ald.: xxxv *SpA⁸ ut s. l. H Frob.* **2**. (sed in § 9 xlv *Sp* (plene ?)(H θ) omnibus *A⁸ N⁴ H θ Edd. om. ΠN conuenirent *M⁷ A⁸ N⁴ H θ* : conuenerunt ΠN**

primum ab iis quaesiuit si aquam hominibus iumentisque in totidem dies quot frumentum imposuissent. Vbi responde- 9 runt aquam dierum quinque et quadraginta in nauibus esse, tum edixit militibus ut silentium quieti nautis sine certami- ne ad ministeria exsequenda bene oboedientes praestarent. daf;
 cum uiginti rostratis se ac L. Scipionem ab dextro cornu, ab 10 laevo totidem rostratas et C. Laelium praefectum classis cum M. Porcio Catone—quaestor is tum erat—onerariis futurum praesidio. lumina in nauibus singula rostratae, bina onerariae 11 haberent: in praetoria naue insigne nocturnum trium lumi- num fore. Emporia ut peterent gubernatoribus edixit.— 12 Fertilissimus ager eoque abundans omnium copia rerum est regio, et imbelles—quod plerumque in uberi agro euenit —barbari sunt priusque quam ab Carthagine subuenire- tur opprimi uidebantur posse.—Iis editis imperiis redire ad 13 naues iussi et postero die dis bene iuuantibus signo dato soluere naues.

Multae classes Romanae e Sicilia atque ipso illo portu 26 profectae erant; ceterum non eo bello solum—nec id nimur; praedatum enim tantummodo pleraque classes

8 aquam $C^xM^2ANSp\theta$: aliquam π in $\pi SpHFrob.2$: neces-
 ariam in $AN\theta ald$, cf. 28. 12. 13 adu. $\theta Edd.$: quod ΠN
 H : quo C^4 (*post imposuissent add. haberent A^v?*) 9 respon-
 lerunt $\pi H\theta$: responsum est $AN.ald.Frob.1.2$ (*stile certe Litiano*)
 v et xl] u. § 6 10 rostratis se $\Pi N\theta$: rostris se $Hvat$
 ac L. $A^8N^4H\theta$: ab l. ΠN (*ab pracsumpto, cf. c. 5. 6*
 $dn.$) 11 ab laevo (*uel leuo*) $A^r?N^4H\theta$: aeuum π : laeuum P^2CM^2
 B^2AN 12 praesidio $\Pi N Edd.$: praesidium $A^8N^1H\theta$ one-
 ariae $C^4M^7A^8H$ hon- $\theta Edd.$: oneratae (*uel -te*) $\Pi(hon-D)N$
 haberent M^7A^8N *uel* $N^1\theta$: habent ΠN ? in (praet.) $\Pi N\theta$: et N^4
 H 13 praetoria]-ria πA^8N^4 *ut s. l. H\theta: -riae P^1 *uel* P^2AN
 naue $C^xM^2A^8N^1H\theta$: naues ΠN (*insigne ante nau. AN: corr. A^{8N⁴}*)
 12 Emporia ut $\Pi N\theta$: tempori aut N^1H omnium Sp^2
 $H\theta Frob.2$: omnia π : omni $C^xB^2A^5?N.ald.$ priusque $\Pi NSp?Frob.$
 : prius N^2HK : prius quoque A^rald : prius quod $J?$ ab (Cart.)
 $?H$: om. πR^2N : a $A^8N^4\theta$ (*Carthaginem M⁷*) subueniretur
 ubu- $A^8N^4H\theta$: cur u- π : conu- CAN : u- M^7 uidebantur A^8
 $J^4H\theta$: uideantur (-entur $C^1?$) ΠN 13 Iis PR : his $CMDHK$: .
 iis $BANJ$ editis $CB^1?A^8N^4J$: ediis (editis AN) editis (ed-
 d- D) πN (cf. 27. 34. 5 adn.): editis B^2K dis] cf. 28. 28. 11
 $dn.$*

ierant—sed ne priore quidem ulla profectio tanti spectaculi
 2 fuit; quamquam, si magnitudine classis aestimares, et bini
 consules cum binis exercitibus ante traicerant et prope
 totidem rostratae in illis classibus fuerant quot onerariis
 3 Scipio tum traiciebat; nam praeter quadraginta longas naues
 4 quadringentis ferme onerariis exercitum trauexit. Sed et
 bellum bello secundum priore ut atrocius Romanis uideretur,
 cum quod in Italia bellabatur tum ingentes strages tot exer-
 5 cituum simul caesis ducibus effecerant, et Scipio dux partim
 factis fortibus partim suapte fortuna quadam tingentit ad in-
 6 clementia gloriae celebratus conuerterat animos, simul et
 mens ipsa traiciendi nulli ante eo bello duci temptata,
 quod ad Hannibalem detrahendum ex Italia transferendum
 que et finiendum in Africa bellum se transire uolgauerat.
 7 Concurrerat ad spectaculum in portum omnis turba non
 habitantium modo Lilybaei sed legationum omnium ex Sicilia
 quae et ad prosequendum Scipionem officii causa conuene-

26 i priorē ΠN Edd.: prior $C^x A^8 N^2 H\theta$ 2 classis ΠN . ald.
 (sc. gen. sing.): classes $Sp? A^8 H\theta$ Frob. 2 (nescientes profectionem sub-
 audiri) aestimares, et Sp ut uid. A^8 (si inseq. non delens) $N^4 H\theta$ (sed
 extim- $H\theta$): es- (uel aes-) timaret (-es C) sed si πC^4 3 trauexit
 πN : transuexit $CM^2 BD\theta$ ald. Frob. 1. 2 4 priorē $A^8 H\theta$: priori
 ΠN , pari iure (cf. 27. 18. 14 adn.) sed post priorē (§ 1) fort. minus pro-
 babile cum quod $A^6 H$ Edd.: tum quod θ : cum quo ΠN
 tum ΠN : cum N^1 ut s. l.: tum quod $A^v \theta$ 5 partim (suapte)
 $\Pi N Sp$ ut uid. ald.: om. $H\theta$ ingenti ad $\Pi N Sp? H\theta$ Frob. 2: in-
 gentis ad ald. (Gron.): indulgenti ad Heerwagen: ingens iam ad
 Weissenb.: in ingentia Madv.: ingenita ad Giers: post gloriae add.
 re Harant, momento M. Mueller (bene, si causa erroris pateret), unde
 libratu (uocab. ravissimum) ante celebratus excidisse conicit Thoresby
 Jones: nos si quid excidit coniciebamus post quadam tale fuisse quale
 (ingens, fauore uolgi quoque) ingenti (certe suā fortunā ingens *Liuianum nobis uidetur esse*) 6 temptata, quod ad Hannibalem $A^8 N^4$
 in marg. $H\theta$ ald. Frob. 1. 2: om. ΠN , sc. xxiv uel (cum sq.) xxvi litteras,
 cf. 26. 51. 8 adn. Nobis tamen 'temptare mentem faciendi' uix Latinum uidebatur; fort. in ii lineis a P omissis stetisse conicias temptatae
 rei et quod ad H. de- et in exemplari Spirensiano -tae rei et in -ta
 corruptum esse detrahendum $N^4 H\theta$ Edd.: trahendum ΠN
 Italia $M^2 A^8 N^2 H\theta$ Edd.: sicilia ΠN uolgauerat (sed uul-) $H\theta$
 (garat K) Edd.: uulgatera P: uulgata (-tum N) erat $\Pi^2 A^x$
 7 legationum $A^8 H\theta$: lat- (nat- CM^3) ionum π , cf. c. 2. 3 et 27. 1. 11
 adn.: latinorum AN et ad (pros.) $Sp? H\theta$ Frob. 2: ad $\pi C^4 N$. ald.:
 om. C

rant et praetorem prouinciae M. Pomponium secutae fuerant; ad hoc legiones quae in Sicilia relinquebantur ad 8 prosequendos commilitones processerant; nec classis modo prospectantibus e terra, sed terra etiam omnis circa referta turba spectaculo nauigantibus erat.

Vbi inluxit, Scipio e praetoria naue silentio per praeconem 27 facto 'Diui diuaeque' inquit 'qui maria terrasque colitis, uos precor quaeisque uti quae in meo imperio gesta sunt geruntur postque gerentur, ea mihi populo plebique Romanae sociis nominique Latino qui populi Romani quique meam ^{Polyb.} ~~sectam~~ imperium auspiciumque terra mari amnibusque sequuntur bene uerruncent, eaque uos omnia bene 3 iuuetis, bonis auctibus auxitis; saluos incolumesque uictis perduellibus uictores spoliis decoratos praeda onustos triumphantesque mecum domos reduces sistatis; inimicorum hostiumque ulciscendorum copiam faxitis; quaeque populus 4 Carthaginiensis in ciuitatem nostram facere molitus est, ea ut

8 quae $P^4A^8N^4(N^2?)H\theta$: quae (uel -que) in hoc legationes quae ΠN , cf. c. 1. 23 adn. sed terra $\Pi^1N\theta$ (om. e terra θ): sed tamen terra P : sed ora *Madv. Em. p. 422* nauigantibus . . . silentio (c. 27. 1) $A^8N^4H\theta$: om. ΠN , fort. *iii lineis ob ὄμ. deperditis*, cf. 26. 51. 8 adn.

27 2 diui diuaeque $SpA^8\theta Frob.2$: dii deeque (deq. C) C^2M^4AN *ald.* (uel deaeq.): diuidaeque π , cf. 27. 1. 11 adn. qui] hic SpH $Frob.2$: ante colitis $M^3(-que M)AN$. *ald.* : om. π uti ΠN . *ald.* : om. $SpH\theta Frob.2$, non male gesta ΠN . *ald.* $Frob.1.2$: acta $SpH\theta$

ante geruntur *add.* et AN . *ald.* : nesciunt $\pi H\theta Frob.2$ postque gerentur $A^4H(-unt-) \theta$ *Edd.* : om. ΠN , clausulam heroicam lestruentes (et plures in §§ 2 et 3 latent uersus) qui (pop.) $\Pi NH\theta$: *nalit* quique Johnson mari amnibusque $\pi NH\theta$: om. *D* (*cum erra*): marique *Held. Madv. Luchs* alii, qui uel omnibusque uel omnibus post Latino uel post sequuntur inserebant, colorem antiquum neglententes: pro amnibus recte citat *Weissenb.* formulam sim. ap. *Polyb.* 7. 9. (cf. etiam *Verg. Aen.* 12. 181) sequuntur *DHK* (sec- πNJ) uerruncent, eaque *PSp* (sed bis bene uerruncent scripsit *Sp*) $H Frob.2$: uerrun- (-rim- *D*) que π^2 : ueretant. rantque A : uertant que (que N) CN : uertant eaq. $N^4ald.$: uertunto (-do *K*) eaque $A^8\theta$; auctibus *Frob.2*: auctoribus $\Pi NH\theta$ *Edd.* ante *Mog.* (cf. 27. 20. 8 *idn.*): auibus *ed.* *Mog.* 1518 auxitis $\Pi NH\theta$ *Frob.2* (cf. *fax- in q. et de forma antiqua in formulis seruata* 26. 33. 14): adsitis (uel ass-) $A^8\theta$ *ald.* praeda onustos (hon- *AN*) ΠN *Edd.* : om. $SpH\theta$ 4 ea ut $A^3N^4H\theta$: aut π : ut *C^xBAN*

mihi populoque Romano in ciuitatem Carthaginiensium exempla edendi facultatem detis.'

5 Secundum has preces cruda exta caesa uictima, uti mos est, in mare proiecit tubaque signum dedit proficisciendi.
 6 Vento secundo uehementi satis prouecti celeriter e conspectu terrae ablati sunt; et a meridie nebula occipit ita uix ut concursus nauium inter se uitarent; lenior uentus in alto
 7 factus. Noctem insequentem eadem caligo obtinuit: sole orto est discussa, et addita uis uento. Iam terram cernebant.
 8 Haud ita multo post gubernator Scipioni ait non plus quinque milia passuum Africam abesse; Mercuri promunturium se cernere; si iubeat eo dirigi, iam in portu fore omnem
 9 classem. Scipio, ut in conspectu terra fuit, precatus deos uti bono rei publicae suoque Africam uiderit, dare uela et alium
 10 infra nauibus accessum petere iubet. Vento eodem ferebantur; ceterum nebula sub idem ferme tempus quo pridie exorta conspectum terrae ademit et uentus premente nebula
 11 cecidit. Nox deinde incertiora omnia fecit; itaque ancoras ne aut inter se concurrerent naues aut terrae inferrentur
 12 iecere. Vbi inluxit, uentus idem coortus nebula disiecta aperuit omnia Africae litora. Scipio quod esset proximum

5 exta (esta *J*) caesa uictima θ ald. *Frob.* 1. 2 : exta cesam uictimam A^8N^4H : extam (-tram *P*: -ta CB^2A) uictimam (-ma *A*) $\pi R^2(R?)N$ (*sed crudaxtam M*) est $\Pi N\theta$ ald.: om. *SpH**Frob.* 2 projectus $\Pi NSpH\theta$ *Frob.* 2 : porrigit *ald.* 6 prouecti recte *Weissenb.*: *profecti* $\Pi NH\theta$ e $\Pi N\theta$ ald. (*cf. de forma* 28. 2. 5) : om. *SpH**Frob.* 2 occipit (*ecc. P¹?*) *PRSpθ* (*cf. e.g. Tac. Ann.* 12. 12. 5): accepit *C*: cepit *MAN* (*nebulae MAN*: -la $M^2A^5N^1$): exceptit *B*: ecce pio *D*: occuperat *ald.*: exstitit (*om. ita*) *Gron.* uix ut Π *N*: ut uix *HK*. *ald.* *Frob.* 1. 2 : uix N^2J 7 discussa CA^8N^4 ut *uid.* *Hθ*: diseussa *P*: dies fussa *P²*: dies ussa *RMDAN*: dies ipsa (-se B^2) *B* 8 post *PCM*¹ uel $M^2SpH\theta$ *Frob.* 2 : titu (-us *AN*) post *RMBDAN*: post titus *N⁴*: post *T.* *Posthumius ald.* (*titu ex ita repetito ortum est*) 9 deos $A^8N^4H\theta$: om. ΠN uiderit ΠN *Edd.*: uideret $A^8H\theta$ (*perperam, nam iam uiderat*) alium $\Pi N\theta$: altum N^2H 10 ademit $P^4CM^2(M^7?)H\theta$: aduenit (-emit *A*) π *N*: adiuit $?M^2$ 11 inter se . . . aut terrae $A^8N^4H\theta$ (*sed om. hoc aut A⁸*): interrae π , sc. xxv litt. ob -ter | ter- perditis, cf. 26. 51. 8 *adn.*: in terra *P⁴CM¹*: in terra hec *AN* (*hec fort. ex 'hic defit' siglo ortum est*)

promuntorium percontatus cum Pulchri promunturium id uocari audisset, 'Placet omen;' inquit 'huc dirigate naues.' Eo classis decurrit, copiaeque omnes in terram expositae sunt.

Prosperam nauigationem sine terrore ac tumultu fuisse permultis Graecis Latinisque auctoribus credidi. Coelius ¹⁴ minus praeterquam quod non mersas fluctibus naues ceteros omnes caelestes maritimosque terrores, postremo abreptam empestate ab Africa classem ad insulam Aegimurum, inde legre correctum cursum exponit, et prope obrutis nauibus ¹⁵ niussu imperatoris scaphis, haud secus quam naufragos, nilites sine armis cum ingenti tumultu in terram euasisse.

II Per eosdem forte dies cum Laelius et Masinissa quinto decimo ferme die in Numidiam peruenissent, Maesulii, regnum paternum Masinissae, laeti ut ad regem diu desideratum concessere. Syphax pulsis inde praefectis praesi-diisque suis ueteri se continebat regno, neutquam quieturus. Stimulabat aegrum amore uxor sacerque, et ita uiris equisque abundabat ut subiectae oculis regni per multos florentis annos uires etiam minus barbaro atque impotenti animo spiritus possent facere. Igitur omnibus qui bello apti erant in unum coactis equos arma tela diuidit; equites in turmas,

19 quidem $\pi NHV\theta$, mire: sedusimus, quamquam causa additamenti non appareat: tandem Madv., bene: ibi quidem Zingerle: scripsit (primi) quidem ordinis pontes M. Mueller: alia alii 20 Sexaginta H et sic uoluit P (ex pro lx scripto): sex $\pi^2 N$.ald. Frob. 1.2, unde sedecim (i.e. se x) coniecit Alschefski: XL (uel plene) $A^8 V\theta$ abstractae (-te B) πN .ald. Frob. 1.2: tracte $HV\theta$: abstrate D pro re $\pi N\theta$: prope D: pro HV sed πNSp ut uid. $HV\theta$ ald.: fuit et Madv. Em. p. 428, non necess. gratior $M^7 Sp A^8 N^4$ uel $N^2 H\theta$: grauior πN (ubi -u- iam ab N^1 uel N^2 notata erat): gratior uictoria V: maior ald. adsiduas $P^4? CM^7$ uel $M^2 ANHV\theta$ (ass- hi quinque): assidua (ads- P) π (cf. 27. 17. 12 adn.) unum $PCA^8 N^2 H\theta$: num MBD : non AN (cf. 28. 25. 13): nunc $M^2(M^7?)$ ad- (uel af-) fulserat $M^x(?M^1) ANHV\theta$ et C^2 (afu-): adfulserant (adflux- B) π (afu- C) B^2 (cf. 27. 17. 4 adn.)

II 1 ferme $\pi^2 HV\theta$: perme P Maesulii Weissenb., cf. 29. 29. 10: massylii Siganus: masaesuli (uel -ses-) πN (masaaes- DN) θ (non ut in §§ 8, 11) diu $\pi N\theta$ ald. Frob. 1.2: om. $Sp HV$, cf. 27. 39. 12 adn. neutquam $HJMed$. 1 ald. Frob. 1.2: neuticam πN : ne utique VK 3 Stimulabat (tim- B: stib- C) $\pi B^2 N$.ald.: stimulabant $Sp N^4 HV\theta$ Frob. 2 florentis $C^2 M^8 Sp? HVK$: florentes $A^8 N^4 J$.ald.: flores πN minus πNHK : unius V: nimis J spiritus πN (spc) HV : spem $A^x? \theta$ 4 coactis $C^4 M^2(M^7?) ANHV\theta$: coacti π , cf. 27. 17. 12 adn. in turmas $M^2(M^7?) A^8 N^2 HV\theta$: interuias πN

pedites in cohortes, sicut quondam ab Romanis centurionibus didicerat, distribuit. Exercitu haud minore quam 5 quem prius habuerat, ceterum omni prope nouo atque incondito, ire ad hostes ^{procul} p^{er}git. Et castris in propinquuo 6 positis primo pauci equites ex tuto speculantes ab stationibus progredi, dein iaculis summoti recurrere ad suos; inde excusione*n*s in uicem fieri et cum pulsos indignatio accenderet plures subire, quod irritamentum certaminum 7 equestrium est cum aut uincentibus spes aut pulsis ira adgregat suos.

Ita tum a paucis proelio accenso omnem utrumque pos- 8 tremo equitatum certaminis studium effudit. Ac dum sincerum equestre proelium erat, multitudo Masaesuliorum ingentia agmina Syphace emittente sustineri uix poterat; deinde ut pedes Romanus repento per turmas suis uiam 9 dantes intercursu stabilem aciem fecit absterruitque effuse inuehentem sese hostem, primo barbari segnus permittere equos, dein stare ac prope turbari nouo genere pugnae, 10 postremo non pediti solum cedere sed ne equitem quidem sustinere, peditis praesidio audentem. Iam signa quoque 11 legionum adpropinquabant. Tum uero Masaesulii non

4 in cohortes M^7 (*sed -tis*) A^8N^2 uel $N^4HV\theta$: cohortis (coor- C) πN
 6 speculantes π^2 (-te D) $NHV\theta$: spectaculantes P (*cf. 27. 20.*
 3 adn.) dein $M^2(M^7?)B^2HV$, *cf. 29. 3. 9*: deinde θ : de Π (in
 om. *cf. 26. 13. 7 adn.*): inde *AN.ald.Frob.1.2* 7 uincentibus π
 $N\theta ald.Frob.1.2$: uigentibus *Sp* (*urg- Rhen.*) et sic N^x (*uicentibus iam*
 V^2): ingentibus (*ingeren-* V) HV 8 omnem $\pi N\theta ald.$: omnes
 $Sp?HV Frob.2$ utrimque $\pi NV\theta Edd.$: utrum(-un- *Sp*)que *Sp* H
 equitatum $\pi N.ald.$: equitum *Sp?HV*: exercitum θ
 effudit *Sp* *ut uid. HV\theta ald.Frob.1.2*: effundit πN , *uix recte* sincerum
 cinc- D) πN (-re *AN*): om. *HV\theta ald.Frob.1.2* Masaesuliorum
 τNHJ , *hic et § 11 recte*, *cf. 29. 30. 10 adn.* (-lorum *VK*) 9 suis
uiam] *uiam suis A⁶*: suas *uiam CHV\theta ald.Frob.1.2*, *fort. recte*: suam
uiam PM: *uiam suam BDAN* 10 prope turbari *K.ald.Frob.1.2*:
 propere turbari (-re J) A^8J : propere (prope V) turbati (-bat in H)
 τNHV : temptauerunt (*cum prope uel sine prope*) trepidare turbati
Koch, pauere turbati *Luchs 1879 (non male)*, retro ire turbati *Madv.*
sed nondum retro ibant): alia alii 11 Masaesulii] u. § 8: -uli
 $\tau NHV\theta$

modo primum impetum sed ne conspectum quidem signorum
atque armorum tulerunt; tantum seu memoria priorum
cladum seu praesens terror ualuit.

12 Ibi Syphax dum obequitat hostium turmis si pudore, si
periculo suo fugam sistere posset, equo grauiter icto effusus
opprimitur capiturque et uiuus, laetum ante omnes Masinisi-
sae praebiturus spectaculum, ad Laelium pertrahitur. Caedes
in eo proelio minor quam uictoria fuit quia equestri tantum-
modo proelio certatum fuerat: non plus quinque milia
occisa, minus dimidium eius hominum captum est impetu
in castra facto quo perculta rege amissso multitudo se
contulerat.

3 Cirta caput regni Syphacis erat; eoque ex fuga ingens
hominum se contulerat uis. Masinissa sibi quidem dicere
nihil esse in praesentia pulchrius quam uictorem reciperatum

11 tulerunt πN .ald.*Frob. 1.2*: tulere $HV\theta$ seu (memoria) A^6
(an $A^v?$) $HV\theta$: eu P : eum MB : tunc AN : om. CD terror P^4
 $M^7A^8HV\theta$: error πN (*cf. c. 6. 1*)

12 **2** et uiuus $C^4A^8N^1$ uel $N^2V\theta$: et uisu PC : ut uisu $MBDAN$:
om. H spat. vi litt. relicto pertrahitur πN .ald.: trahitur V :
attrahitur (uel adt-) $H\theta$ *Frob. 2* **2-4** *Hinc cum Madvigio trans-*
tulimus § 3 (Cirta . . . contulerat uis) *ut hae uoces ante § 6 stent* (*u. § 3*
adn. infra); *quippe huic loco (post § 2) illa aliena esse satis constat* (*cf.*
contra Luterbacher Phil. Rundschau 1883, 594) **5** est πN : est
et $HV\theta$ **3** Cirta $C^2(-tha)M^7A^8N?θ$: circa πN ? eoque P
 $M^2AN\theta$: eo quae MBD : eo C : eo quod H Cirta . . . contu-
lerat uis] *Hae uoces in marginem olim uidentur cecidisse ob repetitum*
contulerat, postea perperam post pertrahitur (§ 2) ob mentionem Sy-
phacis inculcatae esse: ibi in archetypo Puteani contulerat in contulit
mutatum est et uoces ex fuga et se omissae. Ordinem uocum ut in
tali re aliter in alio codice contortum nos pro uirili parte restituimus
(u. infra). *Si quis Linium eodem uerbo contulerat bis in locis tam*
propinquis uti noluisse opinatur, consulat 6. 3. 7 adn. et e.g. cc. 25. 1
et 2; 33. 9 et 11; 33. 13 et 16 al. (cf. etiam 29. 30. 4 adn.) ex fuga]
*hic scripsimus: ante contulerat $HV\theta$ ald.*Frob. 1.2*, post contulerat A^8 ut*
uid. : om. πN (add. ante contulit N^4) hominum se contulerat
uis scripsimus: hominum contulit uis (uis contulit AN) πN (om. se
 *πN): uis hominum (hominum uis A^8 ald.) . . . contulerat $A^8HV\theta$ ald.*Frob. 1.2*, qui omnes (cum N^2) praebent se ante ingens* **6** dicere]
*hic $\pi NHV\theta$: ante sibi ald.*Frob. 1.2* recipерatum (sed -cup-) πN*
Edd. (cf. 29. 30. 7 adn.): om. $HV\theta$. Hinc usque ad honorem (c. 15.
12 folium (213) ab *A* scriptum periit: rescriptum est ab *A'*

anto post interuallo patrium inuisere regnum, sed tam secundis quam aduersis rebus non dari spatium ad cessandum ; si se Laelius cum equitatu uinctoque Syphace Cirtam 7 praecedere sinat, trepida omnia metu se oppressurum ; Laelium cum peditibus subsequi modicis itineribus posse. Adsentiente Laelio praegressus Cirtam euocari ad conlocium principes Cirtensium iubet. Sed apud ignaros regis asus nec quae acta essent promendo nec minis nec uadendo ante ualuit quam rex uinctus in conspectum datus st. Tum ad spectaculum tam foedum comploratio orta, et 9 artim pauore moenia sunt deserta, partim repentino consensus gratiam apud uictorem quaerentium patesfactae portae. At Masinissa praesidio circa portas opportunaque moenium 10 imisso ne cui fugae pateret exitus, ad regiam occupandam tato uaudit equo.

Intranti uestibulum in ipso limine Sophoniba, uxor Sy- 11 nacis, filia Hasdrubalis Poeni, occurrit ; et cum in medio gmine armatorum Masinissam insignem cum armis tum etero habitu conspexisset, regem esse, id quod erat, rata enibus aduoluta eius ‘Omnia quidem ut possis’ inquit 12

6 patrium inuisere (inuenisere *M*) πΜ¹Ν.ald. : inuisere receptum trium *HVθ*_{Frob.2} (*de depravationibus Spirensianis* cf. 29. 12. 5 *adn.*)

tam secundis π¹ uel π²C⁴(om. tam *C*)*HVθ* : tamen cundis *P*

dari spatium *A⁸N⁴HVθ* : au (haut *C* : aut *B²* : del. *M²*) spa-

um (spici- *A⁷N*) π*N* 7 uinctoque *A^x* (*linea super uic- postea* *isa*) *Gronouium anticipans* : uictoque π*Nθ* *Edd.* ante *Gron.* : dicto-

HV (due-) subsequi *PCA⁸N⁴* uel *N²IIVθ* : sub *MBDA⁹N*

8 euocari *HVθ*_{ald.Frob.1.2} : eo uocari π*N* regis *C⁴A^r*

HVθ : regi π (-ii *M²*) est *HVθ*_{Frob.2} : esset π*N.ald.. fort.*

nis rhetorice (u. sis *Hale and Buck Lat. Gr.* 507. 4) 10 Et

I.ald.Frob.1.2 : om. *HVθ* cui π*NHVθ* : qui *Wesenberg*

Intranti π*NSp* ut uid. *θald.* : intrantibus *HV* uestibulum

?*M²πSp* ut uid. *A⁶?H*(estib-) *θald.* : uestibulo π*N*, sed add. uestibuli

te limine *A⁷N.ald.* (om. in ipso *A^r* : add. *A⁵*) : del. *N⁴* (vestibuli

ento) Sophoniba π²*N* et sic π*N* in § 22 et c. 15. 4 et 6 : sopho-

busa hic *P*, sed -ibus- ex -ib- perperam uelut ib' intellecto ortum est:

sophonia *C* (sed recte *infra*) : sophoni sua *H* : sophonisba *Vθald.Frob.*

et sic (cum *H*) *infra*, sed cf. *Appian. Pun.* 27 sq. et *Cass. Dio* 17

1m. 57. 51 et *C.I.L.* XIV. 3948 12 possis *A⁸HVθ* : posses π

ald.Frob.1.2, quorum testimonium sequi malit *Johnson* inquit]

π*C⁴A⁸N⁴HVθ* : post quidem *ald.Frob.1.2* : om. π*N*

‘in nobis di dederunt uirtusque et felicitas tua ; sed si capti
 uae apud dominum uitiae necisque suae uocem supplicem
 13 mittere licet, si genua, si uictricem attingere dextram, precon
 quaesoque per maiestatem regiam, in qua paulo ante nos
 quoque fuimus, per gentis Numidarum nomen, quod tibi cum
 Syphace commune fuit, per huiuscēdē regiae deos, qui te melio
 ribus omnibus accipient quam Syphacem hinc miserunt
 14 hanc ueniam supplici des ut ipse quodcumque fert animus
 de captiua tua statuas neque me in cuiusquam Roman
 15 superbum et crudele arbitrium uenire sinas. Si nihil aliud
 quam Syphacis uxor fuisse, tamen Numidae atque in
 eadem mecum Africa geniti quam alienigenae et extern
 16 fidem experiri mallem : quid Carthaginiensi ab Romano
 quid filiae Hasdrubalis timendum sit uides. Si nulla re alia
 potes, morte me ut uindices ab Romanorum arbitrio ord
 17 obtestorque.’ Forma erat insignis et florentissima aetas
 Itaque cum modo (genua modo) dextram amplectens in i
 ne cui Romano traderetur fidem exposceret propiusque
 18 blanditias iam oratio esset quam preces, non in miseri
 cordiam modo prolapsus est animus uictoris, sed, ut es
 genus Numidarum in uenerem praeceps, amore captiuu
 uictor captus. Data dextra in id quod petebatur obliganda
 19 fidei in regiam concedit. Institit deinde reputare secun

12 in nobis πN : in nos A^8N^4 ut s. l. *HVθald.Frob.1.2* di (di
 $CM^5B^2A^rNV\theta$, cf. 28. 28. 11) dederunt $\pi^2NV\theta$: di derunt *P*: dede
 runt *D*: diuiderunt *H* 13 per (gentis) πN : perque *HVθald.Frob.1.2* di
 omnibus $\pi^2M^1A^r\pi^2N\theta$ (hom- *MH*): omnibus *PDAr*
 14 quodcumque πN *Edd.* : quicquid *HV\theta* fert πB^2N
om. B : feret *Hθald.Frob.1.2* : ferret *V* tua N^4 (*uel N^2HV\theta*)
om. πN.ald.Frob.1.2 neque me *πN.ald.* : neque *Sp?Frob.2*
 nec θ : ne *H* : *om. V* 16 uides *πN\theta Edd.* : uidebis *HV* (*pos*
 Carthag. ab *om. D* romano . . . uindices ab *omnia*) ut *πN\thetaald*
 (*sed me morte ut A^rN.ald.*) : *om. Sp?Frob.2* : -t *HV* (*sed mortem et*
 17 modo genua modo *Gron.* : modo $A^8?$ ut s. l. $N^4H\theta\alpha\lambda$
Frob.1.2 : domo πN : demum C^4 iam $A^8HV\thetaald.Frob.1.2$ (se
 ante bland. *Edd.*) : *om. π* : et A^rN 18-19 concedit. Institi
 deinde reputare $A^8N^4HV\theta$ *Edd.* : concedit | re *P*, linea xx litt. omissa
 cf. 26. 51. 8 *adv.* : con- (cum- M^2B^2D)cum- (com- *MB* : con- *D*)uer
 (-bere *AN* : -beret *C*) π^2N

pse quemadmodum promissi fidem praestaret. Quod cum expedire non posset, ab amore temerarium atque impudens mutuatur consilium; nuptias in eum ipsum diem parari 20 epente iubet ne quid relinquere integri aut Laelio aut ipsi Scipioni consulendi uelut in captiuam quae Masinissae iam 21 upta foret. Factis nuptiis superuenit Laelius et adeo non issimulauit improbare se factum ut primo etiam cum Syphace et ceteris captiuis detractam eam (lecto) geniali iittere ad Scipionem conatus sit. Victus deinde precibus 22 Masinissae orantis ut arbitrium utrius regum duorum forinae accessio Sophoniba esset ad Scipionem reiceret, iisso Syphace et captiuis ceteras urbes Numidiae quae raesidiis regiis tenebantur adiuuante Masinissa recipit.

Syphacem in castra adduci cum esset nuntiatum, omnis 13 elut ad spectaculum triumphi multitudo effusa est. Prae- 2 edebat ipse uinctus; sequebatur grex nobilium Numidarum. 3 um quantum quisque plurimum poterat magnitudini Syhacis famaeque gentis uictoriam suam augendo addebat: 4 lum esse regem cuius tantum maiestati duo potentissimi terris tribuerint populi Romanus Carthaginiensisque ut cipio imperator suus ad amicitiam eius petendam relicta 5 ouincia Hispania exercituque duabus quinqueremibus in

19 expedire] -re $\pi M^1 N \theta$: -ret M : -ri HV mutuatur πN
 (mult-) V Edd.: mutuaturum J : imitatur K 20 relinquere integrum $Sp HV \theta$
 tegri $\pi N ald.$ Frob. 1.2: relinquetur (-ret $HV \theta$) $Sp HV \theta$
 ipsi πM^2 Edd.: ipse M : om. $NHV \theta$ 21 improbare se
 ron.: improbare $A^3 N^2 HV \theta$ Edd. ante Gron.: improbarese P : im-
 probe (-proue $P^2 BD$) a (-na D) rege $\pi^2 N$ lecto add. hic
 adv. (post geniali Otto): ignorant $\pi NHV \theta$: thoro ald. Frob. 1.2
 ut $\pi NV \theta ald.$ Frob. 1.2: ad $Sp H$, et sic N^x qui ante ad add. siglum \mathcal{S}
 e. 'uel?' quo nunquam uitur N^4 utrius πSp ut uid. $A^8 N^4$
 1: om. $A^r N$: utrumuis H Sophoniba] u. § 11 regiis
 $N \theta$ (post tenebantur K): regis $CA^r HV$ recipit $\pi B^2 NSpH \theta$
 ob. 2 (cf. 27. 5. 9 adn.): recepit $B. ald.$
 13 2 poterat $\pi N. ald.$: posset $Sp V \theta$ Frob. 2: posse H magni-
 dini] -ni $AN \theta$ Edd.: -ne π : -nis HV famaeque $Sp A^8 HV \theta$
 ob. 2: famae πN , fort. recte (sed cf. 26. 11. 12 adn. (c)) 3 Ro-
 unus (sed R.) $\pi A^8 N^2$ uel $N^r HV \theta$: om. $BA^r N$

5 Africam nauigauerit, Hasdrubal Poenorum imperator non
ipse modo ad eum in regnum uenerit sed etiam filiam e
nuptum dederit. habuisse eum uno tempore in potestate
duos imperatores, Poenum Romanumque. sicut ab di
immortalibus pars utraque hostiis mactandis pacem petisse
7 ita ab eo utrimque pariter amicitiam petitam. iam tanta
habuisse opes ut Masinissam regno pulsum eo ^{reddidit} fedegerit u
uita eius fama mortis et latebris ferarum modo in siluis
rapto uiuentis tegeretur.

8 His sermonibus circumstantium celebratus rex in praet
torium ad Scipionem est perductus. Mouit et Scipionem
cum fortuna pristina uiri praesenti fortunae conlata, tum
recordatio hospitii dextraeque datae et foederis publice a
9 priuatim iuncti. Eadem haec et Syphaci animum dederunt
in adloquendo uictore. Nam cum Scipio quid sibi uoluisset
quaereret qui non societatem solum abnuisset Romanam
10 sed ultra bellum intulisset, tum ille peccasse quidem ses
atque insanisse fatebatur, sed non tum demum cum armis
aduersus populum Romanum cepisset; exitum sui furoris eu
11 fuisse, non principium; tum se insanisse, tum hospitia priuat
et publica foedera omnia ex animo eiecssisse cum Carth
12 giniensem matronam domum acceperit. illis nuptialibus
facibus regiam conflagrasse suam; illam furiam pestemque

⁴ nauigauerit *PCVθ*: nauigarit *MBDA^rN* ⁵ habuisse eu
CM²A^rNVθ: habuisse cum π uno tempore π*N.ald.*: tempor
uno *HVθFrob.2* (*cf. 27. 37. 5 adn.*) ⁶ dis *P*, *cf. 28. 11 adn.*
⁷ eo redegerit *A⁸N⁴HVθ Edd.*: fere (-rre *A^r*) degerit (rele
gerit *CM²*) π*N* ⁸ perductus π*B²NSp?HVθFrob.2*: productus
ald.: *om. B* (*qui et est om. : add. B²*) ⁹ cum π*NHJFrob.2*: tu
A^rNVK.ald. ¹⁰ *haec πN.ald.Frob.1.2*: *om. HVθ* et π² :
uid. (sed fort. est et P² : postea del. est P⁵) NVθ: est *P*: *om. D*: ex
victore *SpHVθFrob.2*: uictorem π*A⁸N* (*uiat- A^r*)
non tum π²*N*: nondum *P*: tum *N^rald.Frob.1.2*: tunc *A⁸HVθ*
cepisset *PCSpHVθFrob.2*: recepisset *MBDAN.ald.*
sui π*NH Edd.*: *om. A^rVθ* eum *A⁸Hθ*: cum *V*: *om. πN.ald.*
Frob.1.2 ¹¹ tum (se) *Med. 3, Crevier*: tunc π*NHVθald.Frob.1.1*
insanisse *A⁶(sic uoluit sed insanisse dat)N²HVθ*: inuassisse
π*N* tum . . . eiecssisse π*N* (*tum in cum mutauit N²*): cum . .
eieciisset *A⁶?* et *A^xHVθ Edd. ante Gron.* ¹² conflagrasse (-seri)
P, *cf. 26. 40. 11 adn.*) π³ uel π²*NHVθ*

horroribus . . .

omnibus delenimentis animum suum auertisse atque alienasse, nec conquiesce donec ipsa manibus suis nefaria sibi rima aduersus hospitem atque amicum induerit. perditio 13 amen atque adficto sibi hoc in miseriis solatii esse quod omnium hominum inimicissimi sibi domum ac penates andem pestem ac furiam transisse uideat. neque prudentio- 14 em neque constantiorem Masinissam quam Sypacem esse, tiam iuuenta incautiorem; certe stultius illum atque inemperantius eam quam se duxisse. *Indorum*

Haec non hostili modo odio sed amoris etiam stimulis 14 matam apud aemulum cernens cum dixisset, non mediocri ura Scipionis animum pepulit; et fidem criminibus raptae 2 rope inter arma nuptiae neque consulto neque exspectato aelio faciebant tamque praeceps festinatio ut quo die aptam hostem uidisset eodem matrimonio iunctam acciperet 3 ad penates hostis sui nuptiale sacrum conficeret. Et eo 3 sediora haec uidebantur Scipioni quod ipsum in Hispania uenem nullius forma pepulerat captiuae. Haec secum uoluntanti Laelius ac Masinissa superuenerunt. Quos cum

12 alienasse *CMDA^rNHV*(al. atque au. *V*)θ: alinasse *PB*
conquiesce *Med.* 1: conquiescere π*N*: conquieuisse θ: quieuisse *ald.*
rob. 1.2: *om.* (*cum nec*) *HV* induerit *V*θ *Edd.*: induceret π
: induxit *H* 13 hoc π*NHVθ**ald.* *Frob.* 1.2: *om.* *Sp*
inimicissimi *CA^sN²* et *N⁵HVθ*: iniinicissimis is (*om.* is *B*) π(*A^{r?}*)*N*

14 neque prudentiorem π*N.ald.* *Frob.* 1.2: *om.* *SpHVθ* (cf. 28.
16 *adn.*) etiam π*N*: iam ab *SpHV*: etiam ab *A^sθ**ald.* *Frob.* 1.
(inuenta *HJ¹* ut s. l.) illum atque intemperantius (-atus *A^r*
l.) π*A^xN.ald.* *Frob.* 1.2: *om.* *SpHVθ* (cf. *supra* et 28. 2. 16 *adn.*)

14 1 Haec π*NSpθ*: hanc *N^xHV.ald.* modo odio π*N.ald.*
ob. 1.2: odio modo *SpHVθ* amoris π*Nθ**ald.*: a nouis *SpFrob.*
a nobis *HV* amatam π*A^{r1}NSpθ*: armatam *A^rald.*: amarit
: amat amarit *V* (*om.* apud *HV*) 2 raptae π*N* (*om.* prope
N): facte (uel -ac) *A^sVθ**ald.* *Frob.* 1.2: facere *H* inter arma
N⁴HVθ *Edd.*: interamna *P*: integrum nam π²*N* captam
stem *Gron.*: captum (-um *A^r*: -om *A^r*) hostem π*N*: captam
ipt- *V*) reginam *A^s* ut s. l. *N⁴* ut s. l. *HVθ* *Edd.* *ante Gron.*
iectam (-tum *D*) π*N* *Edd.*: coniunctam *A^sN²* uel *N⁴* ut s. l. *HVθ*
on- ex confic- fort. *prae- sumpto*) 3 Et *SpHVθ**Frob.* 2: *om.* π
: etiam *ald.* forma π*N* *Edd.*: *om.* *HVθ* (sed amor post cap-
ae add. *V*) uoluntanti *CB²SpHθ**Frob.* 2: uoluntati π*V*: uoluenti
A^rN.ald.: uoluntnti *P⁴* (qui uoluntanti fort. uoluit)

pariter ambo et benigno uoltu excepisset et egregiis laudi
 4 bus frequenti praetorio celebrasset, abductum in secretuu
 Masinissam sic adloquitur : 'Aliqua te existimo, Masinissa
 intuentem in me bona et principio in Hispania ad iungendam
 mecum amicitiam uenisse et postea in Africa te ipsum spes
 5 que omnes tuas in fidem meam commisisse. Atqui null
 earum uirtus est propter quas tibi adpetendus uisus sim qu
 ego aeque ac temperantia et continentia libidinum gloriatus
 6 fuerim. Hanc te quoque ad ceteras tuas eximias uirtutes
 Masinissa, adiecisse uelim. Non est, non—mihi crede—tan
 tum ab hostibus armatis aetati nostrae periculi quantum a
 7 circumfusis undique uoluptatibus. Qui eas temperantia su
 frenauit ac domuit multo maius decus maioremque uictoria
 8 sibi peperit quam nos Syphace uicto habemus. Quae m
 absentे strenue ac fortiter fecisti libenter et commémorau
 et memini : cetera te ipsum reputare tecum quam me dicent
 erubescere malo. Syphax populi Romani auspiciis uictu
 9 captusque est. Itaque ipse coniunx regnum ager oppid
 homines qui incolunt, quicquid denique Syphacis fuit, praed
 10 populi Romani est ; et regem coniugemque eius, etiamsi no
 ciuis Carthaginiensis esset, etiamsi non patrem eius imper
 erentibus ut merito

3 ambo et πΝ⁴H (cf. 26. 13. 7 adn.) : ambos et C⁴Sp ut uid. V⁶
 ambos AN.ald. 4 existimo] hic πΝ.ald. Frob. 1.2 : post Masiniss
 HVθ, ordine fort. usitatiore (sed cf. 27. 37. 5 adn.) et (postea) πι
 Edd. : om. HVθ tuas CM¹ uel M²HVθ Edd. : tuas tu (te F
 A^r) πN 5 tibi HVθ et (sed post adpetendus) Sp ut uid. ald.
 sibi π : om. CA^rN sim qua (quam V) Sp?HVθFrob.2 : in qu
 πN (sed sim post tibi CA^rN) : sim in qua ald. ac πC^xN : atqu
 ald. Frob. 1.2 : om. HVθ 6 Non est, non—mihi π : non est mil
 HVθ : nam non est mihi Med. 3 ald. Frob. 1.2 : nam mihi non est A^r
 (cf. 29. 3. 10 adn.) aetati P²CA^xHθ : aetatis πNV
 nostrae P⁴?CM²(M¹?)A^rNHVθ : nostra P : nostram MBD per
 culi Sp?A^xHVθFrob.2 : periculum πN.ald. 7 eas πNVθ Edd.
 e Sp : ea DH sua] hic πNSpHVθ : post eas ald. Frob. 1.2
 multo πN.ald. Frob. 1.2 : ut multo SpHVθ peperit πNθ Edd.
 ceperit Sp(coep-)HV 8 tecum] hic πN.ald. Frob. 1.2 : ante re
 putare HVθ (cf. § 4 et 27. 37. 5 adn.) 9 coniunx πθFrob.2
 coniux BNHV.ald. ager P⁴?A^xN¹Sp?HθFrob.2 : agere PCB¹
 aggere MBDA(-ra)N : agri C^xA⁶ald. 10 et (regem) πN Edd.
 om. HVθ

torem hostium uideremus, Romam oporteret mitti, ac senatus populi Romani de ea iudicium atque arbitrium esse quae regem socium nobis alienasse atque in arma egisse praecipitem dicatur. Vince animum; caue deformes multa bona ¹¹ uno uitio et tot meritorum gratiam maiore culpa quam causa ^{extenuat} culpae est corrumpas.

Masinissae haec audienti non rubor solum suffusus sed ¹⁵ acrimae etiam obortae; et cum se quidem in potestate utrum imperatoris dixisset orassetque eum ut quantum res ineret fidei suaem temere ^{obstrictae} consuleret—promisisse ² enim se in nullius potestatem eam traditurum—ex praetorio ⁿ tabernaculum suum confusus concessit. Ibi arbitris ³ emotis cum crebro suspitu et gemitu, quod facile ab circumstantibus tabernaculum exaudiri posset, aliquantum emporis consumpsisset, ingenti ad postremum edito gemitu ⁴ idum e seruis unum uocat, sub cuius custodia regio more ad incerta fortunae uenenum erat, et mixtum in poculo ferre ad Sophonibam iubet ac simul nuntiare Masinissam libenter ⁵ rimam ei fidem praestaturum fuisse quam uir uxori debuerit: uoniam eius arbitrium qui possint adimant, secundam fidem raestare ne uiua in potestatem Romanorum ueniat. memor ⁶

¹⁰ egisse (aeg- MB) $\pi HV\theta$: coegisse $A^r N.ald.Frob.1.2$
¹ caue $\pi NHVJFrob.2$: caue ne $K.ald.$, et post deformes add. ne N^5 longe alia manus ac N^4) gratiam $M uel M^1 A^r \theta Edd.$: gratia πH^1 (causa gratia H) V (iterum gratia ante causa add. V : corr. V^1):
² ratia et N^5 (non N^4) culpae est $\pi^2 NH\theta Edd.$: culpa est PV
¹⁵ πNK : enim sese $V.ald.Frob.1.2$: sese enim H : cum se J ³ crebro (-ros P) suspitu (subs- D) $\pi^1 N$ et N^3 : crebro spiritu N^2 : crebro spiritu (sinu V) HV : crebro suspitio $P^4 C$ A^6 (crebo) $\theta ald.Frob.1.2$ quod $\pi Sp?HV\theta Frob.2$: quo $A^r N$ $ldus$ ab π (cf. c. 9. 11): a $A^r NIIV\theta ald.Frob.1.2$ ⁴ unum uocat Johnson: uocat $PCMHV$: uo BD : uno accito $A^r N\theta ald.Frob.$
² (cum fido supra omnes): coniecit fidissimum pro fidum Weissenb.
 custodia regio more $N^4 HV\theta Edd.$: regio more PC : regio fide ore $MBDA^r$ (fide reg. m.) N et π : ei $N^4 uel N^x(mix N^2)H$ $ld.Frob.1.2$: cum V : om. $M^2(M^7?)A^r N$ Sophonibam] u. c.
¹¹ adn. ⁵ quam uir πNK^1 : quamuis (!) HK : quam uix M
 J : quam M^2 eius (ei H) arbitrium $\pi NHV\theta$: arbitrium eius $ald.Frob.1.2$ secundam $M^2 A^r NH\theta$: secundum πV

patris imperatoris patriaeque et duorum regum quibus nupta
fuisset, sibi ipsa consuleret.

Hunc nuntium ac simul uenenum ferens minister cum
7 ad Sophonibam uenisset, 'Accipio' inquit 'nuptiale munus,
neque ingratum, si nihil maius uir uxori praestare potuit.
Hoc tamen nuntia, melius me morituram fuisse si non in
8 funere meo nupsisset.' Non locuta est ferocius quam
acceptum poculum nullo trepidationis signo dato impauide
9 hausit. Quod ubi nuntiatum est Scipioni, ne quid aegei
animi ferox iuuenis grauius consuleret accitum eum extemplo
10 nunc solatur, nunc quod temeritatem temeritate alia luerit
tristiorumque rem quam necesse fuerit leniter castigat.
11 Postero die ut a praesenti motu auerteret animum eius, in
tribunal escendit et contionem aduocari iussit. Ibi Masi-
nissam, primum regem appellatum eximiisque ornatum
laudibus, aurea corona aurea patera sella curuli et scipione
12 eburneo toga picta et palmata tunica donat. Addit uerbis
honorem: neque magnificentius quicquam triumpho apud
Romanos neque triumphantibus ampliorem eo ornatum esse
quo unum omnium externorum dignum Masinissam populus
13 Romanus ducat. Laelium deinde et ipsum conlaudatum
aurea corona donat; et alii militares uiri, prout a quoque
14 nauata opera erat, donati. His honoribus mollitus regis
animus erectusque in spem propinquam sublato Syphace
omnis Numidiae potiundae.

6 Sophonibam] *u. c. 12. 11 adn.* 7 neque $\pi N. ald.$ (*sc. usu*
Ciceroniano in oratione retento): nec *Sp?HVθFrob.2* si πA^6N^1
HVθ: om. A^rN 9 animi $\pi(A^r \text{ et } A^v)N$: animo *C²A⁸HVθald.*
Frob.1.2: animus ?C 10 temeritate $\pi A^8N\theta ald. Frob.1.2: om.$
A^rSpHV 11 escendit] esc- *PCB*: asc- *MB²DA^rNθ*, cf. 27. 5.
8 : exc- *H*: acc- *V* eburneo *P⁴A^rHVθ* (*et sic in 27. 4. 8 π*):
eburno πN (*sed post curuli add. eburnea ald., alia eburnea A^rN, igno-*
rant πSpHVθFrob.2) 12 triumphantibus]-tibus $\pi(A^r \text{ et } A^v)N. ald.$
Frob.1.2: -tis SpA⁸HV (cf. 27. 2. 8 *adn.*): -ti θ ornatum *M¹ uel*
M²Vθ: ornatu $\pi NH. ald. Frob.1.2$ unum *KFrob.1.2: uno πNVJ*
ald.: om. H 14 mollitus *N⁴?HVθ Edd.*: mollitur πN
erectusque *C²M¹ ut s. l. A^v?HK*: eruptusque πJ : erectus *AN*

Scipio C. Laelio cum Syphace aliisque captiuis Romam 16 misso, cum quibus et Masinissae legati profecti sunt, ipse ad Tyneta rursus castra refert et quae munimenta incohauerat permunit. Carthaginienses non breui solum sed prope uano 2 gaudio ab satis prospera in praesens oppugnatione classis perfusi, post famam capti Syphacis in quo plus prope quam in Hasdrubale atque exercitu suo spei reposuerant, perculsi, iam nullo auctore belli ultra auditio oratores ad pacem 3 petendam mittunt triginta seniorum principes; id erat sanctius apud illos consilium maximaque ad ipsum senatum regendum uis. Qui ubi in castra Romana et in praetorium 4 peruererunt more adulantium—accepto, credo, ritu ex ea regione ex qua oriundi erant—procubuerunt. Conueniens 5 oratio tam humili adulationi fuit non culpam purgantium sed transferentium initium culpae in Hannibalem potentiaeque eius fautores. Veniam ciuitati petebant ciuum temeritate 6 bis iam euersae, incolumi futurae iterum hostium beneficio; imperium ex uictis hostibus populum Romanum, 7 non perniciem petere; paratis oboedienter seruire imperaret quae uellet.

Scipio et uenisse ea spe in Africam se ait, et spem suam 8

16 1 C. πN.ald.Frob.1.2 : om. SpA^xHVθ. Hic desinunt Rhenani de Sp adnotaciones Masinissae] -ssae P⁴CM²A⁸N¹HVθ : -ssa πN Tyneta (tin- BDH) πNHV (tun-), cf. c. 9. 10 (sed -tem in c. 36. 6, 7 et 9) : finectem θ permunit πN: permuniit (-iuit J) Vθald.Frob.1.2 (-nire H) 2 oppugnatione C^xA (obp-)NHVθ : oppugnationes πM¹, cf. 26. 40. 14 adn. : oppugnation M (et add. -es pleniore cal. M¹, cf. 27. 2. 10 adn.) exercitu πN ald.Frob.1.2 : in exercitu Hθ reposuerant ANHVθ Edd. : re- posuerunt π (cf. 27. 6. 2 adn.) 3 consilium] cons- πNII Edd. : conc- Vθ (cf. 27. 35. 4) uis PA⁸HVθ : missi π²N 4 praetorium P⁴C²M²ANHVθ : praetoriam π 5 adulationi] -ni P² ut uid. C²M²HVθald. : -nis P (cf. 26. 40. 14) : -nem MBD : -ne CAN (adorationi Frob.1.2) potentiaeque (pet- PM: pat- π²) C²M¹B² A⁸Hθ : inpatientiaeque AN: impotentiaeque ald.Frob.1.2 6 iam euersae C⁴HIVθ : iamteuersae π: iam uersae C: iam ante euersae AN (sed uerse AN: eu- N⁴?) ald.Frob.1.2 iterum π²NHV θ: terum P 7 imperaret] hic πNHVJ¹(-atorumque J)K: post uellet AN.ald.Frob.1.2 (cf. 29. 3. 10 adn.)

prospero belli euentu auctam, uictoriam se non pacem
 9 domum reportaturum esse ; tamen cum uictoriam prope in
 manibus habeat, pacem non abnuere, ut omnes gentes sciant
 10 populum Romanum et suspicere iuste bella et finire. leges
 pacis se has dicere : captiuos et perfugas et fugitiuos resti-
 tuant ; exercitus ex Italia et Gallia deducant ; Hispania
 abstineant ; insulis omnibus quae inter Italiam atque Africam
 11 sint decedant ; naues longas praeter uiginti omnes tradant,
 12 tritici quingenta, hordei trecenta milia modium. — Pecuniae
 summam quantam imperauerit parum conuenit ; alibi quin-
 que milia talentum, alibi quinque milia pondo argenti, alibi
 13 duplex stipendum militibus imperatum inuenio.—‘His
 condicionibus’ inquit ‘placeatne pax ^{triduum} ad consultan-
 dum dabitur. Si placuerit, mecum indutias facite, Romam
 14 ad senatum mittite legatos.’ Ita dimissi Carthaginienses
 nullas recusandas condiciones pacis cum censuissent quippe
 qui moram temporis quaererent dum Hannibal in Africam
 15 traiceret, legatos alios ad Scipionem ut indutias facerent,
 alios Romam ad pacem petendam mittunt ducentes paucos
 in speciem captiuos perfugasque et fugitiuos quo impetra-
 bilius ^{accessible} pax esset.

17 Multis ante diebus Laelius cum Syphace primoribusque
 Numidarum captiuis Romam uenit quaeque in Africa gesta
 essent omnia ordine exposuit patribus ingenti hominum et

8 euentu $\pi^4 M^1$ uel $MNHV\theta$: euentum PM ? 10 fugitiuos P^4
 $CM^2(M^1?)B^2ANHV\theta Frob.2$: fugitius P : fugitibus π^2 : *om.* (*cum et*)
ald. atque (Afr.) πHVJ : et $AN.ald.Frob.1.2$ sint πH
 θ : sunt $AN.ald.Frob.1.2$: essent V 11 uiginti (*sed xx*) πNH
 $V\theta$: xxx *Sigoniis ex Eutrop.* 3. 21, *fort. recte* 12 post conuenit
om., alibi . . . talentum $DHV\theta$: *praebent* πNJ^1 pondo πNVJ^1
 K : primo HJ (d mil. pondo *pro* v mil. pondo *coni*. *Weissenb. ex*
Eutrop. 3. 21, *fort. recte*) 13 placeatne $\pi HV\theta$ *Edd.*: si placeat
 (-eant AN) $A^x N^2$ indutias (-tiis N : -tias N^1) facite $ANHV\theta$
Edd.: indutis (-tiis $C^4 B^2$) facile π (*sed ind.* Romam fac. D)
 14 condiciones] -nes $CANHV\theta$: -nis PMD : -ñ B 15 ducentes]
 -tes $P^4 B^2 ANH\theta$: -tis π : -tos V quo $\pi N^2 HV\theta$: *om.* AN : ut
 A^6

17 1 omnia $\pi N.ald.Frob.1.2$: *om.* $HV\theta$ ordine] *hic* $\pi HV\theta$:
post exposuit $AN.ald.Frob.1.2$: *ante* omnia C

in praesens laetitia et in futurum spe. Consulti inde patres 2 regem in custodiam Albam mittendum censuerunt, Laelium retinendum donec legati Carthaginienses uenirent. Suppli- 3 catio in quadriduum decreta est. P. Aelius praetor senatu misso et contione inde aduocata cum C. Laelio in rostra escendit. Ibi uero audientes fusos Carthaginiensium exer- 4 citus, deuictum et captum ingentis nominis regem, Numidiam omnem egregia uictoria peragratam, tacitum continere gau- 5 dium non poterant quin clamoribus quibusque aliis multitu- do solet laetitiam immodicam significant. Itaque praetor 6 extemplo edixit uti ~~aedem~~ aedes sacras omnes tota urbe aperirent, circumeundi salutandique deos agendique grates per totum diem populo potestas fieret.

Postero die legatos Masinissae in senatum introduxit. 7 Gratulati primum senatui sunt quod P. Scipio prospere res in Africa gessisset; deinde gratias egerunt quod Masinissam 8 non appellasset modo regem sed fecisset restituendo in paternum regnum, in quo post Syphacem sublatum si ita patribus uisum esset sine metu et certamine esset regnaturus, dein conlaudatum pro contione amplissimis decorasset 9 donis, quibus ne indignus esset et dedisse operam Masinissam et porro daturum esse. petere ut regium nomen ceteraque 10 Scipionis beneficia et munera senatus decreto confirmaret;

3 C. Laelio (*uel lel-*) *Hθald.Frob.1.2*: l. caelio π: l. cecilio *AN*: cn. lelio *V* escendit π*NH* (asc- *A⁸N⁷K*: absc- *J*: consc- *V*), cf. 27. 5. 8 *adn.* 6 uti π*N.ald.Frob.1.2*: ut *A⁸HVθ* ae-(*uel e-*)ditui π*Nθ*: editus *HIV* (adi-) omnes *HVθald.Frob.1.2*: *om.* π*N* 7 introduxit π*N.ald.Frob.1.2*: perduxit *K*: produxit (in se- natu p.) *HVJ* res] hic π*N.ald.Frob.1.2*: ante prospere *HVθ*, cf. 27. 37. 5 *adn.* 9 dein π*N*: deinde *HVθ* (cf. 29. 3. 9 *adn.*) *ald.Frob.1.2* conlaudatum (*uel coll-*) π*H.ald.Frob.1.2*: quod (cum *AN*) laudatum *A⁸NHVθ* ab donis usque ad dedisse *omnia om. πN, ii lineis (xxxv litt.) omissis, cf. 26. 51. 8 adn.*: *supplent A⁸N⁴HVθald.Frob.1.2* operam π*A⁸N⁴HVθ*: operibus *AN* porro daturum (duct- *M*: dut- *BD*) π*A⁸N⁴HVθ*: proredituro *AN* esse π*Nθald.Frob.1.2*: esse et *N⁴*: et *HV*: malimus esse *deletum, cf. 27. 38. 5 adn.* 10 ceteraque π*N.ald.Frob.1.2*: et cetera *HVθ*

11 et, nisi molestum esset, illud quoque petere Masinissam, ut
 12 Numidas captiuos qui Romae in custodia essent remitterent;
 13 id sibi amplum apud populares futurum esse. Ad ea
 responsum legatis rerum gestarum prospere in Africa com-
 munem sibi cum rege gratulationem esse; Scipionem recte
 atque ordine uideri fecisse quod eum regem appellauerit, et
 quicquid aliud fecerit quod cordi foret Masinissae id patres
 13 comprobare ac laudare. Munera quoque quae legati ferrent
 regi decreuerunt, sagula purpurea duo cum fibulis aureis
 singulis et lato clavo tunicis, equos duo phaleratos, bina
 equestria arma cum loriciis, et tabernacula militaremque
 14 supellectilem quam praeberti consuli mos esset. Haec regi
 praetor mittere iussus: legatis in singulos dona ne minus
 quinum milium, comitibus eorum (singulorum) milium aeris,
 et uestimenta bina legatis, singula comitibus Numidisque,
 qui ex custodia emissi redderentur regi; ad hoc aedes
 liberae loca lautia legatis decreta.

18 Eadem aestate qua haec decreta Romae et in Africa gesta
 sunt P. Quintilius Varus praetor et M. Cornelius proconsul

11 et *BDANHVθ*: et ad *PCM* (ad *ex § 12 init. fort. praesumpto*):
 et ad *h' C²* id (sibi) *PCA^vHθ Edd.*: his *MBDAN* apud
πN.ald.Frob.1.2: ad *HVθ* 12 Ad ea *πNHEdd.*: ad hec *VK*:
 ad hec legata *J* prospere] *hic πHVθ*: post Africa *AN.ald.Frob.*
1.2 (*cf. 29. 3. 10 adn.*) appellauerit . . . fecerit (*feceri M*: *add.*
-t M² uel M⁷) *πN.ald.*: appellauisset . . . fecisset *HVθFrob.2*
cordi πN: honori *A⁸HVθald.Frob.1.2* id *C*, *Alscheskium con-*
firmans: ea *C²M²ald.Frob.1.2*: eis *PMB* (*sc. e- ex uoce praec. et is*
pro id): ei *DAN*: eaque *H*(ad res *pro patres*)*θ*: et *V*, *Crevier*: *del.*
Madv. 13 quoque *A^v?HVθ*: *om. πN.ald.Frob.1.2* aureis
A⁸N^r(uix N⁴)HVθ Edd.: *om. πN* tunicis *πNHVθ*: tunicas
Weissenb. olim, probante *Madv.* equos duo *πN*: equos duos *C*
AHVθ, *cf. 26. 13. 7 adn.* praeberti *πN Edd.*: praebere *HVθ*
(cf. 27. 4. 13 adn.) esset *πθ*: est *ANHVθald.Frob.1.2*
 14 regi praetor mittere *πN Edd.*: mittere praetor regi *HVθ* (*cf. 27.*
37. 5 adn.) (*singulorum*) milium aeris (*sc. 'dona'*) *scripsi*:
 milium (*uel -ll-*) aeris *π*: milli eris *AN*: mille aeris (*uel eris*) *A^v uel*
A⁶ald.: milibus (*uel -ll-*) aeris (*uel eris*) *N⁴HVθFrob.2*, mire
 liberae *A⁶?HVθ* (-re): liberas *πN*: libera *ald.Frob.1.2* (*cum loca*
coniunctum) loca lautia *πN.ald.Frob.1.2*, *cf. 28. 39. 19 et 35. 23.*
 11: loca lautie (laucitie *uel -tic- θ*) *Hθ*: localia uitia *D*: locata *V*
 18 i *Quinctilius*] quint- *πNHVθ* (*cf. c. 1. 9*) et sic in §§ 3 et 5 (*sed in*
 § 3 -illus *P*: -illus *MB²DA(-ll-)N*)

probable battle

in agro Insubrum Gallorum cum Magone Poeno signis conlatis pugnarunt. Praetoris legiones in prima acie fuerunt : 2 Cornelius suas in subsidiis tenuit, ipse ad prima signa equo adiectus; proque duobus cornibus praetor ac proconsul milites ad inferenda in hostes signa summa uirtute hortabantur. Postquam nihil commouebant, tum Quintilius Cornelio : 3 'Lentior, ut uides, fit pugna, et induratur praeter spem resistendo hostium timor, ac ne uertat in audaciam periculum est. Equestrem procellam excitemus oportet si turbare ac statu 4 mouere uolumus. Itaque uel tu ad prima signa proelium sustine, ego inducam in pugnam equites; uel ego hic in prima acie rem geram, tu quattuor legionum equites in hostem emitte.' Vtram uellet praetor muneris partem pro- 5 consule accipiente, Quintilius praetor cum filio, cui Marco praenomen erat, impigro iuuene, ad equites pergit iussosque escendere in equos repente in hostem emitit. Tumultum 6 equestrem auxit clamor ab legionibus additus, nec stetisset hostium acies ni Mago ad primum equitum motum paratos elephantes extemplo in proelium induxisset; ad quorum stri- 7 dorem odoremque et adspectum territi equi uanum equestre auxilium fecerunt. Et ut rem+ permixtus, ubi cuspide uti et

1 conlatis] -is $\pi^2 NHV\theta$: -os P 2 equo $P^4 C^2 M^1 B^x A^8 HV\theta$:
 et quot (uel quod) πN 3 Quintilius] u. § 1 induratur
Lov. 2, probante Madvigio: induratus $\pi NHV\theta$ ald. *Frob. 1.2*
 timor] hic πN *Edd.*: ante hostium $HV\theta$ (cf. 27. 37. 5 adn.) ac
 $\pi NH\theta$: at V : seclusit *Gron.*, induratus *retinens* (*tali conloquio minus*
 πN apte) 4 uertat $\pi HV\theta$ *Frob. 2*: uertatur *AN. ald.*
*P*⁴ *M*² *HV\theta* ald. *Frob. 1.2*: moueri πN (cf. 27. 4. 13 adn.): mouere
 hostem A^6 5 uolumus] hic $\pi HV\theta$: ante turbare *AN* (cf. 29. 3. 10
 adn.) 5 escendere *PC* (asc- ceteri, cf. c. 17. 3 et 27. 5. 8 adn.)
 emittit πN *Edd.*: mittit *H(-ct-)V\theta* 6 acies ni *P*² (*sic*
uoluit, sed acies i praebet) *CMB*² *ANHV\theta*: aciemeni P : acies in *BD*
 extemplo *P*⁴ *CM*² (*M*⁷??) *B*² *ANHV* (-imp-) θ : ex p̄t templo π (pr ex
proelium praesumpto): templo *B*¹ 7 rem+ permixtus (-itus N)
 πN^x : e . . . mitus stat ab *A* scriptum (ceteris erasis): permixtus *A*⁸ *H*
VJ (-itus) *Frob. 2* (sed datiuus desideratur): in rem peritus *J*¹ ut s. l. *K*:
 n rem permistis ald.: intermixtus *Iac. Gron.*: inter permixtos *Madv.*
olim: turmae (turbae *M. Mueller*) permixtus *Madv.* 1886, quem sequi
 ntit *Johnson*: ipse uereor ne quid amplius exciderit uelut re(sistentium
 multitudini armatorum) permixtus ubi *N*² uel *N*⁴ rescriptus *HV*
Edd.: uti $\pi N\theta$ uti et *A*⁸ *N*⁴ *HV\theta* *Edd.*: uti πN

comminus gladio posset, roboris maioris Romanus eques erat, ita in ablatum pauentibus procul equis melius ex inters 8 uallo Numidae iaculabantur. Simul et peditum legio duodecima magna ex parte caesa pudore magis quam uiribus 9 tenebat locum ; nec diutius tenuisset ni ex subsidiis tertia decima legio in primam aciem inducta proelium dubium excepisset. Mago quoque ex subsidiis Gallos integrae legioni 10 opposuit. Quibus haud magno certamine fusis hastati legionis undecimae conglobant sese atque elephantes iam etiam 11 peditum aciem turbantes inuadunt ; in quos cum pila confertos conieciissent nullo ferme frustra emissio, omnes retro in aciem suorum auerterunt ; quattuor grauati uolneribus 12 corruerunt. Tum primum commota hostium acies, simul omnibus equitibus, ut auersos uidere elephantes, ad augendum pauorem ac tumultum effusis. Sed donec stetit ante signa Mago, gradum sensim referentes, ordines et tenorem 13 pugnae seruabant : postquam femine transfixo cadentem auferrique ex proelio prope exsanguem uidere, extemplo in fugam omnes uersi. Ad quinque milia hostium eo die caesa 14 et signa militaria duo et uiginti capta. Nec Romanis in- cruenta uictoria fuit ; duo milia et trecenti de exercitu

7 ablatum πNK Edd. : oblatum N^1 ut s. l. HVJ : obliquum $A^v?$

8 parte caesa (uel cesa) $A^8HV\theta$ Edd. : paracea P (cf. 27. 1. 11 adn.) : parte π^2C^xN (an partae P^2 : parte $P^4?$) : parte et C

9 exceperisset $A^v?N^3HV\theta$ ald. Frob. 1. 2 : expetisset πN quoque $N^4HV\theta$: que πN ald. Frob. 1. 2 10 haud magno] hic $\pi M^2(M^7?)$

B^2N ald. Frob. 1. 2 (aut m. MBD) : ante fusis $HV\theta$ (cf. 27. 37. 5 adn.)

undecimae (uel -me) $P^2CM^2B^2ANK$: xi J : undesime P : unde sic me MBD : om. HV iam etiam $HV\theta$ ald. Frob. 1. 2 : iam

P^4M^2 uel M^7N^x et sic uoluit A^6 ‘tam pro iam’ scribens : tam πN : tum BD turbantes (uel -tis) $PCN^1H\theta$: turbatis $MBDAN$ (-tos $M^2B^2A^6$) 12 primum Duker : prima $\pi NHV\theta$ ald. Frob. 1. 2 (cf.

27. 30. 12 adn.) equitibus Alschesfski (u. § 7) : peditibus (perd- BD) $\pi NHV\theta$, cf. 23. 26. 7 et 10. 28. 8 adnn. uidere $C^4A^8N^4H$

(-ret) $V\theta$: odere PC : odore $MBDAN$ gradum sensim πA^8N^4

$HV\theta$: sensim AN : sensim pedem A^6 et (tenorem) πN : om. HV θ ald. Frob. 1. 2 13 femine $\pi^x B^x$ (-nae PB) NH ald. Frob. 1. 2 : fe-

more (-mere C) C^1 uel $C^2V\theta$ 14 duo milia $P(\infty \infty)C(\bar{1})A^8HV$ θ : xx $MBDAN$

praetoris, pars multo maxima ex legione duodecima, amissi ; inde et tribuni militum duo, M. Cosconius et M. Maeuius ; tertiae decimae quoque legionis, quae postremo proelio 15 adfuerat, C. Heluius tribunus militum in restituenda pugna cecidit ; et duo et uiginti ferme equites ⁱⁿlustres, obtriti ab elephantis, cum centurionibus aliquot perierunt. Et longius certamen fuisset ni uolnere ducis concessa uictoria esset.

Magno proximae silentio noctis profectus quantum pati 19 uiae per uolnus poterat itineribus extensis ad mare in Ligures Ingaunos peruenit. Ibi eum legati ab Carthagine paucis 2 ante diebus in sinum ^{latus} Gallicum adpulsis nauibus adierunt, iubentes primo quoque tempore in Africam traicere ; id et 3 fratrem eius Hannibalem—nam ad eum quoque isse legatos eadem iubentes—facturum; non in eo esse Carthaginiensium res ut Galliam atque Italiam armis obtineant. Mago non im- 4 perio modo senatus periculoque patriae motus sed metuens etiam ne uictor hostis moranti instaret Liguresque ipsi relinquvi Italiam a Poenis cernentes ad eos quorum mox in potestate futuri essent desicerent, simul sperans leniorem in 5 nauigatione quam in uia iactationem uolneris fore et curationi omnia commodiora, impositis copiis in naues profectus uixdum superata Sardinia ex uolnere moritur. Naves quoque aliquot Poenorum disiectae in alto ab classe Romana quae circa Sardiniam erat capiuntur. Haec terra marique in parte 6 Italiae quae iacet ad Alpes gesta.

14 amissi $P^4?CM^2(M^7?)AN$: missi π : amissa (amm- J) $A^8HV\theta$
inde et $ANHV\theta$ Edd.: indet π : inde P^xCB^2 15 equites
inlustres (uel ill-) $\pi^x(-rest P)N$ Edd.: illustres equites (milites K) H
 $V\theta$ (cf. 27. 37. 5 adn.) ducis $P^4CM^2(M^7?)B^2A^8N^1H\theta$: duces
 π : si ducibus AN

19 1 uiae (uel uie) πN Edd.: die $HV\theta$ 2 traicere $V\theta$ Edd.:
traiecere A^8H : traiceret (-iec- MBAN) πM^1B^1N , cf. 29. 2. 2 adn.
3 atque Italiam $\pi N.al.d.Frob.1.2$: om. $HV\theta$ 4 instaret]
hic $\pi N.al.d.Frob.1.2$: ante moranti $HV\theta$ 5 leniorem $\pi N.al.d.$:
euiores $A^xH(-ore)V\theta Frob.2$ profectus $P^4M^2(M^7?)ANHV\theta$:
praefectus π , cf. 27. 13. 2 adn. ab (classe) C^2HK : a $\pi C^1?$
 VVJ (cf. c. 9. 11 adn.): ac C erat $CA^8H\theta$: erant πNV (cf. 27.
17. 4 adn.) 6 quae $M^7B^2A^8HV\theta al.d.Frob.1.2$: qua πN : quia
 M (sed pro quac iacet praebent quiaret M , quae adheret M^7)

Consul C. Seruilius, nulla memorabili re in prouincia Etruria Galliaque—nam eo quoque processerat—gesta, patre C. Seruilio et C. Lutatio ex seruitute post sextum decimum annum receptis qui ad uicum ^{villam} Tannetum a Boiis capti fuerant, hinc patre hinc Catulo lateri circumdatis priuato magis quam publico decore insignis Romam rediit. Latum ad populum est ne C. Seruilio fraudi esset quod patre qui sella curuli sedisset uiuo, cum id ignoraret, tribunus plebis atque aedilis plebis fuisse contra quam sanctum legibus erat. Hac rogatione perlata in prouinciam rediit.

Ad Cn. Seruilium consulem, qui in Bruttiis erat, Consentia Aufugum Bergae Baesidiae Oriculum Lymphaeum Argentanum Clampetia multique alii ignobiles populi senes cere Punicum bellum cernentes defecere. Idem consul cum Hannibale in agro Crotoniensi acie conflixit. Obscura eius pugnae fama est. Valerius Antias quinque milia hostium caesa ait, quae tanta res est ut aut impudenter facta sit aut neglegenter praetermissa. Nihil certe ultra rei in Italia

6 Galliaque—nam *HVθ* : et gallia nam *A⁸ald.Frob.1.2* : et galliaque (-aque *C* : -amque *M*) iam *πN* (*om. que AN*) : et *G.*—quoniam *Gron.* : et gallia quia *M²(M⁷?)*. *De iam pro nam cf. 26. 7. 3 adn. et de et in P addito 27. 4. 12* 7 post Lutatio add. patruo *ald.Frob.1.2* (*u. § 8 adn.*): ignorant *πNHVθ* seruitute] -te *π^xNHVθ* : -tem *PMB* (*cf. 26. 40. 11 adn.*) Tannetum *πNHV* (*tame-*) *JFrob.2* (*tane-*), *cf. 21. 25. 13* : canetum *K.ald.* a Boiis (*bolis π*) *P⁴A⁸Vθ* (*bois K*) *Edd.* : ab his *C* : ab etolis *AN* 8 Catulo *πN* : patruo *N⁴HVθald.Frob.1.2*; si Spirensi fides habebitur seu Catulo patruo (*cf. 29. 7. 7 adn.*) legimus, et Dukerius audiendus erit qui *C. Lutatum Catulum fratrem uterinum Servilii senioris fuisse conicit et edd. ueteres sequendi qui patruo supra in § 7 addunt: sin uero Puteanum approbes, unde terrarum effudit patruum illum Spirensis?* 9 sanctum *πA⁸N⁴Hθ* (*scm BJ*) : siñ *A* : si non *N* : sancitum *ald.Frob.1.2* 10 Consentia *P⁴C²A⁸* *Vθ* (*cos- VK*) : conscientia (-am *A*) *πN* Aufugum *πN* (*abf- A⁸*) : ufugum *N¹HVθ* et (*sed uff-*) *ald.Frob.1.2* Baesidiae (*bes- PC*) *π* *N*, *cf. It. Dial. p. 7* Lymphaeum (*uel -phe-*) *πN* (*linph- C*) : lincrum *VJ*: linecum *K*: sypheum *A⁶ald.Frob.1.2* Clampetia (-ti *C*) *π* : impetia *HVJ*: mipecia *K*: dampetia *N.ald.Frob.1.2* defecere *P⁴CM²ANHVθ* : deficere *π* 11 Crotoniensi *πC²N* (*-nensi HVθ*), *cf. 29. 18. 16 adn.* 12 rei *P⁴ uel P³?M²(M⁷?)A⁵* *HVθ* : re *πN*

